buerunt appropriatum tercie perſone ſcilicet bonitateȝ.
¶ Ad ſecundū dicendum. ꝙ ⁊ ſi trimegiſtus intellexit ꝓ
pria perſonarum cum dixit monas monadē genuit. ⁊c̄.
hoc tamen non habuit per naturalem rationem. ſed per
doctrinam vel inſpirationem. ¶ Ad tercium dicendum
ꝙ non eſt argumentum ad probandum trinitatem id eſt
medium. ſiue ratio inferens de neceſſitate trinitatem eſ
ſe. ſed tamen deeſt ratio conferens ex parte noſtra. non
eſt ergo defectus ex parte rei. ſed eſt defectus ratiōis cō
ferentis id eſt intellectus noſtri. qui non poteſt mediuȝ
ipſum inuenire ⁊ inuentum conferre. Ad concludendū.
ibidem dicit Richardus. Ad quecūqȝ neceſſaria eſt eſſe
argumenta non deeſſe ꝗuis contingat ipſam induſtriaȝ
latere.

## ¶ Articulus quartus

DEinde queritur. an deus aut diuina ſubſtā-
tia ſit cognoſcibilis facie ad faciem in via.
Et ꝙ ſic probatur Geneſis. xxxij. Uidi do-
minum facie ad faciem ⁊c̄. Auguſtinus in
libro de trinitate. Facies eſt illa forma in qua non rapi
nam arbitratus eſt filius eſſe ſe equalem patri. ergo ipſe
Jacob vidit ipſum in forma diuina ⁊ facie. ¶ Item nu-
meri. xij. ore ad os loquar ei. id eſt moy. ⁊ palam ⁊ non
per enigmata deum videt. ergo ⁊ ipſe Moy. videbat do
minum abſqȝ vlla ſimilitudine in ſua forma ⁊ ſpecie. et
hoc eſt ſm faciem. ¶ Item yſaie. vj. vidi dominum ſedē-
tem ſuper ſolium excelſum. ⁊ plena erat omnis terra ⁊
cetera. ergo yſaias vidit dominum in ſua maieſtate. er-
go in ſua forma ⁊ ſpecie. ¶ Item ſecunda Corin. tercio.
Nos reuelata facie gloriam dei ſpeculantes in eandem
imaginem tranſformamur a claritate in claritatem. er-
go nos abſqȝ velamine videmus gloriaȝ dei. ergo abſqȝ
omni ſimilitudine in ſua claritate. ¶ Item Exodi. xxxiij.
loquebatur dominus ad Moy. facie ad faciem ſicut ſo
let loqui homo ad amicum ſuum. ¶ Contra. j. Corin.
xiij. Uidemus nunc per ſpeculum ⁊ in enigmate. tūc au
tem facie ad faciem. Ubi dicit gloſa. ꝙ per ſpeculum et
enigma ſignat ſimilitudines que valent ad intelligendū
deuȝ in preſenti. ergo in preſenti non poteſt videri ī ſua
forma ſiue ſm faciem. ¶ Item Exodi. xxxiij. non poteris
videre faciem meam. non enī videbit me homo ⁊ viuet.
Et ſequitur. videbis poſteriora mea. faciem autem meā
videre non poteris. Relinquitur igitur ꝙ non poſſit vi-
deri in ſua forma ſiue ſm faciem. ¶ Item queritur quo
mō differat videre poſteriora dei a viſione faciei. ¶ Re-
ſponſio facies dei dicitur multipliciter. vno modo dici-
tur facies dei preſentia eius per gratiam ſm ꝙ dicitur
in ps̄. A facie domini mota eſt terra. Alio modo dicitur
facies preſentia dei per carnē ps̄. Oſtende nobis facieȝ
tuā. Et in figura. Moy. Exo. xxiij. facies mea precedet
te. Tercio modo dicitur facies preſentia eius per glo-
riam in propria forma. Job. viij. Uidebis faciem eius ī
iubilo. ⁊. j. Corin. xiij. tunc auteȝ facie ad faciem. Et ſm
hunc modum poſteriora dei dicuntur tripliciter. ſiue cō
gnitio per poſteriora. vno mō rationes naturales. alio
modo figure. tercio modo creature. Scḋm ꝙ facies dici
tur preſentia dei per gratiam. ſm hoc ergo cognitio per
faciem erit cognitio per preſentiam ſeu contemplatio-
nem gratie. quomodo accipitur Geñ. xxxij. Uidi domi
num facie ad faciem. ⁊ huic reſpondet quaſi a poſterio-
ri cognitio per naturalem rationem. q̄ non accipit pre-
ſentiaȝ eius in affectu. ſicut eſt in cognitione per grām:
ſed tamen accipit quaſi a poſteriori veritatem aliquam
de eo ſm intellectum. Item ſm quod facies dicitur pre
ſentia eius ſm carnem. ſm hoc poſteriora domini dicū-
tur figure legis que figurabant incarnationem eius. vn
de illi qui erant in veteri lege videbant quaſi a poſterio
ri per figuras futurorum. ſed nos videmus eum quaſi ī
facie. quia credimus ⁊ accipimus euȝ vt in carne preſen
tem. quo modo accipitur illud apoſtoli. ij. Corin. tercio.
Nos autem reuelata facie ⁊c̄. Ubi poſtꝗ̄ locutus eſt de
velamine figurarum hoc adiunxit Apoſtolus. Iteȝ ſm
ꝙ tercio modo dicitur facies ſcilicet preſentia glorie. ſm
hoc poſteriora dei ī ſua forma poſſunt dici creature. Eſt
enim cognitio dei in ſua forma. ⁊ eſt cognitio ipſius in
ſuo effectu. Cognoſcere ipſum in ſuo effectu. eſt cogno-
ſcere ipſum a poſteriori. Cognoſcere ipſum in ſe ſicut eſt.
eſt cognoſcere ipſum in ſua facie. ⁊ hoc mō dicitur moy.
Uidebis poſteriora mea. faciem autem meam non vide-
bis. quia in preſenti per effectus cognoſcimus ipſuȝ ſm
ꝙ dicitur. j. Rom. Inuiſibilia dei ⁊c̄. In futuro v̄o co-
gnoſcimus ipſum in ſe. ¶ Item nota ſm Auguſtinū. ꝙ
facies dei dicitur forma dei. ⁊ ſm hoc poſteriora dei poſ
ſunt dici forma humana. ⁊ ſm hoc poteſt intelligi illud
Moy. poſteriora mea videbis. hoc eſt in carne videbis.
faciem autem meam videre non poteris. Nota etiam ꝙ
facies dei dici poteſt viſio intellectualis ſiue ſit per rem
ſiue per ſpeciem intelligibilem aliquā. Et ſm hunc mo-
dum poſteriora dicuntur viſio imaginaria ⁊ viſio corpa
lis. Et ſm hoc intelligitur illud. loquebat̄ dominꝰ moy.
facie ad faciem. quia apparebat ei in ſpecie intelligibili.
Et etiā illud. xij. Nu. palam ⁊ nō per enigmata deuȝ vi
des. vt enigma referatur ad imaginariā viſionē. figure
ad corporalē. apparet enī dominus in viſione corporali
in ſpecie aliqua exteriori ſicut Exod. iij. Moy. in rub.
Apparet etiā ī viſione imagiaria ſicut ī ſomnis Jacob.
geñ. xxviij. de quibꝰ duobꝫ modis dicit̄ Nu. xij. Si quis
fuerit inter vos propheta. in viſione apparebo ei ſcilicet
corporaliter vel per ſomnum ſcilicet viſione imagiaria.
Apparet etiam in viſione intellectuali in ſpecie intelligi
bili vt Moy. xij. Nu.

## Articulus quintus

POſtea queritur. vtruȝ deus ſit cognoſcibilis
in ſua ſpecie hoc eſt. vtrum deus cognoſcatur
ſicuti eſt in vita iſta. ⁊ probatur ꝙ non. Exo-
di. xxxiij. Non videbit me. ¶ Iteȝ. j. thio. vlti. habitat lu
cem inacceſſibilē quā nullus hominum vidit. ſed nec vi
dere potuit. glo. in hac vita. poſt autem videbit. ¶ Item
Greg. in moralibꝫ. deū nemo vidit vnꝗ̄. per quod paten
ter dat̄ ītelligi. ꝙ ꝗ̄diu in hac vita mortali viuit̄. videri
per quaſdam imagines poteſt deus. ſed per ipſam natu
re ſue ſpeciem non poteſt. vnde anima gratia ſpiritꝰ af-
flata per figuras quaſdam videt deum. ſed ad ipſam ſpe
ciem non pertingat. ergo in hac vita nō poteſt videri eti
am per gratiam ſicut eſt. ¶ Item ſpecies omnino abſtra
cta ⁊ abſoluta a corporeitate. ſi intelligitur ſicuti eſt.
non intelligitur niſi a vi intellectiua omnino abſoluta
a corpore ⁊ expedita a mole corporea. Si ergo ītellectꝰ
humanꝰ ꝗ̄diu hic mortaliter viuitur eſt pregrauatus a
corpore. ſm ꝙ dicitur ſapiētie. ix. Corpus quod corrum

pitur aggrauat animã. ⁊ terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. ergo relinquetur ꝙ nõ poteſt cognoſcere ſpeciẽ diuinã ſicuti ẽ que eſt omnino abſtracta a corpore. ¶ Cõtra Augu. in lib. de videndo deo. in lib. numerorũ. c. xij. dicit domin⁹ alijs ꝓphetis ſe in viſione apparere ⁊ in ſomnis moyſi aut per ſpeciẽ nõ ꝑ enigmata. vbi etiam addit dicens ⁊ gloriam domini vidit. Quid ergo eſt ꝙ ſic fecit eum exceptum. niſi forte. quia in illa contemplatione dignum tunc habent miniſtrũ in tota domo ſua fidelem. vt queadmodum cõcupierat videret deum ſicut eſt. ¶ Item Augu. in eodem. ita etiam verum eſt quod dictum eſt nemo poteſt faciẽ meã videre ⁊ viuere. quia neceſſe eſt ab hac vita abſtrahi mentem quando in illius ineffabilitatẽ viſionis accipitur. ⁊ nõ ſit incredibile quibuſdã ſanctis. nondum ita defunctis vt ſepelienda cadauera remanerẽt. etiam illã reuelationem fuiſſe cõceſſam. ⁊ ponimus exemplũ de paulo ĩ raptu. ij. Corin. xij. Relinquitur igitur ꝙ poteſt in hac vita videri. ¶ Item nõ eſt aliquis defectus in potentia nature qui nõ poſſit remoueri per potentiã gratie ⁊ ſuparí. ergo ſi potẽtia nature eſt ad videndum deũ ſicuti eſt cum viuitur in carne. tamen cũ multiplici defectu. ꝑ potentiam gratie poterit defectus ille amoueri. ergo ꝑ adiutorium gratie poteſt deus videri in preſenti ſicuti eſt.

¶ Solutio. per naturã conſtans eſt nõ poteſt videri ſicuti eſt. Diſtinguendũ ergo eſt ꝙ eſt gratia perfecta. ⁊ ẽ gratia imperfecta. dico autem gratiam imperfectã que eſt in hominibus imperfectis. perfectam vero gratiã que eſt perfectorum ſm ꝙ eſt eſſe perfectum in via. Dicendũ ergo. ꝙ non eſt poſſibile videre deum in preſenti per gratiam imperfecte contemplationis. ſed per gratiam perfecte contemplationis poteſt. non tamen a deo plene vt poſt hanc vitam. ⁊ hoc eſt quod dicit Grego. ſuper Iob. xxviij. vbi dicitur. ſapientia abſcõdita eſt ab oculis oĩm viuentium. quia in hac mortali carne conſiſtentibus ⁊ videri poteſt per quaſdam circumſcriptas imagines. ⁊ videri non poteſt per incircumſcriptum lumen eternitatis. a quibuſdam videri nõ poteſt in hac mortali carne exiſtentibus. tamen ineſtimabili virtute creſcentibus quodam contemplationis acumine eterna dei claritas videri poteſt. Unde notandum. ſm Auguſtinum in libro de trinitate ad ſoluenda obiecta. ꝙ facies dei dicitur forma in qua non ſapientiam arbitratus eſt eſſe ſe equalem patri. quam nemo poteſt videre ⁊ viuere. ſiue quia poſt hanc vitam videbimus facie ad faciem. ſm ꝙ dicit Apoſtolus. j. Corin. xiij. ⁊ ſm Iohannem. j. Io. iij. nondum apparet quid erimus. cum autem apparuẽit ſimiles ei erimus. quando videbimus eum ſicuti eſt. quod vtiqȝ poſt hanc vitam intelligi voluit. cum mortis debitum ſoluerimus. ſiue etiam nunc inquantum dei ſapientiam per quam facta ſunt omnia ſpiritualiter intelligimus. intantum carnalibus affectibus morimur. vt mortuum nobis hunc mundum deputantes. nos quoqȝ ipſi huic mundo moriamur. ⁊ quod ait apoſtolus ad gal. vlti. mihi mundus crucifixus eſt ⁊ ego mũdo. ⁊ per hec patet ſolutio ad omnia obiecta. vnde ⁊ ſm hoc. ꝙ dicit Auguſtinus in queſtione penultima ad oroſium de raptu pauli. ob id raptus fuerat apoſtolus in tercium celum. i. intellectualem viſionem. vt deum non per corp⁹ non per ſimilitudinẽ corꝑis. ſȝ ſicut eſt ipſa veritas cerneret. ad hoc profecto peruenerat paulus vt deum ſic in iſta vita videret. ſicut ſancti poſt hanc vitam videbunt.

## Articulus ſextus

[C]onſequenter queritur. vtrum deus poſſit naturaliter cognoſci in ſua preſentialitate. ſm ꝙ preſens eſt creature. hoc eſt. vtrum poſſit cognoſci de deo naturaliter ꝙ preſens eſt omnibus rebus. Et videtur ꝙ ſic. j. Ro. inuiſibilia dei. glo. per gubernationem videtur ꝙ preſens eſt omni rei. ¶ Contra. cognitio per gratiam maior eſt ꝙ̃ illa que eſt per naturam. ſed per gratiam non cognoſcitur eſſe preſens ꝑ gratiam de neceſſitate. ergo multominus per gratiam poterit cognoſci eſſe in rebus per eſſentiam. nam illa cognitio certior eſt. ¶ Item Ambroſius. cum abſens putatur videtur. cum preſens eſt non videtur. ¶ Reſponſio. dicendum ꝙ per naturam poteſt cognoſci eſſe preſens rebus. per gratiam tamen non poteſt cognoſci eſſe preſens per gratiam. quia medium in cognitione naturali eſt affectus creatus qui poteſt comprehendi. gratia autem dicit acceptionem in deo. ratione cuius non eſt in poteſtate noſtra comprehendere gratiam noſtrã eſſe. ⁊ ita nec deum preſentem per gratiã eſſe. ¶ Ad auctoritatẽ Ambro. poteſt dici ſm ꝙ exponitur a pluribus. cum abſens putatur id eſt reputatur vt abſens per humilitatem videtur. quia tunc eſt preſens per gratiam. item cum preſens eſt per gratiam non videtur. quia reputatur abſens per humilitatem. ¶ Notandum tamen. ſm Auguſtinũ in libro de videndo deo. ꝙ Ambroſius videtur tractare verba illa. xiiij. Io. tanto tempore vobiſcum ſum ⁊c. philippe qui videt me ⁊c. ſm hoc dicit Ambroſius. ꝙ ꝙ̃uis vbiqȝ ſit preſens per immenſitatem. tamen putatur eſſe abſens per incõprehẽſibilitatẽ. Secundum hoc ergo exponitur auctoritas cũ abſens puta. ⁊. i. icõprehẽſibilis. tũc videtur. i. cognoſcitur. Item cum preſens eſt non videtur. quia non putatur eius preſentia incomprehenſibilis. vnde Philippus ⁊ alij apoſtoli habebant xp̃m pñſentem ⁊ non videbant. quia non cogitabant eum vt abſentem. i. incomprehenſibilem. vnde Auguſtinus exponẽs verbum Ambro. in libro de videndo deo. Cum abſens putatur videtur. non dicit cum abſens eſt. ſed cum abſens putatur. Nuſꝙ̃ enim abſens eſt. quia celum ⁊ terram implet. nec ſpacijs intercluditur paru⁹. nec magn⁹ diffunditur. vbiqȝ totus eſt ⁊ a nullo loco continetur hec qui excedente mente intelligit. videt deum cum abſens putatur.

## Membrũ ſecundum

Secũdo principali queritur ex parte cognoſcentis per quatuor articulos.
Primus. an ſit in naturali potẽtia cognoſcere deum.
Secũdus. an ſit cognoſcibilis a bonis tm̃ vel etiam a mal.
Tercius. an ſit cognoſcibilis ſenſu vel ratione tm̃.
Quartus. an ſit cognoſcibilis ſm modum vnum ab homine ante peccatum ⁊ poſt.

## Articulus primus

Primo queritur. vtrum ſit in naturali potentia cognoſcere deũ. aut requiratur gratia ſuper addita. Quod autem non ſit ſufficiens naturalis potẽtia. primo probatur per hoc quod dicitur. j. thi. vlti. habitat lucem inacceſſibilem quã nullus hominum vidit. glo. quia nullus ad eam accedit ex ſe. ſed cui datur ex dono eius. quod intelligebat propheta dicẽs. accedite ad eum ⁊ illuminamini. ⁊ ita inacceſſibilis eſt lux. quia ipſe eſt quem nullus hominũ vidit ex ſe. ¶ Itẽ Ambroſius ſuper lucam quod repetit Auguſtinus ĩ libro de videndo deo. non eſt in poteſtate noſtra videre deum. ſed in poteſtate illius apparere. Ex quo ſequitur. ꝙ non ſufficit naturalis potentia ad videndum deum. ſed requiritur gratia. ¶ Item in eodem Ambro. ſi poteſtas non eſt videre deum. eſt tamen gratia promerendi vt videre poſſumus. ergo videre deum eſt ex gratia nõ ex naturali potentia. ¶ Item Ambroſius in eodem. non ſimiliter ſenſibilia videntur. ⁊ his in cuius voluntate ſuum eſt videri. ⁊ cuius nature eſt non videri. volũtatis dei eſt videri. Nam ſi vult videtur. ſi non vult non videtur. Ap

paruit deus abrahe quia voluit. alijs non apparuit ꝗa
noluit. Ex quo relinquitur. ꝙ deus non poteſt videri ꝑ
naturalem potentiam ſolum. ¶ Contra. Rom. j. quod
notum eſt dei manifeſtum eſt in illis. gloſa ductu ratio-
nis. quaſi diceret. in ſe habent vnde cognoſcere poſſunt
quod eſt noſcibile de deo ſcilicet naturalem rationem.
¶ Reſponſio ſm Hugo. in ſuis ſententijs. deus notici-
am ſuam ab homine ſic ab initio tẽperauit. vt ſicut nũ-
ꝗ̃ quid eſſet poterat comprehendi. nunꝗ̃ quia eſſet po-
terat ignorari. Dicendum ergo ꝙ cognitio de deo quia
eſt. poteſt haberi per naturalem rationem. ſed cogni-
tio quid eſt non. ¶ Nota igitur ꝙ cum ſit cognitio de re
multiplex. quia eſt. quid non eſt. quia eſt. ſupra dixit hu
go ⁊ Johãnes Dama. primo libro. ipſa creatio ⁊ guber
natio ⁊ permanentia rerum. magnitudinem diuine ꝓ-
dicant nature. vnde omnibus cognitio exiſtendi deum
naturaliter inſerta ẽ. itẽ q̊d non eſt. ſm ꝙ dicit Johan
nes Dama. de deo quod eſt impoſſibile ẽ dicere ſm ſub-
ſtantiam. familiarius autem eſt magis ex omniũ ablati
one facere rationem. nihil enim eſt eoꝝ que ſunt. vnde
non eſt ens ſed ſuper omnia ens. Cognitio v̊o quid eſt ⁊
qualis eſt. quid eſt ſm ſubſtantiam. qualis (⁊ liceat ita
loqui) ſm perſonalem proprietatem. nõ poteſt haberi ꝑ
naturalem rationem. ſed improprie imperfecte ⁊ in eni-
gmate habetur per gratiam. perfecte v̊o ⁊ ſm ſpeciem ꝑ
gloriaꝫ. vnde Johannes Dama. q̇d eſt dei ſubſtantia ⁊
qualiter deus ex deo genitus eſt. ignoramus ⁊ dicere
non poſſumus. Cognitio qua cognoſcitur per potentiã
quantus eſt. propria eſt ipſius dei. ⁊ excedit omnem co-
gnitionem creature. Unde ⁊ de cognitiõe quãtus ẽ que
pertinet ad eius immenſitatem dixit Ambro. plenitudi
nem diuinitatis eius nemo mente aut oculis comprehẽ
dit. ⁊ beatus Gregorius ſuper Job. eius eſſentia a nul-
lo plene videbitur.

## Articulus ſccundus

Conſequenter queritur. vtrum poſſit deus co
gnoſci a bonis ⁊ a malis. ⁊ probatur ꝙ non.
Auguſtinus in libro de tri. mentis hũane a-
cies inualida in tã excellenti luce nõ figitur. niſi per iu-
ſtitiã fidei emundetur. ergo non põt cognoſci niſi a mũ-
dis. ¶ Itẽ Auguſtinus trinitas que eſt ſummuꝫ bonum
purgatiſſimis mentibus cernit̃. ergo requiritur ad hoc
ꝙ cernat̃ purgatiſſima mens. nõ ergo poteſt cerni a ma
lis. ¶ Itẽ Math. v. beati mũdo corde quoniam ipſi de-
um videbunt. Ambro. ſi qui mundo corde deũ videbũt.
ergo alij non videbunt. Neqꝫ eniꝫ ĩmundi ⁊ indigni deũ
videbunt. neqꝫ his qui deũ videre voluerit poteſt euꝫ vi-
dere. ¶ Contra. Rom. j. qui cũ cognouiſſent deum. nõ
ſicut deũ glorificauerũt. aut grãs egerũt. ſꝫ euanuerũt
ĩ cogitatiõibꝫ ſuis. ⁊ obſcuratũ ẽ ĩſipiẽs cor eoꝝ. ⁊ ĩ eodẽ
q̊d notũ ẽ d̊i maĩfeſtũ ẽ ĩ ill'. ¶ Itẽ aug. ĩ li. retrac. retra
ctans illud quod dixerat in ſoliloquijs ⁊ dicens. nõ ap
probo quod dixi in oratione deus qui non niſi mundos
verũ ſcire voluiſti. reſpõdere. n. poteſt multos non mun
dos multa vera ſciuiſſe ⁊ de deo. ¶ Itẽ Job. j. legitur. ꝙ
ipſe dyabolus venit ante conſpectũ dei inter filios dei.
ergo ipſe dyabolus conſpexit deum qui eſt ĩmundiſſimꝰ
¶ Item Apoc. j. Ecce venit cum nubibus ⁊ videbit euꝫ
omnis oculus. ⁊ qui eum pupugerunt. ergo mali vide-
bunt eum in iudicio. ¶ Reſponſio. ſicut dictum eſt. ẽ co
gnitio de deo quia eſt. ⁊ hec poteſt eſſe malorum. ⁊ ẽ co-
gnitio de deo quod eſt. ⁊ hoc duobꝰ modis. quid eſt ſm
operationem in creaturis. vt quia potens in operatiõe.
ſapiens in gubernatione. iuſtus in retributione. ⁊ hoc
modo poteſt etiam cognoſci a malis. Et eſt cognitio q̇d
eſt de deo in ſe. ⁊ hoc modo non eſt cognoſcibilis a ma-
lis. ¶ Reſpondenduꝫ igitur ad obiecta vtriuſqꝫ partis.
Ad primum iam patet ſolutio. ꝙ intellectus malorum
non figitur in ipſa luce. quia non videt eam in ſe ſed in
vmbra creature. ¶ Ad ſecũdũ dicẽduꝫ vt fiat vis in h̃ ꝙ
dico cernere. ⁊ aſſignatur differentia eius quod eſt cer-
nere. ⁊ eius quod eſt videre. videre enim eſt rem ſub ſpe
cie aliqua comprehendere. cernere v̊o eſt rem ſub certa
⁊ diſtincta ſpecie ⁊ determinata apprehendere. propte-
rea ille qui videt a remotis hominem ⁊ non diſcernit an
ſit homo ſed corpus aliquod vel animal. non dicit̃ cer-
nere ꝗ̃uis dicatur videre. Sed cum videt ipſum de pro
pe ſub certa ſpecie. tunc dicitur ipſum cernere ſm illum
modum dicendum. ꝙ cum cognoſcatur deus per effectꝰ
naturales ⁊ per effectus gratie. in effectibus naturali-
bus cognoſcitur deus ſub ratione bonitatis generali. q̃
eſt participabilis ab omni creatura. In effectibus ve-
re gratie participant ſub ratione bonitatis ſpeciali. q̃ ſo
luꝫ prebet ſe animabus ſanctis vt dulcis ⁊ delectabilis.
Ideo primo modo dicetur videri aliquomodo. ſed ſecũ-
do modo cerni. Ideo ꝗ̃uis a malis aliquomodo videri
poſſit in effectibus nature. tamen a purgatiſſimis men-
tibus cerni poteſt in effectibus gratie. ¶ Ad tercium di
cendum. ꝙ eſt videre deum in eo ſcilicet quod eſt in ſe. ⁊
eſt videre deuꝫ in eo quod non eſt ſcilicet. in ſuo effectu.
quod non eſt in ſe. ſed ab ipſo. Primo modo videtur ſo-
lum a mundis corde. Sc̊do videtur a malis. Item Au-
guſtinus in libro de videndo deo. ſi noſtra voluntas a-
pud ſe manens ⁊ latens ſine vlla ſui commutatione per
quas ſe extenderet exprimit voces. quanto facilius de-
us omnipotens ſua latente ⁊ incommutabiliter manen
te natura. in qua voluerit ſpecie ⁊ cui voluerit apparere
poterit. Ad viſionem v̊o illam in qua videbimus eum ſi
cuti eſt. munda corda perueniunt. ¶ Ad obiecta alteri-
us partis. iam patet reſponſio ꝗ̃tum ad primum ⁊ ter-
cium. tamen dicendum ſm ꝙ dicit beatus Auguſtinus
in libro de videndo deo. ꝙ ſcriptum eſt veniſſe dyabolũ
in conſpectu dei. non ideo dyabolus vidiſſe deum credẽ
dus eſt. ipſe enim dicitur veniſſe in conſpectu dei nõ de-
us in conſpectu eius. Ueniunt autem in conſpectuꝫ no-
ſtrum q̃ videmus. non a quibus videmur. Si ergo ob-
ijciatur ꝙ ſemper veniat dyabolus in conſpectu dei. cũ
ſemper videatur ab eo. Reſponſio. ꝙ ꝗ̃uis ſit in conſpe
ctu dei ꝗ̃tum ad ſapientiam cum omnia videt. tamẽ di-
citur venire in conſpectu dei ꝗ̃tum ad ordinem iuſtitie
qua ordinatur differenter mala volũtas dyaboli ad tẽ-
ptationem bonorum. ſicut dicit in Job. ⁊ ad ſeductionẽ
reproborũ. ſicut. iij. Re. xxij. de Achab. qui cõgregatis
quadringẽtis ꝓphetis q̃ſiuit ab eis. ire debeo ĩ ramoth
galaad ad bellandũ qui vna voce reſpõderũt aſcẽde. da-
bit eã dominus in manu regis. Econtra micheas prophe
tauit dicens. vidi cunctum iſrahel diſperſum ĩ mõtibꝫ
quaſi oues non habentes paſtorem. vnde diſtingue-
tur conſpectus ſapientie ⁊ conſpectus iuſtitie. ¶ Ad vlti
mum reſpondet Auguſtinus eodem libro de vidẽdo d̊o.
videbunt in quem pupugerunt ſm humanam formaꝫ.
non illam dei formam in qua non rapinam arbitratus
eſt eſſe ſe equaleꝫ deo. in illa dei forma tunc videbunt q
videbunt eum ſicut eſt.

## Articulus tercius

Deinde queritur. vtruꝫ deus cognoſcatur ſen-
ſu. ⁊ hoc exteriori vel interiori. vl' ratione tm̃
Et videtur ꝙ ſenſu nõ tm̃ ratione. nam vbicũ
qꝫ eſt apparitio ponitur cognitio. ſed legitur deus appa-
ruiſſe in viſione corporali. ⁊ in viſione imaginaria. ⁊ in
viſione intellectuali. ergo cognitio de ipſo fuit ſm actuꝫ
virtutis ſenſibilis exterioris ⁊ interioris. ⁊ ſm actũ vir-
tutis intellectiue. ergo qualibet vi poteſt deus cognoſci.
¶ Item idem videtur per diſtinctionem illã qua dicitur
triplex eſt viſio ſcilicet corporalis imaginaria ⁊ intelle-

ctualis.ergo aliqua ē ad ſenſum.¶ Itē Exo.iij. legitur
dominꝰ apparuiſſe moy.ī rubo.⁊.xxiiij.ſeptuagita ſenio
ribus qui viderūt deū iſrahel.⁊ ſub pedibus eius quaſi
opus lapidis ſaphirini ⁊ quaſi celū cū ſerenū eſt. Et A-
brahe in ſpecie humana gen̄.xviij. ergo apparuit in ſpe-
cie corporali.ſed ſicut apparuit cognoſcebat̄.ergo ꝯgno-
ſcebat̄ in ſpecie corporali.cū ergo ſpecies corporalis ſit
apprehēſibilis ꝑ vim ſenſibilē exteriorē corporalē.relin
quetur.ꝙ ipſe deꝰ pōt cognoſci ſm̄ aliquē modū ꝑ vim
ſenſibilē.¶ Item legit̄ dominꝰ apparuiſſe in ſpecie ima-
ginaria . vt Jacob gen̄.xxviij . quando vidit in ſomnis
dominū innixū ſcale.⁊ vj.yſaie vidi dominū ſedentē ſu
per ſoliū excelſum ⁊c̄.dan̄.vij. quādo aſpiciebat donec
throni appoſiti ſunt ⁊ antiquus dierū ſedit.⁊c̄. ergo ipē
apparuit ī viſione imaginaria . Sed viſio imaginaria ē
virtutis imaginatiue ſiue ſenſus īterioris. relinquit̄ igi
tur ꝙ ipſe deus poſſit cognoſci a virtute imaginaria .
¶ Cōtra diuia forma magis ē eleuata a ſēſu q̄ a forma
aliqua creata.ſed forma aliqua creata. vt caritas nō eſt
ꝑticipabilis a ſenſu.ergo multomagis nec forma diuia
⁊ ad hoc Aug.in libro de vidēdo deo. Caritas quātula-
cunqꝫ ī noſtra volūtate cōſiſtit nobis que ꝑſpicua nō eſt.
nec ī loco videt̄.nec corporalibꝫ oculis cōtuet̄ quāto ma
gis nec ipſe deꝰ cuiꝰ hoc pignus ī nobis eſt.ergo relinq-
tur.ꝙ deꝰ nō videtur viſione corporali ſicut nec caritas
¶ Itē Ambro.ſuper lucā.deus nō in loco videt̄.ſꝫ ī cor-
de mūdo.nec circūſcribit̄ viſu nec tactu tenet̄.nec audi-
tu affat̄.nec inceſſu ſentit̄. Nō circūſcribit̄ in viſu . pro-
pter id quod dictū ē exodi.xxxiij. poſteriora mea videb.
faciē ⁊c̄.nec tactu tenet̄ dicit ꝓpter luctum Jacob.gen̄.
xxviij.nec audit̄ affatu.dicit quia legit̄ etiāꝫ auditꝰ a fi-
lijs iſrahel.exo.xxj.nec ſentit̄ īceſſu ſicut legit̄ geneſ.iij.
dū deambularet dominꝰ ⁊c̄. Relinquit̄ igit̄ ꝙ deus nō
videt̄ viſione corporali.¶ Itē oīa q̄ vident̄ imaginatiua
vident̄ vt localia.⁊ ſub aliquibus ſpacijs locorū ſeu cir
cūſtantijs loci.ſi ergo deus cognoſcit̄ abſqꝫ omni ſpacio
locali.relinquit̄ ꝙ nō poteſt aliquo mō cognoſci a virtu
te imaginatiua.vn̄ Aug.de vidēdo deo. Si illa que ī lu
ce cordis oculis ītuemur ſicut ſunt cogitatiōes animi ⁊
affectiones.virtutes aīe nullis locorū ſpacijs ſeꝑantur.
⁊ tamē diſcernunt̄ inter ſe. quāto magis deus qui luceꝫ
habitat inacceſſibilē corporis ſenſibꝫ.quo nec ipſiꝰ niſi
mūdo corde pōt eſſe acceſſus. ¶ Itē idē in eodē.cum ab
exterioribꝫ ſenſibꝫ interiora diſtīguis atqꝫ illa iſtis an-
teponis cūqꝫ illis foris relictis illis intrīſecis demora-
ris.⁊ ea quibuſdā ſuis finibꝫ incorporalibꝫ metiēdo di-
iudicas in nulla te putas animi luce verſari . ego exiſti-
mo.ꝙ tanta ⁊ talia tam v̓a tam clara tā certa videri ſi-
ne luce nō poſſunt. Ipſam igit̄ luceꝫ in qua illa ꝑſpicis
intuere.⁊ vide vtrū ad eā poſſit accedere vllus corpore-
orum radiꝰ oculorū. Si ergo illa eſt lux diuina.g̊ nullo
mō pōt videri deus oculo corporali . ¶ Item nulla vis
corporea comprehenſiua habens determinatum ſitum
in corpore eſt apprehenſiua.niſi virtutis corporee. Si g̊
vis ſenſibil̓ īterior ēvis ſēſibil̓ extērior ſint v̓tutes corꝑee
habētes determīatum ſitū ⁊ organū in corpore.relinq-
tur qꝺ non erunt apprehenſiue niſi ſpecierum corporeo-
rum. Relinquitur igitur ꝙ deus non poteſt cognoſci vl̓
apprehendi virtute ſenſibili īteriori vel exteriori .¶ Itē
ſuperior vis continet inferiorem.inferior autem nō ſur
git in ſuperiorem.ſed deus eſt obiectum rationis.ergo
non poteſt in illum ſenſus.cum omnino ſit abſqꝫ condi-
tione materie . ¶ Item in viſione moyſi erant duo. eſſe
ſpeciem ignis.⁊ eſſe ſignum. Sed conſtat.ꝙ ſignuꝫ vt ſi-
gnum non erat obiectum ſenſus.quia ſignum vt ſignuꝫ
⁊ ſignatum que dicuntur relatiue.⁊ intellectu vnius in
cluditur intellectus alterius ab eadem vi comprehendi
tur.ergo ſenſus nullomodo erigebatur in cognitionem
ſignati.ergo relinquitur.ꝙ non erigebatur ad cognitio
nem ſignati.cum non apprehenderet illud vt ſignum.

¶ Quod concedimꝰ .⁊ dicendum ad obiecta ſm̄ beatū
Auguſtinum in libro de videndo deo.ꝙ interiores ocu
li ſunt iudices exteriorum oculorum. iſti autē illis quo-
dam officio nunciandi in miniſterio famulantur . mul-
taqꝫ illi vident que iſti non vident . Scd̄m hoc ergo di-
cendum ad obiecta.ꝙ in corporalibus viſionibꝰ eſt ap-
prehenſio forme corporalis ⁊ eius quod eſt ſignum.ſen
ſus ergo apprehendebat formam corporalem. ꝙ autem
eſſet ſignum.iſtud erat ſolū rationis. vnde in apparitio-
ne erat forma obiecta ⁊ ſignatio dei qui apparebat .
⁊ ex illa parte dicitur apparitio ex qua eſt ſignatio que
eſt ſolum in rationali. Per hec patet ſolutio ad primū.
¶ Ad ſecūdū dicendū .ꝙ Auguſtinus in libro de vidē-
do deo.ea que mente conſpiciunt̄ non indigent vllo cor-
poris ſenſu.vt ea v̓a eſſe nouerimus.que ante per corpꝰ
nunciantur.niſi mens aſſit que nunciata ſuſcipiat. nul-
la poſſunt ſcientia cōtineri.⁊ q̄ nunciata quaſi ſuſcipere
prohibentur foras ea relinquit.ſed eorum imagines.i.
incorporeas ſimilitudines corporum incorporaliter cō
mendat memorie.vt cum voluerit velut de cuſtodia du-
ctas atqꝫ in conſpectu cognitionis exhibitas iudicet.et
iſta duo diſcernit.quid in ſpecie corporali foras relinq-
rit.quid ei ſimile intus aſpiciat.⁊ illud abſens hoc pre-
ſens eſſe dinoſcit . ſicut me abſentem faciem mei corpo-
ris cogitas.⁊ illa eſt tibi imago preſens. abſens autem
facies cuius illa imago eſt. Ex hoc ergo manifeſtuꝫ eſt.
ꝙ viſio corporalis ſiue imaginaria non erit viſio ꝓphe
tica vel diuina.niſi aſſit viſio intellectualis .que formā
corporalem ⁊ imaginariam abſtrahendo diiudicet.hic
eſt ꝙ viſio pharaonis imaginaria non fuit prophetica.
ſed Joſeph. nec viſio balthaſar corporalis fuit prophe-
tica.ſed danielis.per hoc patet reſponſio ad cetera.

## Queritur iterū cū .§.j.

cognitio dei non ſit per ſenſum ſed per intellectum.ex ꝑ
te autem intellectus multiplicatur vis apprehēſiua ſm̄
beatum Auguſtinum .vt ratio ⁊ intelligentia . Queritur
ergo vtrum deus cognoſcatur ratione vel intelligentia
ſolum.¶ Ad quod ſit in p̄s. Signatum eſt ſuper nos lu
men vultus tui domine glo.lumen vultus ratio eſt que
eſt ad cognoſcendum deum.¶ Item illa vi que eſt in ani
ma ſublimior cognoſcimus deum.ſed dicit in lib.de li.
arbi.ꝙ nihil eſt ſublimius ratione.ergo cognoſcit ratio
ne. ¶ Contra Auguſtinus in lib.de anima ⁊ ſpiritu aſ
ſignans anime vires quinqꝫ.apprehēſiuas.ſenſum.ima-
ginationem.rationem.intellectum. Intellectum intelli-
gentiam dicit . Senſus eſt vis que percipit formas cor-
poreas preſentes. Imaginatio eſt vis que percipit for-
mas corporeas abſentes. Ratio eſt vis que percipit cor
porum naturas vniuerſales abſtractas vt genera ⁊ ſpe-
cies.differētia propria ⁊ accidētia.abſtrahit enim a cor
poribus que fundant vniuerſales naturas.non actione
ſed conſideratione. Intellectus eſt vis qua cognoſcit ſpi
ritum creatum . Intelligentia v̓o eſt vis qua cognoſcit
ſpiritum increatum deum . Relinquitur ergo ꝙ cogno-
ſcitur deus intelligentia nō ratione.¶ Item Boetiꝰ de
conſolatione phīe diſtinguens vires apprehenſiuas dici
cit.ſenſus contuetur ſpeciem in ſubiecta materia conſti
tutum.imaginatio v̓o ſolam ſine materia indicat figu-
ram.ratio v̓o hanc quoqꝫ tranſcendit. ſpeciemqꝫ ipſam
que ſingularibus ineſt vniuerſali conſideratiōe perpen
dit. Intelligentia ſuꝑgreſſa vniuerſitatis ambitū ipām
ſimplicem formam pura mentis acie contuetur. Cuꝫ er
go diuina eſſentia ſit ſimplex forma . ⁊ talis q̄ non ineſt
ſingularibus vt vniuerſalis forma. reliquitur ꝙ cogno-
ſcitur intelligentia non ratione.¶ Item Boetius in eo
dem.ſuperior vis amplectitur inferiorem . inferior ve-
ro ad ſuperiorem nullomodo conſurgit . neqꝫ enim ſen
ſus aliquid extra materiam valet cognoſcere . nec vni
uerſales ſpecies imaginatio contuetur nec ratio capit

ſimplicem formaʒ. ¶ Reſponſio. Ratio vno mõ dicit̃ cõmuniter: alio modo ſtricte. ſm ꝙ large ſumit̃ comprehendit intelligentiam. intellectum. ⁊ rationeʒ ſtricte acceptam. vis enim rationalis ſm aſpectum quem habet ad id quod ſupra eſt ſcilʒ deuʒ: dicitur intelligẽtia. ſm aſpectum quem habet ad id quod iuxta ſe eſt. ſcilʒ ſpiritualem naturam: dicitur intellectus. ſm đo reſpectum quem habet ad id quod infra ſe eſt. ſcilʒ corporum naturas: dicitur ratio ſtricte. ⁊ hec eſt intentio beati Auguſti. in libro de anima ⁊ ſpiritu. Aliter ſm bimembreʒ diuiſionem dicit Auguſti. ꝙ ratio diuidit ſe in duo. ſcilʒ in ſuperiorem ⁊ inferioreʒ. ſcilʒ in virũ ⁊ muliereʒ. Superior pars eſt ad contemplandũ deuʒ ⁊ eterna. Inferior ad contemplandas creaturas ⁊ tẽporalia. ad ſuperiorem pertinet ſapientia. ad inferiorem ſcientia. Dicendum ergo ſm hoc. ꝙ deus comprehenditur ratione ſm ꝙ ratõnis nomen extenditur ad ſuperiorem partem que eſt mens vel intellectus dicta. non ſm ꝙ reſtringitur nomen rationis ad inferiorem partem que eſt ad contemplandas creaturas vel inferiores naturas. ¶ Ad aliud đo Boetij dicenduʒ. ꝙ eſt accipere rationeʒ per modum rationis: ⁊ per modum intelligentie. ſimiliter intelligentia per modum intelligentie: ⁊ per modum rationis. Modus đo propriꝰ rationis eſt accipere in collectione vt vnum in multis velut vniuerſalem formam in multis ſingularibꝫ ⁊ vnuʒ ex alio ⁊ poſt aliud vt ex principijs concluſionẽ. Modus đo intelligentie eſt apprehendere ipſam ſimpliceʒ vt vnum per aliud ſiue poſt aliud: ſed totum ſimul. in nobis ergo eſt ratio per modum rationis. ⁊ ipſa intelligentia ſm ſtatum preſentem per modum rationis. qr noſtra intelligentia apprehendit ſimplicem formã que eſt deus. non per modum ſimplicitatis ⁊ ſimultatis: ſ velut vniuerſalem cauſam in multis effectibus: ⁊ per aliud vt per effectus ſcilʒ creaturas. Ratio đo per modum intelligentie: ⁊ intelligentia per modum intelligentie eſt diuini intellectus. hinc dicit boetius ĩ libro de conſolatione. ꝙ ratio ſolum hominis eſt intelligentia dei. ⁊ hoc eſt quod ipſe dicit. ſenſus ſolus cũctis alijs cognitionibus deſtitutus immobilibus animantibus ceſſit q̃les ſunt conche maris. imaginatio đo mobilibus beluis quibus iaʒ ineſſe fugiendi appetendiue aliquis videt̃ affectus. Rõ đo tm̃ hũani generis, ẽ ſic̃ ĩtelligẽtia diui.

## Articulus quartꝰ

DEinde queritur. vtrum homo in primo ſtatu cognoſceret per creaturas deum. Circa quod duo queruntur. Primo. an noſceret deum per creaturas. Secundo. vtrum melius tunc cognoſceret deum per rationem q̃ modo cognoſcatur per fidem. ¶ Circa primum ſic. hugo de ſancto victore ſic loquitur de ſcala Iacob. ⁊ vult facere differentiam inter cognitioneʒ hominis ⁊ ꝯgnitionem angeli dicens. ꝙ angeli non indigent ſcala: qa volant per contemplationem. homo autem qui volare non poteſt indiget ſcala. Scala autem eſt vehiculũ creature. ergo adam in primo ſtatu cognoſcebat per creaturas deum. ergo indigebat creaturis. ¶ Contra. hugo: cognouit homo creatorem ſuum non ea ſolum cognitõne que foris ex auditu ſolo perficitur: ſed ea que intus per inſpirationem monſtratur. Item idem. Nõ ea qua modo deus accedentibus abſens fide creditur: ſed ea que tunc per preſentiaʒ contemplationis ſcienti manifeſtius cernebatur cognouit creatorem ſuum non ita excellenter ſicut poſtea cognoſcere debuiſſet ſi perſtitiſſet. ergo non cognouit deum per creaturas: ſed ſeipſo. ¶ Reſponſio. ſicut dicitur eccĩ. xvij. poſuit oculũ ipſorum ſuper corda ipſorum. oſtendere illis magnalia operum ſuorum: vt magnalia enarrarent operũ illius. Oculus autem eſt aſpectus intellectus rationalis. ⁊ iſte oculus eſt in terrena ⁊ eterna. ſed in terrena eſt per naturam: in eterna đo per gratiam. Dicenduʒ ergo ꝙ adam per creaturas videbat deum non in ſe. ¶ Ad illud quod dicitur manifeſtius per contemplationis preſentiam. Dicendum ꝙ deus manifeſtatur in ſe ⁊ in ſuo effectu. In effectu ergo tũc manifeſte videbatur non obſcure. ſed modo propter peccatum obſcure ⁊ non manifeſte videtur. naturaliter ergo non eſt acceptatio eius ſm quod eſt: ſed cum effectu ſemꝑ.

## Poſtea queritur .§. j.

vtrum adam in primo ſtatu melius cognoſceret deum q̃ modo cognoſcatur per fidem. Et videtur ꝙ ſic. quia cognitio per abſentiam non eſt tanta: quanta eſt illa q̃ per preſentiam contemplationis. ſed talis fuit cognitio ade ante peccatum: ſicut dicit hugo. ꝫ ⁊c̃. ¶ Contra. glo. xxxiij. Iob. Conſumpta eſt caro eius a ſupplicijs. Nota. adam ante peccatum nec ſtultum nec ſapientem fuiſſe: neqʒ ſapienter neqʒ ſtulte peccaſſe. ⁊ ita videtur ꝙ minor fuerit illa cognitio quaʒ habuit: q̃ fidei. ¶ Reſponſio. in adam fuit cognitio naturalis ⁊ ſuperaddita. Maior autem cognitio poteſt dici tripliciter. ſcilʒ q̃tum ad comprehenſionem intellectus. vel q̃tum ad meritum. vel q̃tum ad guſtum. poteſt ergo dici ꝙ cognitio quam habuit adam naturaliter de deo ꝑ creaturas: maior fuit q̃tum ad comprehenſionem intellectus. ſed illa que eſt per fidem maior eſt q̃tum ad intellectum ⁊ q̃tum ad guſtum q̃ illa que eſt per naturam. Eſt enim duplex preſentia dei: in viſu: ⁊ ĩ guſtu. ⁊ ſm hoc eſt cognitio videntis in lumine: ⁊ guſtantis in tenebris. ⁊ talis eſt cognitio fidei in qua abſens eſt viſui ⁊ preſens guſtui. propter quod dicitur in p̃s. Ex magna multitudo dulcedinis tue domine quam abſcõdiſti ⁊c̃. Dicendum igitur ꝙ eſt ſapientia q̃tum ad ſpeculationeʒ: ⁊ q̃tum ad electioneʒ. primo modo fuit ſapiens adam. ſed in electione non fuit ſapiens: quia male elegit. nec fuit ſtultus: quia ñ penitus ignorabat qd eligenduʒ. ⁊ hoc eſt quod ſequitur in illa gloſa. Sapiens enim eſt qui obſeruatione peccati agenda vel vitãda nouit. Stultus đo qui ſequenda vel vitanda oĩno ignorat. nec talis fuit adam. Et ſic patet quomodo intelligatur.

## Mẽbrum tercium

DEterminatis queſtionibꝫ illis que incidũt ex ꝑte ꝯgnoſcibilis ⁊ ex ꝑte ꝯgnoſcentis: ꝯſequẽs ẽ determiare queſtiões incidẽtes ex ꝑte medij ꝯgnoſcẽdi. ⁊ h̃ ſb q̇nqʒ articulis. Primꝰ an ꝯgnoſcat̃ ꝑ mediũ. Sc̄dus de medio ꝯgnoſcẽdi ꝑ naturã. Terciꝰ de medio ꝯgnoſcẽdi ꝑ gr̃aʒ. Quartꝰ de ꝯꝑatõe ꝯgnitõis ꝑ naturã ⁊ gratiaʒ. Quintꝰ de ꝯꝑatõe ſm certitudinẽ medij ad ꝯgnoſcẽdũ deũ ⁊ creaturã.

## Articulus primꝰ

PRimo q̃rit̃. vtꝝ deꝰ videat̃ vel ꝯg̃ſcat̃ ſeip̃o vel req̃rat̃ aliq̇d aliđ ſic̃ mediũ ad ꝯg̃ſcẽdũ ip̃m. ¶ Ad qđ ſic obijcit̃. ſicut ſe hʒ lux iſta corꝑal' ad ſenſuʒ ⁊ viſibilia: ita ſe hʒ lux diuia ad intellectũ ⁊ intelligibilia. ſic̃ dic̃ aug. ĩ li. ſolilog. ꝙ terra viſibil' ẽ ⁊ lux: ſ t̃ra niſi luce illuſtrata videri ñ p̃t. ſil'r diſciplinaꝝ ſpectamia ñ p̃nt ꝯg̃ſci ⁊ ĩtelligi niſi aliq̃ ſuo ſole illuſtret̃. ⁊ illđ ẽ deꝰ. ſi ĝ lux corꝑal' ꝑ ſeip̃aʒ vid̃ ⁊ ñ ꝑ aliđ. ĝ lux q̃ ẽ deꝰ ꝑ ſeip̃aʒ videbit̃ ⁊ ñ alio. ¶ Itẽ cũ tria ſint genẽa viſiõis ſic̃ dic̃ aug. corꝑal'. ⁊ imagiaria ⁊ ĩtellectual'. tercõ genẽ videt̃ res q̃ ñ hñt ſil'itudieʒ niſi ſeip̃as. vt d̃r. ij. coꝝ. xij. ĩ glo. aug. ſ tercõ genẽ videt̃ deꝰ. ĝ ñ ꝑ imaginẽ videt̃ ſiue ſil'itudinẽ. Qꝛ at̃ tercõ genẽ viſiõis videat̃ deꝰ: hʒ. j. ro. ſup illđ inuiſibilia ⁊c̃. ꝙ phi videꝛt deũ tercõ genẽ viſiõis. ¶ Itẽ dic̃ aug. ꝙ mẽs nll'a iteꝛpoſita nat̃a ab ip̃a p̃ma v̓itate format̃. nll'a igr̃ nat̃a alia iteruẽit int̃ p̃mã v̓itatẽ ⁊ mẽtẽ q̃ ſit ſicut me-

dium ad cognoſcendum deū. ¶ Contra .j. cor. xiij. vi
demus nunc ꝑ ſpeculū ⁊ in enigmate. Glo. ꝑ ſpeculū
⁊ in enigmate .i. imaginē obſcurā. videm⁹ .n. aliq̄s cre
aturas in quib⁹ aliqua dei ſilitudo relucet. ⁊ ſeq̄r. ſic
noīe ſpeculi imaginē ſignificauit ita nomīe enigmatis
ſilitudinē q̄uis obſcurā. vtroq̨ igit̄ noīe ſilitudines ſi
gnate ſunt que valēt ad intelligēdū deū lȝ obſcure. Re
linquit̄ igit̄ ꝙ nō cognoſcit̄ in pn̄ti deus niſi ꝑ ſilitudi
nes creaturaꝝ. ¶ Itē b. dyo. in principio hierarchie. n̄
eſt poſſibile aīo noſtro ad nō materialē illā aſcendē ce
leſtiū hierarchiaꝝ ꝯtemplatōȝ: niſi ea que ſm ipāȝ eſt
materiali manuductōne vtat̄. h⁹ rei gratia miſericors
ꝑfectōis principiū ſenſibilib⁹ imaginib⁹ celeſtes deſcri
pſit intellectus. Relinquit̄ igit̄ ꝙ n̄ pn̄t ꝑcipi ſpūales
creature niſi ꝑ medias ſilitudines. ẜ mltomagis nec
ipſa ſpūalis ſuba increata. ¶ Rn̄ſio. in pn̄ti n̄ ē ꝯgno
ſcere deū ſine medio. vtꝝ aūt in futuro poſſit cognoſci
ſine medio aliquo: al's inquiret̄. ¶ Ad primū ẜ dōm.
ꝙ videri ſeipſo dicit̄ dupl'r. effectiue ⁊ materialit̄. Di
cendū ẜ ꝙ lux etiā videt̄ ſeipſa ⁊ ꝑ ſeipſam effectiue: q2
nō eſt alia cā que faciat lucē videre niſi ipſa. Eſt tamē
aliqua cā materialis in qua .ſ. lux videt̄. quēadmoduȝ
in aere vel colore vnde videt̄ lux ſeipſa effectiue: n̄ tam̄
ſeipſa materialit̄. ẜ ē in ſeipſa .i. in ſua ſpūalitate ⁊ ab
ſolutōne nature ſue. ẜ in alia vt in aere vel colore. Eo
dem modo lux eterna in pn̄ti videtur ſeipſa. nō tn̄ i ſe
ipſa: ẜ in creatura que eſt q̄ſi mediū materiale deferēs
ipſam luceȝ ad intellectum. ¶ Ad ſecūdum dōm. ꝙ in
tellectualis viſio dicit̄ duobus modis. Uno modo in
tellectualis viſio cognitio ꝑ intellectum ſiue ſit ꝑ ſimi
litudinē ipius rei intellecte ſiue ꝑ reȝ ipſam. ⁊ ẜ mō dr̄
intellectualis viſio .j. ro. in glo. Alio mō dicit̄ intelle
ctualis viſio ꝓut dicit̄ celum. ⁊ ẜ mō nō quecūq̨ ꝯgni
tio ꝑ intellectū dicit̄ viſio intellectualis. ẜ ſolū illa qua
res videt̄ nō ꝑ ſimilitudinē aliā a re. ⁊ ẜ mō accipit̄ .ij.
corint̄. xij. in glo. ſuꝑ illud. Raptus vſq̨ ad terciū celū
vbi dicit̄. Terciū gen⁹ viſionis eſt illud quo dilectō i
tellecta ꝯſpicit̄. eas res ꝯtinet que nō hn̄t imagines ſui
ſil'es. ⁊ ſequit̄. dilectio .n. n̄ aliter videt̄ in ſpecie pn̄s q̄
eſt: ⁊ aliter abſens in aliqua imagine ſiue ſil'i. Dicēdū
ẜ ꝙ primo mō viſione intellectuali videt̄ deus in pn̄ti
ẜ ſecūdo modo videbit̄ in patria. ¶ Ad terciū dicēdū.
ꝙ natura poteſt accipi dupl'r. ſcȝ ſuba aliq̄ vel diſpoſi
tio ipſius ſubſtantie ſm ꝙ natura appellat̄ ſuba aliq̄ ſi
cut dicit aug⁹. ꝙ nulla eſt interpoſita natura int̄ men
tem ⁊ deū. vt ſcȝ aliqua ſubſtantia intellectualis: velut
angelus ꝑ queȝ formet̄ ⁊ perficiat̄ aliqua mēs. quēad
modū phi mentiti ſunt dicentes: intelligentiā hūanaȝ
educi in actum ⁊ perfici ꝑ intelligētiā angelicā. Scd̄ȝ
vō ꝙ natura dicit̄ diſpoſitio ſubſtātie: ſic nō eſt incōue
niens diſpoſitōȝ aliquā eſſe ex ꝑte mētis ad videndum
deū vt vtat̄ ibi ſeipſa. ſicut imagine quadā ad vidēduȝ
deū: vel etiā ſpecieb⁹ alijs intelligibilib⁹.

## Articulus ſecūdus

Conſequēt̄ querit̄ de medio cognoſcēdi deū
ꝑ naturā qd̄ eſt creatura. Querit̄ ẜ qūo de⁹
cognoſcat̄ ꝑ creaturas ſicut mediū. Et vi
det̄ ꝙ nō. q2 omīs cognitio eſt ꝑ cōuenientiā. ẜ nō ē ꝯue
nientia creature ad deū: q2 nō eſt ꝯuenietia nec in genē
nec in ſpecie nec in numero. ẜ non erit ipm̄ cognoſcē ꝑ
creaturā. ¶ Item omīs cognitio que eſt fundata ſupra
rationē: eſt fundata ſuꝑ habitudineȝ aliquaȝ. ẜ nō eſt
habitudo creature ad deum. ẜ non erit cognoſcere deū
per creaturas. ꝓbatio medie: quia non eſt aliqua pro
portio infiniti ad finitum. ẜ deus infinitus eſt: creatu
ra finita. ẜ non eſt aliqua ꝓportio cōmunis vel habitu
do. ¶ Item auguſti. in lib. de libero arbi. Fortis acies
mentis cum multa etiaȝ incōmutabilia conſpexerit di
riget ſe in ſummaȝ veritatem: qua omīa alia mōſtrāt̄,
eiq̨ inherens obliuiſcitur cetera. ſed cum intelligit ꝑ
mam veritatem peruenit ad ipſam. ergo obliuiſcit̄ oīa
alia. ẜ non intelligit ipſum per alia. ¶ Item cum aīa
ſit nata ad videndum ipſam primam veritateȝ non eſt
defectus ex parte eius. ſed lux diuina ſemꝑ eſt ei pn̄s.
ẜ ſemper etiam ſine medio videt ipſam. ¶ Iteȝ math.
xj. Nemo nouit patrem niſi filius. Glo. pater declara
tur per verbum. ergo videmus deum per filiū: non per
creaturas. ¶ Ad idem eſt illud ſententiaꝝ: deus pater
qui veriſſime ſe indicare omībus cogniturīs ⁊ voluit
⁊ potuit. hoc ad ſe indicanduȝ genuit; quod eſt ipē qui
genuit. ergo filius proprie eſt ad indicandum deum.
¶ Contra. primo Rom. Inuiſibilia dei. Glo. deus q
inuiſibilis erat natura: opus ſuum fecit ꝙ opificem
ſua viſibilitate monſtraret. ergo videmus eum per cre
aturas. ¶ Item prima corint̄. xiij. Uidemus nūc ꝑ ſpe
culum in enigmate. ¶ Reſponſio. ad primuȝ dicēduȝ
ꝙ eſt conuenientia ſm vniuocationeȝ: ⁊ eſt conuenien
tia ſm analogiam. ſm vniuocationeȝ eſt conuenietia
in genere vel in numero vel in ſpecie. cōuenientia ſm
analogiam: vt ſubſtantia ⁊ accidens conueniūt in en
te quod dicitur ſm prius ⁊ poſterius de illis. q2 eius
ſubſtantia eſt principium accidentis. ⁊ ideo per prius
dicitur ens de ſubſtantia que eſt ens per ſe. per poſte
rius de accidente quod eſt ens in alio. Dicenduȝ ergo
ꝙ non eſt conuenientia dei ⁊ creature ſm vniuocatio
nem ſed per analogiam. vt ſi dicatur bonum de deo: ⁊
de creatura. de deo dicitur per naturam: de creatura ꝑ
participationeȝ. Similiter eſſe bonum de deo ⁊ de cre
atura dicitur ſm analogiam. ¶ Ad ſecundum dicen
dum. ꝙ eſt conſiderare diuinam ſubſtantiaȝ in ſe: ⁊ vt
cauſam. in ſe conſiderata eſt quaſi quoddam pelagus
ſubſtantie infinite. ſi vō conſideratur vt cauſa efficiēs
⁊ vt cauſa finalis: quia eſt alpha ⁊ o. iſto ſecūdo modo
conſideratur vt finiens creaturam a parte ante inq̄tū
eſt cauſa efficiens: ⁊ a parte poſt vt cauſa finalis. ⁊ ſic
eſt accipere aliquam habitudinem finiti ad infinituȝ.
non vt eſt in ſe: ſed vt eſt finiens. ¶ Ad tercium dicen
dum. ꝙ eſt dirigere aſpectum in ipſam veritateȝ dupli
citer. ſm ꝙ eſt ipſa: vel ſm ꝙ eſt ī creatura. primo mo
do non eſt aſpectum figere: ſed ſecundo modo. Dicen
dum ergo. ꝙ eſt cognitio in fieri ⁊ in facto eſſe. ꝯgnitio
de deo ſemper eſt in fieri in vita iſta: ſed in futuro erit
facta. Et hoc modo debet intelligi quod dicit Auguſti
nus. ꝙ mens obliuiſcetur cetera. ſicut patet: cuȝ aliq̄s
facit rem habet inſtrumenta: ſed cum facta eſt proijciet
ea. Auguſti. indigemus in preſenti diſpenſatiuis ſimi
litudinibus. ¶ Ad quartum dicendum. ꝙ defectus eſt
ex parte nature. ſic enim ſe habet intellectus noſter ad
manifeſtiſſima nature: ſicut oculus noctue ad ſoleȝ. ſi
cut enim viſus noſter deficit in maxime lucidis: vt co
gnitione trinitatis ꝓpter immenſitatē lumīs. ſimiliter
deficit in minimis .ſ. in temꝑe ⁊ in motu. deficit ergo ī
eternis intellectus noſter quaſi ī maximis: ⁊ in mini
mis .ſ. in tꝑe ⁊ in motu. ſicut ẜ oculus debilis n̄ potēs
ſoleȝ videre in rota: videt eū in aere. ſil'r ⁊ nos in crea
tura. ¶ Ad q̄ntuȝ dōm. ꝙ eſt deū videre ꝑ verbū ⁊ per
creaturā. ſicut ē videre rem ꝑ lucē ⁊ ꝑ ſpeculū: ẜ ꝑ lucē
formaliter ⁊ per ſpeculuȝ materialiter. ſil'r eſt vidē deū
per verbum vt per lucem: ſed per creaturas vt per ſpe
culum.

## Articulus tercius

Conſequenter queritur de medio cognoſcen
di deum per gratiam. cū ſit cognitio ꝑ grāȝ
fidei. ꝑ gratiaȝ donoꝝ intellectus ⁊ ſapie. ꝑ
gratiam ꝓphetie. ꝑ gratiaȝ raptus. h tm̄modo quere
mus de medio cognoſcendi per gratiam fidei. quia ſi
ne iſta cognitione nulli adulto ē ſalus. alia vō ſuis lo
cis inquirentur. ¶ Ad hoc ergo primo introducit̄ illō

quod dicit aug. in li. de videndo deo. inter videre ⁊ credere hoc diſtare dicimus. qꝛ videntᷣ pn̄tia credūtᷣ abſentia. pn̄tia aūt in ħ loco intelligimus q̄ preſto ſunt ſenſibus ſiue corporis ſiue animi. vnde ſumpto vocabulo p̄ſentia noīantᷣ. ex hoc ergo relinquitᷣ ꝙ cognitō fidei nō eſt viſio ⁊ ꝙ cognitio abſentiū eſt ꝑ fidē. ¶ Cōtra. j. cor. xiij. videmus nūc ꝑ ſpeculū in enigmate ⁊c̄. ex q̄ accipimus. ꝙ videre eſt duob᷒ modis. vidē ꝑ ſpeculum et enigma: videre ꝑ ſpeciē. cum ḡ credere ſit videre ꝑ ſpeculū ⁊ enigma. credere eſt videre: nulla ḡ eſt dr̄ntia quā poīt aug. inter videre ⁊ credere. ¶ Item cognitio abſentiuꝫ eſt credulitas. ḡ cū imaginatio ⁊ memoria ſint rerum abſentiū: cognitio imaginaria ⁊ memoratiua erit credulitas. imaginari ḡ ⁊ memorari erit credere qđ patet eſſe falſum: relinqtur ergo ꝙ nō eſt ꝓpria differentia. videntᷣ preſentia credūtᷣ abſentia. ¶ Item queritᷣ vtrum cognitō fidei ſit ſcientia: ad quod auguſ. de videndo deo aſſumēs illud. j. Io. iij. Scimus qm̄ cū apparuerit ſimiles ei erimus. ſcire ſe dicit ꝙ nondum factū fuerat. nec vidēdo ſed credendo cognouerat. ergo credere eſt ſcire. ergo fides eſt ſcientia. ¶ Item aug. in codeꝫ. ſcientia noſtra conſtat ex rebus viſis ⁊ creditis. ſed acceptio aīe ex rebus creditis eſt fides. ergo fides eſt ſcientia. ¶ Cōtra. triplex eſt acceptō intellectus. opinio. fides. ſcientia ſi ergo opinio non eſt ſcientia: fides nunq̄ erit ſcientia.

¶ Reſpōdeo ꝑ ordineꝫ. Ad primū dicendum. ꝙ videre aliquid dicitᷣ duob᷒ modis. videre in ſe: videre in alio. ꝓprie dicitᷣ aliquid videre cū videtᷣ in ſe: improprie cum videtᷣ in alio. Scđm hoc dicendū. ꝙ credere eſt vidē aliqđ in alio nō ī ſe. ⁊ ideo impropē. ⁊ ħ eſt qđ dicit aug. in li. de videndo deo. Si ſcire nō incōgruentius dicim᷒ illud qđ certiſſimū credim᷒. ita falſuꝫ eſt vt etiā recte credita q̄uis abſit a nr̄is ſenſib᷒ videre mēte dicam᷒. tamē ꝓprie ſic ipē dicit credūtᷣ illa q̄ abſunt a ſenſib᷒ nr̄is. ſi videtᷣ ydoneū teſtimoniū qđ eis ꝓhibetᷣ. videtᷣ aūt illa q̄ p̄ſto ſunt animi vel corpis ſenſib᷒ ⁊c̄. vn̄ ⁊ pn̄tia noīantᷣ ex q̄ ptꝫ ꝙ illud qđ creditᷣ ꝓprie nō videtᷣ in ſe ħ in ſuo teſtimonio. qđ ṽo videtᷣ ꝓprie: cognoſcitᷣ in ſui pn̄tia. Vn̄ notatᷣ exemplū aug. hanc lucē corpis ſenſu ⁊ meā voluntatē ſenſu aī mei video. Si qs ṽo indicat mihi volūtatē cuius vox mihi pn̄s eſt tn̄ qꝛ ipā volūtas quā indicat latet ſenſuꝫ corpis ⁊ animi mei. credo non video: dummō recipiam vocē eius ꝓ teſte ydoneo. qꝛ ſi exiſtimarē mentiri: nō eſſet teſtis ydoneus ⁊ ideo nō crederem. ¶ Ad ſecundum rn̄det aug. in li. de videndo deo. nō quia dixi que abſunt a ſenſib᷒ nr̄is ea credi ſic accipiatᷣ vt inter illa deputentᷣ que aliquando vidimus ſicut imaginaria. ⁊ vidiſſe nos retinem᷒ vt memorabilia. certiq; ſum᷒ ꝙ tunc nō preſto ſunt cū recolūtᷣ a nobis. neq; em̄ inter credita ħ inter viſa reputantᷣ. videre em̄ eſt ſenſu corpis vel intuitu mentis rem ꝯprehendere. Credere ṽo eſt quod in ꝯſpectu mētis vel corpis nunq̄ affuiſſe recolitᷣ. ¶ Ad vltimū qđ querit. an fides dicatᷣ ſcientia: diſtinguēdum ꝙ ſcīa dicitᷣ ſtricte. ꝯmūiter. ꝯmuniſſime. Stricte dicitur ſcientia cognitio rei ꝑ cauſaꝫ. ſicut dic̄ phūs. Scire idē eſt ꝙ cauſam rei noſſe. Cōmuniter dicitur ſcientia viſio rei ꝑ intellectū. ſm̄ quē modū dicit aug᷒. in li. de vidēdo deo. que ꝑ corpus videntᷣ niſi mens aſſit que talia nunciata ſuſceperit: nunq̄ poſſunt ſcientia aliqua contineri Communiſſime ṽo dicitur eo modo quo dicit Auguſt. de videndo deo. Scientia noſtra cōſtat ex rebus viſis et creditis. ſed his que vidimus et videmus noſipſi teſtes ſumus: his autem que credimus alijs teſtibus commonemur ad fidem. cum earum rerum quas nec vidiſſe recolimus nos nec videmus: videntur ſigna in vocib᷒ vel litteris vel quibuſcunq; documentis: quib᷒ viſis nō viſa credantur. Nō immerito ḡ ſcire nos dicimus nō ſolū ea que vidimus vel videmus: verumetiam ea que ydoneis teſtib᷒ vel teſtimonijs credimus.

## Articulus quartus

poris ergo eſt in omni vbi. ergo ex ypoſtaſi poteſt cōue-
nire ei eſſe vbiqꝫ. ¶ Itē angelus poteſt velle eſſe vbiqꝫ. ꝭ
ſi poteſt eſſe illud velle: poteſt eſſe ibi quia cū dicat aug.
de corpore glorificato. ꝙ ibi erit vbi volet. multomagis
iſtud eſt verum de angelo. ergo angelis poteſt conueni-
re eſſe vbiqꝫ. ergo nō ſoli deo. ¶ Solutio. cum dicitur

deus eſt vbiqꝫ ſemperintelligitur ꝙ non ſit depẽdentia
eius ab vbi.⁊ ideo dicit augꝰ.ad dardañ.in ſeipõ eſt ⁊
vbiqꝫ.vbiqꝫ quia nuſꝙ̃ eſt abſens in ſeipõ quia nõ con-
tinetur his quibus ẽ preſens.⁊ ꝓpter hoc per hanc deꝰ
eſt vbiqꝫ:non excluditur hec deus eſt in ſeipõ.imo per
ipſam ponitur p̃ſentia dei pñs omĩ vbi ſine dependentia
eius ab vbi.⁊ quia iſtud alicui creature nõ cõuenit:ꝓ-
pter hoc ꝓprie nõ cõuenit niſi ſoli deo ꝙ ſit vbiqꝫ niſi ſꝫm
quid.¶ Ad primum ergo obiectum dõm.ꝙ quãdo ali
qua res ꝓprie dicitur eſſe vbiqꝫ:per hoc ponitur ꝓprie ꝙ
ſit ens ſeꝑatum non depẽdens.⁊ ꝙ nata ſit replere om
nem rem.⁊ iſtud ſoli deo cõuenit et nõ forme vniuerſa-
li.forma eñ vniuerſalis non habet eẽ per ſe nec ſeꝑatũ
imo dependens a primis.vnde deſtructis primis impoſ-
ſibile ẽ aliquod aliorũ remanere.et ita ſꝫm actuꝫ exiſtẽ
di dependet a ſingularibus vniuerſale.Itẽ quelibet cre
atura ſꝫm ꝙ compatur ad deuꝫ eſt nata repleri diuina
bonitate.aliter eñ vacua eſſet.⁊ ideo omnis res ſiue ſit
ſubſtantia ſiue accidens quecũqꝫ:ſic compatur ad deũ
vt vbi.cõmuni modo loquendi.Sed vniuerſale quod ẽ
ſubſtantia nõ compatur ad omne ſingulare vt ad ſuuꝫ
vbi:ſed ſolum ad ſua ſingularia.vnde ꝙ ſit v̓.in quo ñ
ſit ſubſtãtia hoc eſt ſuorum ſingularium ſed non eſt in
alijs rebus.Item et ſi non eſſet niſi ſubſtantia et eiꝰ ſin
gularia:adhuc tñ nõ eſſet nata replere omnia aliorum
generum que poſſent eſſe ſicut deus.¶ Ad aliud dõm.
ꝙ licet humanitas ꝯiungatur diuinitati toti.i.perfecte
nõ tñ ꝓpter hoc ſequitur ꝙ habeat extenſioneꝫ vbiqꝫ.li
cet eñ natura humana ſit vnita diuine in vnitate ꝑſone
nõ tamen natura humana cõmetitur immenſitati diui-
ne que quidam immẽſitas quia circũſcribit eẽ ꝑ diffini
tõem et circũſcriptõem requirit eẽ vbiqꝫ.natura aũt hu
mana hmõi immẽſitatem nõ ſortitur ex hac vnione ꝓpẽ
quod diffiniri habet et circũſcribi loco.tñ quoddã mi-
mirabile cõuenit ei ex hac vnione.ſcꝫ ꝙ ipſa eadem hu-
manitas poteſt eſſe in pluribus altaribus ſimul.Ita tñ
eſt in pluribus ꝙ non eſt vbiqꝫ.nec poteſt eſſe.quia ſacꝛ-
mentaliter non poteſt ꝯſecrari ex alijs ſpeciebus q̃ pa-
nis et vini.he aũt ſpecies non pñt eẽ vbiqꝫ.⁊ ꝓpter hoc
nec corpus xp̄i.quia terminata materia de qua ꝯſecrat̃
ſequitur neceſſario ꝙ nõ poſſit eẽ vbiqꝫ.Et ſi poneretur
ꝙ nihil aliud eſſꝫ niſi panis et vinũ.eẽt et vbiqꝫ: adhuc
tñ poſſet intelligi materia de qua nõ poſſet cõſecrari:et
ideo nõ ꝓprie poſſet dici vbiqꝫ:licet etiam ſpecies ille eſ-
ſent cõſecrate.¶ Ad tercium dõm.ꝙ licet ille homo eẽt
in omni vbi quod ẽ.nõ tamẽ eſſet vbiqꝫ ſicut deus: quia
vbi dictum de deo notat p̃ſentiam ad omne vbi quod ẽ.
ꝙ ſi etiam eẽnt alia vbi.ꝙ diuina bonitas repleret ea.⁊
h̔ eſt vbiqꝫ ꝓprie.licet aũ aĩa iſtius hominis eſſet ĩ q̃libꝫ
v̓.ſui corporis.nõ tñ eẽt in quolibet vbi quod poſſet eſſe
¶ Ad vltimum dõm.ꝙ duplex eſt potentia.ſcꝫ potentia
obſoluta que dicitur potentia nature.et potentia ordĩa
ta.loquendo de potentia abſoluta:poſſem ego velle nõ
mori.quia voluntas eſt impoſſibilium:ſed nõ loquendo
de potentia dei ordinata.ſic angelus de potentia nature
poſſet eſſe velle in omni vbi:ſed non d̓ potẽtia dei ordĩa
ta per gr̃am.quia cum nihil poſſet eſſe vbiqꝫ ſimul niſi
deus.ſi ipſe vellet eẽ vbiqꝫ:ſimul vellet eẽ deus.quod nõ
põt velle de potẽtia dei ordinata.licet poſſet de potẽtia
nature qꝛ vt dictum eſt ipſa eſt impoſſibilium.

## Queſtio.x.de exiſtentia diuine eẽntie in rebus.

Queſito e immen-
ſitate diuine eẽntie q̃tum ad eſſe in lo-
co.querendum eſt de exiſtentia eius in
rebus generaliter.primo an ſit ex̃ res.
ſecũdo an ſit in rebus eẽntialiter.pñti-
aliter.potentialiter.tercio de numero iſtoꝝ modorum
eẽntialiter.preſentialiter.potẽtialiter.quarto que ẽ ra-
tio diſtinguendi iſtos modos.quinto vtrũ p̄dictis mo-
dis exiſtat deus in rebus equaliter.

## Membrum primum

AD primum ſic opponit anſelmus. ſi deus
vbiqꝫ eſt eſſentialiter.ergo et vbi locus eſt
et vbi locus non eſt.erit itaqꝫ extra omnẽ
locum.et intra omnẽ locum.et ſupra om-
nia.infra omnia.intra omnia.extra omnia:ergo eſt ex-
tra res.¶ Item anſelmus in monologion.quoniam ab-
ſurdum eſt vt.ſ.quemadmoduꝫ nullatenus aliquid cre
atum poteſt excedere fouentis immẽſitatem.ſic creans
et fouens nequaꝙ̃ aliquo modo valeat excedere factoꝝ
vniuerſitatem liquet.quoniã ipſa ẽ que cuncta alia por
tat et ſuperat claudit ⁊ penetrat.et vult dicẽ.ꝙ ſicut ab-
ſurdum eẽt dicere ꝙ res creata ſe extendit vltra immẽ
ſitatem creantis.ita ꝙ creator clauditur in creaturis.
ita ꝙ eas non excedat.ergo eſt extra ens.¶ Contra.ni
hil eſt extra omne.ergo nihil eſt extra res.ergo nec de-
us eſt extra res.¶ Item bene ſequitur ſi hoc eſt in hoc:
ergo illud eſt.quia in quo eſt aliquid ipſm ẽ.ſi ergo deus
ẽ extra res:ergo aliquid eſt extra res.quod eſt falſum:
ergo et primum.¶ Solutio.dõm ꝙ deus ẽ ĩ rebus ⁊ ex-
tra res.vnde intra non ẽ incluſus:extra non ẽ excluſus
et idem eſt dicere deus eſt extra res ⁊ deus ẽ in ſe.¶ Ad
primam rationem in cõtrarium.dõm ꝙ hoc ſignũ omẽ
poteſt diſtribuere ꝓ vniuerſitate creaturarum ſolum.⁊
ſic illa ꝓpoſitio eſt falſa.vel poteſt ſuppõnere ꝓ eo qui ẽ
ſupra vniuerſitatem creaturarum ⁊ hoc ẽ deus.et ſic eſt
vera.quia nihil extra deuꝫ.⁊ primo modo accipitur cũ
dicitur deus eſſe extra omne.¶ Ad ſecundũ dõm. ꝙ cũ
dicitur in quo eſt aliquid ⁊c̃.ſi hoc ꝙ dico aliquid ſup-
ponit rem particularem vera eſt illa ꝓpoſitio. ſed deus
non eſt res particularis.ꝓpter hoc non ſequitur ꝙ ſi de
us eſt extra res.ꝙ aliquid particulare.ſ.aliud a deo eſt
extra res.imo idem eſt dicere ꝙ deus ẽ extra res:ꝙ deꝰ ẽ
in ſe.per hoc eñ quod eſt in ſe qui eſt ſupra vniuerſita-
tem rerũ.ſequitur ꝙ ſit extra omnia.

## Membrum ſecundũ

POſtea queritur vtrum deus ſit in rebus
potentialiter.eſſentialiter. preſentialiter
Qꝫ potentialiter ſit in rebus.Richardꝰ ĩ
li.de trinitate. Si deus omnipotens eſt.
cõſequenter et vbiqꝫ poteſt.ſi vbiqꝫ poteſt:potenlialiter
vbiqꝫ ẽ.¶ Item ꝙ preſentialiter.anſelmus in monologi-
on.Simili naqꝫ per omnia ratõne qua collectum ẽ om
nia eſſe per aliquem vnum.ipſm ſolum eſt per ſeipſm: et
alia per aliud.Simili inquam ratõe poteſt probari.ꝙ
quecũqꝫ vigent:per vnum aliquid vigent.vnde ſolum il
lud viget ꝑ ſeipſm et alia ꝑ illud. quod quoniaꝫ aliter eſ
ſe nõ põt niſi vt ea que facta ſunt vigeãt ꝑ aliquid.et id
a quo facta ſunt vigeat ꝑ ipſm.neceſſe ẽ vt ſicut nihil fa-
ctum ẽ niſi ꝑ creatricẽ pñtem eẽntiam.ita nihil vigeat
niſi ꝑ eiuſdẽ ſeruatricẽ pñtiam.Ex qua aucte patet. ꝙ
p̃ſentialiter ẽ in omnibꝫ que ſunt.¶ Itẽ ꝙ ſit vbiqꝫ eẽn-
tialiter Richardus de.s.vi.ſi vbicũqꝫ potentõnaliter:
vbiqꝫ eſt eẽntialiter.cũ non ſit aliud et aliud in ipſo po-
tẽtia et eẽntia.aliter extenderet ſe potẽtia vltra eẽntiaꝫ
qđ ẽ incõueniẽs.¶ Cõtra.omne qđ ẽ eẽntialiter ĩ aliq̃
ẽ de illo vel pr̃icipiũ eẽntiale illi.Sed diuina eẽntia nõ
ẽ de rebus:g̃ ſi eẽntialiter ẽ ĩ eis.ẽ principiũ eẽntiale il-
lis.ſꝫ principiũ eẽntiale ẽ ſꝫm aliqđ genus cauſaꝝ.deus
aũt nõ ẽ ſicut materia.g̃ ẽ forma vel finis vel efficiens.
ſꝫ ſꝫm ꝙ finis nõ eſt eẽntialiter ĩ rebꝫ.imo extra res.Si-
militer inq̃tuꝫ efficiẽs. qꝛ finis et efficiẽs cauſe ſunt ex
trinſece.g̃ ponit̃ actio in rebus vt forma.¶ Sed tũc obij
citur.deus non eſt forma rei que dat eẽ ꝯiũcto. imo ẽ ex
forma exemplaris.ſꝫ forma exemplaris eſt extra res nõ

intra.ergo deus aliquo modo nō eſt eſſentialiter ī rebꝫ
cum nō ſit ď re:nec principiū eēntiale quod ſit in rebꝫ.
¶ Item illud per quod dicitur deus ē in rebus dicitur
in deo per cōparationē ad res.ſed eēntia dicit omnino
abſtractū:ergo habet intellectū abſolutū a cōparatione
ad res.ergo deus ſm eſſentiā nō debet dici in rebus.ſꝫ
abſentia venit eēntialiter.ergo nec eēntialiter ē in rebꝫ.
ꝙ aūt deus ſit ita eēntialiter in rebus ꝙ ſit de eſſe rerū:
videtur aug.in li.de anima et ſpiritu.deus ē rerū vni-
uerſitas ita ꝙ nullū ſinguloꝝ.ꝓpterea motiū ratōnis
nō ſubiacet.quia ratō nō eſt niſi de re aliqua.aut ergo
iſtud dicitur per eſſentiam aut per cauſam.ꝙ dicit deꝰ
ē vniuerſitas rerū.ſi per cām nō per eēntiam:ergo et ſi-
militer ſecundū dicetur per cauſam nō per eēntiam qď
eſt ꝙ nullū ſinguloꝝ ē.quod ē incōueniēs.Cum ergo h̄
abneget eē ꝑ eēntiam:ergo et primū poīt eē per eēntiaꝫ
ergo ita eſt eēntialiter in rebus quod ē ď illis ſiue de eē
rerū.¶ Item aug.viij.de trini.Eſt bonum per eēntiam
et bonū per participatōem.et dicit.tolle hoc tolle illď:
et inuenies ſummū bonū quod ē bonū per eēntiam. er-
go bonū per eēntiaꝫ quod ē deus:eſt eēntia alioꝝ bono-
rū.Sed ſicut ſe habet bonū ad bonū ita eēntia ad eēn-
tiam.ergo ita eēntialiter ē ī alijs quod eſt diuinorū eēn-
tia.¶ Item queritur vtrū ſit ita eēntialiter in rebus ꝙ
formaliter:ad quod ſic.omne eē ē a forma creata. h̄ for-
ma creata dat eē determinatū et tractum in partē:ergo
oportet ponere cauſam formalē vniuerſalem que faciat
eſſe ſimpliciter.ſed deus eſt hmōi.forma ergo eſt in re-
bus eēntialiter ita ꝙ formaliter ē pncipiū ipius eē ſim-
pliciter:non determinati in creatura.Maior et minor
patent per boetiū in li.de trinitate dicētem.deus ē vere
forma que neqꝫ imago ē et que eē ipm ē.ex qua ē eē: naꝫ
eē ex forma ē.¶ Itē ſicut ē bonū per eēntiam et ꝑticipa-
tōem.ita et eē per eēntiam et participatōem.ſi ergo cre-
ature dicuntur bone per participatōem diuine bonita-
tis:ergo ſunt entes per ꝑticipatōnem diuine eēntie.Si
ergo eo ſunt quo participāt eēntiam:ergo eſt in illis for-
maliter.quia quo res ē illud formale ē.¶ Item diuina
eēntia ſimplex ē.ergo nō poteſt trahi in partē.ergo non
participari a creaturis hoc mō.ergo ſi ab eis ꝑticipaꝰ:
h̄ ē ſic nos dicimꝰ ꝑticipatōe ſpēi pſ̄es hoīes ſūt vnꝰ hō
h̄ ī hac ꝑticipatōne illď qď ꝑticipaꝰ eēntialiꝰ ē ⁊ forma-
liꝰ ē im ꝑticipās.ꝗ et diuīa eēntia eēntialiꝰ et formaliꝰ ē
ī oībus rebus. ¶ Solutō.dōm ꝙ diuina eēntia ē ī om-
nibus rebus ſm p̄dictos tres modos generales.ſ.eſſen-
tialiter.potentialiter.p̄ntialiter.et hoc patet per auto-
ritatem greg.ſuper illud canti.v.quo abijt dilectus tu-
us.Deus cōmuni modo omnibꝫ ineſt eēntia.p̄ntia.po-
tētia.Et iſtos tres modos tāgit dauid ꝓpheta di.ī p̄s.
Si aſcendero in celum tu illic es.per hoc tangens mo-
dum exiſtendi deū eēntialiter:per hoc aūt ſi deſcendero
ad infernū ades.tangit modū exiſtēdi p̄ntialiter qa ad-
eē tangit p̄ntiam.ꝑ hoc aūt qď dicit et habitauero in ex-
tremis maris.illuc eīn manus tua deducet me.i.poten-
tia.tāgit modū exiſtēdi potentionaliter.nec ē intelligen-
dū ꝙ ita reddanꝰ ſingula ſingulis.quin illis tribꝫ mo-
dis ſit in celo et etiā vbiqꝫ.et ſic aꝓpriando tāgit tri-
plicē modū exiſtēdi in omnibus rebꝫ.¶ Et ad habendā
diſtinctōem iſtoꝝ modoꝝ generaliū:notandū. ꝙ in deo
ſunt tria.eēntia.virtus et oꝑatio.⁊ dico tria ſm rōnem
intelligētie.et diſtinguūtur illi modi ita ꝙ per eēntiam
ē in rebus eēntialiter.per virtutē ē in rebus potentōna-
liter.ꝑ oꝑatōem vō p̄ntialiter.Nā ꝑ oꝑatōꝫ innoteſcit
rebus diuina potētia et eēntia Ro.j. inuiſibilia dei ⁊c̄
et ſap̄.xiij.a magnitudine ſpēi creature poterat creator
eoꝝ cognoſcibiliter videri.quia igiꝰ ſua eēntia attigit
omnē rem ꝓpter hoc dr̄ in rebꝫ omnibꝫ eēntialiter.quia
vō ſua potentia vel virtus et ſua oꝑatio ꝑ quā ipa ē p̄-
ſens attigūt oēꝫ rē ꝓpter h̄ in oībꝫ rebꝫ ē potētionalr̄ et
pricipaliter.Aliter voluerūt diſtinguere dicētes.ꝙ pri-
mū qď cadit in intellectu ē ens.et poſt ens potētia.⁊ pꝰ
ens actu cōnotat.ergo diuinū eē reſpectu entis ſimpli-
citer:cū dicitur eēntialiter eſſe.reſpectu entis potentia
cū dicitur:potentionaliter eē.reſpectu vō entis actu cū
dicitur p̄ntialiter eē.vt oñdatur ergo ꝙ dominiū eiꝰ nuſ-
ꝗ deeſt quoquo modo accipiatur ens: dicitur eſſe his
tribus modis in rebus.¶ Ad primā rōem in cōtrariuꝫ
dicēdū.ꝙ deus nō ē eēntialiter in rebꝫ vt principiuꝫ qď
ſit ď eſſe:ſed vt principiū eēntiale. Sed diſtinguenduꝫ.
ē principium ꝑtis eē:et eſt principiuꝫ eēntiale totius eē.
primo modo anima eſt principium eēntiale corpori. nō
eīn eſt ei principium totius ſed partis.nō eīn eſt princi-
piū corporis quia corpus:ſed corporis quia viuēs actu
et ſic eſt ei principium partis eē.ſed deus dicitur princi-
pium eēntiale quia eſt principium totius eſſe. vnde eſt
principium corporis et quia corpus et quia viuens.qr
ſicut dicit anſelmus ī autoritate predicta in monologi-
on.quecunqꝫ vigent per ipm vigent:et ipe ſolus per ſe-
ipm viget.ſine iſto ergo principio eēntiali non poſſunt
res eſſe.Et ꝙ obijcit ꝙ principium eēntiale quod ē in re
accipitur ſm formalē cauſam intra.dicendum ꝙ hoc ē
verum de principio eēntiali partis eſſe.ſicut eſt anima.
¶ Ad ſecundum dōm.ꝙ diuina eēntia eſt abſtracta a re-
bus per impermixtionem.quia omnino non eſt ipe res
nec dependet ab eis.ſed non eſt abſtracta per cauſalita-
tem: quin res dependeant et teneantur ab ipa. nec eſſe
poſſint ſine ipa.vnde creatura ab ipo non poteſt abſtra-
hi.vnde ſicut lucere ſolis eſt ſubſtantificum claritatis
et illuminationis que ab ipſo eſt in aere.ita ꝙ nō poteſt
eſſe ſine illo:ſic claritas eſſe creature nō poteſt ſine cla-
ritate lucis eterne.quin ſemꝑ irradiat et influat ī ipam
¶ Ad aliud quo queritur vtrum deus ſit ita eſſentiali-
ter in rebus ꝙ ſit de eſſe rerum.dicendum ſicut habetur
.j.coꝝ.xv.vt ſit deus omnia in omnibus.glo. quia de-
us erit vita et victus et copia et gloria et ſalus ⁊ honor
et pax et finis deſideriorum et omnia bona. et hoc erit
in omnibus:ſic poteſt dici ꝙ deus eſt vniuerſitas ruꝫ
aut quia eſt vniuerſa res.aut quia eſt entitas.veritas.
bonitas.a quo vniuerſe res pendent.Primo modo nō
intendit auguſtinus ꝙ ſit vniuerſitas rerum ſed ſecun-
do modo.et quod dicit poſt et nullum ſingulorum: per
hoc notat ꝙ ipe ſit plenum ens a quo omnia alia nō tra-
ctum in partem.¶ Ad aliam rationem auguſtini tolle
hoc tolle illud ⁊c̄.dicendum ꝙ ſi dicatur forma que eſt
ſecundo perficiens et eſſe cōiuncta.ſic nō poteſt dici de-
us forma rerum.ſed ſi dicatur forma perfectio ſeperata
ſm eſſe.tenens et complens omnia in eſſe:ſic ipe deus ē
vere forma.Et hoc modo vult boetius ꝙ ipe ſit vere for-
ma.et omnis alia forma imago.quia tenet omnes for-
mas in ſua materia.et ē perfectio perfectionuꝫ. ſed non
ſequitur ꝙ ſit de rebus.per hoc patet ſolutio ad aliam
rationem.¶ Ad tercium dicendum. ꝙ auguſtinus ad
dardañ.ponit exemplum de participatione diuine bo-
nitatis in creatura.Et ponit exemplum de auditu ī his
qui audiunt.cum pariter aꝓpinquant ei:tātomagis
alius alio capit.quanto eſt acutior auditus.tantominꝰ
autem quāto eſt obtuſioris.cū ille nō magis minuſue ī-
ſonet.Sed in eo loco in quo ſunt omnibus equaliter p̄-
ſto:ſic quanto excellentius deus nulla incorporea et im-
mutabiliter vna totus adeſſe rebus oīmbus pt̄ ⁊ ſingu-
lis totus:ꝗuis in qbus habitāt habeāt eū ꝓ ſue capaci-
tis diuerſitate.alij plus alij minꝰ.ꝑticipatio ꝗ iſta nō ē
qr trahaꝰ ī ꝑte.imo ꝗtum ad effectum.ſm.ſ.ꝙ aliquid
efficitur plus vel minus:efficitur in conformitatem di-
uini eē.et ſm ꝙ aliquis plus aptus eſt tanto plus ꝑtici-
pat iſto modo.Qď ergo obijcitur vtrꝫ participetur ſicut
dicimus ſpeciē ꝑticipari a ſingularibꝫ.dicendum ꝙ nō
quia eēntia diuibilis vna ē.h̄ tñ mľtiplicaꝰ in ꝑticipatōi-
bꝫ.ita ꝙ ꝑtiꝰ ī h̄ et ī illo.et ita ꝑticipatō iſta ē ī vna for-
ma mľtiplicata.h̄ diuīa eēntia ñ ꝑticipaꝰ mľtiplicata.

Item vniuerſale eſt de eē eorum que ꝑticipant ipm̄. diuina aūt eēntia in rebus participātibus ipam ſed non eſt de illis.

## Membruꝫ tercium

Tercio queritur de numero modoꝝ exiſtēdi deum in rebus. Ad quod ſic aug. deus dicitur eē in mundo vt creator ⁊ rector. vt creator dicitur eē potētionaliter. vt rcor pn̄tialiter. ergo ſolum his duobus modis eſt in rebus. ¶ Item deus eēntialiter ē in rebus. quia eius eēntia nō deeſt alicui creature. ſed nō deeſſe eſt eē pſentialiter ī rebus. ¶ Item queritur ſi eſt in omnibus per voluntateꝫ ſicut alijs modis: et videtur ꝙ nō. cum dicat domin⁹ per ꝓphetam. nō eſt voluntas mea in vobis. i. malis. ¶ Itē deus ſe habet ad res vt alpha et o. ⁊ iſti modi nō ſūt aliqui pdictorum: ergo alijs modis q̄ tribus pdictis ē de⁹ ī rebus. ¶ Sed cōtra. potētia nō erit in eſſe niſi per voluntatē. ergo magis ſe habet per voluntatem ad res q̄ per potentiam. ergo ſi eſt in om̄ibus per potentiam. cōſtat ꝙ ē in omnibus per voluntatem. ¶ Item in deo ē perſonale et eēntiale. ⁊ ipa perſona ē imenſa ſicut eēntia. ergo ē vbiq3 perſonaliter ſicut eēntialiter. ergo pluribus modis ē in rebus q̄ tribus pdictis. ¶ Solutio. dōm ꝙ iſti tres modi generales ſunt exiſtendi deum in creaturis. ⁊ decurrūt per alios. ¶ Ad primo ergo obiectum dicēdum. ꝙ ē loqui de rebus q̄tum ad eſſe vel q̄tum ad fieri. ſic in illis ē deus vt creator. ⁊ etiam ē in illis predictis tribus modis. loquendo aūt de ipis prout ſunt. ſic ē in illis vt rector inq̄tum ē in ipis. hoc modo eſt in ipis tribus pdictis modis. vn̄ modi illi nō excludunt illos. imo ponunt illos. nec faciunt vnum cum illis. ¶ Ad ſecunduꝫ dōm. ꝙ eē preſentialiter eſt dupliciter. vno mō dicitur pn̄tialiť eē ad eē rei ⁊ nō deeſſe. alio mō dicitur preſentialiter eē quaſi p ſenſu eē. vt. ſ. habeat in re eē cognoſcibiliter. ſapiētie. xiij. a magnitudine ſpeciei et creature poterat creator horum cognoſcibiliť videri. Primo modo idem ē eſſe pn̄tialiter quod eēntialiter. Secundo mō nō. et ſic procedit ratio illa ex parte qua non faciunt deum. ¶ Ad tercium dicēdum ꝙ eſſe vt alpha et. o. non dicunt habitudinē ſm quam deus ē in rebus: ſ3 inq̄tum eſt extra vt principium et finis reꝝ et ideo nō faciunt modum differentem ab illis exiſtendi deum in creaturis. ¶ Ad aliud dicendū. ꝙ voluntas in deo reſpicit bonum volitum. ſ3 quia bonū eſt duplex ſc3 nature ⁊ ordinis. Si reſpicit bonū ordinis ſic non ē deus vbiq3 per volantatē. quia iſte non eſt in malis i qbus nō eſt bonitas ordinis. Si reſpiciat bonum nature ſic eſt in omni re per voluntatem: ſed tunc idem ē dicere deum in creatura per voluntatem et per operatōnem. ⁊ ideo nō ponit modum differentem ab illis. Item volūtas ꝓprie eſt ad res nō in rebus. et propter hoc nō facit quemadmodum eſſendi deum in rebus. ¶ Ad quintum dicenduꝫ. ꝙ eſſe perſonale duo ponit. ſ. eſſe ſm tres perſonas et eſſe ſm diſtinctionem. Primo modo dicitur deus perſonaliter in omnibus rebus. et hoc ſm tres modos predictos generales. nec iſtud ponit aliuꝫ modum exiſtendi ab iſtis. ſi dicatur eſſe perſonaliter. i. eſſe p diſtinctionem: ſic iſtud nō poteſt facere generalem modū eſſendi in creaturis. quia modus quo dicitur eſſe in omnibus reb9 ē per indiſtinctōe3. ⁊ ꝓpter hoc iſto mō ñ h3 reſpectum ad res. ideo nō facit modum exiſtendi alium a predictis. ⁊ ſic patet ſolutio.

## Mēbruꝫ quartū

Quarto queritur de modis aſſignandi diſtinctionem iſtorum modorum. Primus modus aſſignandi diſtinctōnem talis eſt deus compatur ad res vt dans eſſe reb9. vt regens res: ⁊ vt cognoſcens. Inq̄tum compatur ad res vt cognoſcens. preſentialiter dicitur eſſe in rebus. Inq̄tum dans potentōnaliter. inquantum regens. eſſentialiter. ¶ Sed cōtra iſtam diſtinctōnem obijcitur. i hoc ꝙ deus cognoſcit res: magis dicuntur res eſſe ī ipo q̄ econuerſo ſm illum modum aſſignandi. ergo nullus eſt modus diſtinguendi modos iſtos. ¶ Secundus modus diſtinguendi ē ſm ꝙ dicit dyoniſius. ꝙ tribus modis exeunt res a deo. per proceſſionem eſſentialeꝫ. vitalem. cognoſcibilem. Et iterum. que exeunt per proceſſionem cognoſcibilem exeunt tribus modis. ſ. per proceſſionem ſenſualem. rationalem. intelligibilem. inq̄tum exiunt res ab ipo per ꝓceſſinoem eēntialem dicitur eſſe eēntialiter. Inq̄tum vō per proceſſionem vitalem. cum motus perfectus ſit vita. dicitur eſſe in rebus potentionaliter. Inq̄tum vō res exeunt ab eo per proceſſionem cognoſcibilem ſic facit ſe preſentem in rebus et ſic dicitur eſſe in rebus preſentialiter. ¶ S3 cōtra. ſi ſic eēt ergo deus in rebus entibus tm̄ que non viuūt nec cognoſcūt nō eēt illis trib9 modis. ſed ſolū vno mō. ſ. eſſentialiter quod ē fľm cum in omnibus rebus ſit illis tribus modis predictis. et ita nulla eſt aſſignatio pdicta. ¶ Tercius modus diſtinguendi talis eſt. nos videmus in rebus creatis ꝙ alicubi ē res per potentiam vbi nō ē per preſentiam vel eēntiam. ſicut rex in toto regno. Itē alicubi ē res per preſentiam vbi non eſt per potentiam vt rex extra regnum ſuum. Item alicubi ē per eēntiam vbi nō eſt per potentiam. Ut ergo oſtendatur in deo perfectus modus eſſendi reſpectu creaturaruꝫ. deus dicitur eē in omnibus rebus iſtis tribus modis. ¶ Sed cōtra. iſte modus diſtinguendi nō diſtinguit preſentiam ab eſſentia. quia vbicūq3 ē preſentialiter eſt eēntialiter. ergo ſm iſtum modum idem ē preſentialiter ⁊ eſſentialiter: quod eſt incōueniens. ¶ Quartus modus diſtinguendi eſt. quia hec tria reſpiciunt eſſentiam. virtutem et operationem. ſm que tria ē veſtigium trinitatis in creaturis. vt dicatur ꝙ eſſentialiter ē in eēntia. potentionaliť in virtute. pſentialiter in operatōe. ¶ Cōtra: conſtat ꝙ preſentia dei nō abeſt eſſentie rei nec potentia. ſimiliter nec preſentia. ergo in eēntia eſt potentionaliter pſentialiter et eſſentialiter. ¶ Quod cōcedendum eſt. dicendū ſicut prius ꝙ iſti modi reſpiciunt eēntiam. virtutem et operationem creatoris. que q̄uis in deo non differant re. differunt tamen in ratōe intelligentie ſicut ſupra dictum eſt. ¶ Iuxta hoc queritur. cuꝫ deus ſit in rebus eſſentialiter. preſentialiter. potentionaliter. vtrum econuerſo creature ſint in deo eēntialiter. preſentialiter. potentialiter. ¶ Item res ſunt in deo preſentialiter quia ī eius cognitione. potentionaliter quia in eo ſicut in cauſa. ſed eēntialiter nō ſunt in ipo. quia ſm h intelligereť diuina eſſentia dependere ab eēntia creature quod non eſt verum. Cauſa em̄ nō depēdet a cauſato vt ſic: ſ3 ecōuerſo. vnde eſſe creature pōt eſſe cauſe neceſſariuꝫ ad ſuum eſſe. Sed nō ecōuerſo vn̄ eēntialiter ē deus in rebus quia eius eē ē neceſſarium ad eſſe rerum: ſed nō ecōuerſo res in deo eſſentialiter. quia eſſentia entium nō ē neceſſaria ad hoc vt ſit.

## Membrum quītum

Quinto queritur vtrum predictis tribus modis exiſtat deus in rebus equaliter ſiue vniformiter vel nō. Ad quod ſic aug. d̄ preſentia dei ad dardan̄. inſinuat duplicē modum exiſtendi deum in creaturis. ſ. generalem qui ē ſm predictos modos. et ſpecialem qui eſt per inhabitantem gratiam. vnde dicit greg. deus natura incorporea et immutabiliter vna totus ad eſſe rebus omnibus poteſt et ſingulis totus. q̄uis in quibus habitat habeant eum pro ſue capacitatis diuerſitate. alij ampli⁹ alij minus. Si ergo iſti modi referuntur ad modum generalē ergo ſm illos eſt equaliter in omnibua rebus. ¶ Itē eē

B. P. L. U. L. P. Z.

nō recipit magis et minus. ergo ſi in rebꝫ ē q̄tum ad eē ſm iſtos modos nō ē magis et minus. ¶ Item phus in li. de cauſis. cā prima ē in oībus rebus ſm diſpoſitōem vnā. ergo nec plus nec minus. ¶ Cōtra. aug. i li. d̉ natura boni. diſtinguēs modū. ſpēm. ordinē: dicit. vbi hec magna ſunt magnum bonum eſt. etiā vbi maiora maiꝰ bonū ē. et vbi nulla nullū bonū ē. Sed ſm iſta participatur diuina bonitas. ergo magis et minus participatur. ergo ſm magis et minus ꝑticipat̃ in creaturis ſm illos modos: ¶ Itē quedā res magis cōſeruatur a deo quedā minus. ſicut res incorruptibiles magis ꝯſeruātur q̄ res corruptibiles. ergo magis eſt in quibuſdā rebus pn̄tialiter q̄ in alijs. cum in rebus dicatur eē preſentialiter q̄tum ad cōſeruatōem. ¶ Solutio. dicendū ꝙ cōtingit loqui de diuina eēntia dupliciter in ſe: et ſic ſemper ſe habet equaliter: et ſm diſpoſitōem vnam vel ſm ꝙ participari dicitur in creaturis. et ſic nō dicitur ſe habere ſm diſpoſitōem vnam: ſ; ſm magis et minus. Nam creature quedam ſunt in ꝑticipatōe eēntie tm̄ q̄dam in ꝑticipatōe eēntie et vite. quedā in ꝑticipatione eēntie et vite et cognitōis. Sed hec inequalitas non eſt ex ꝑte ipſius ſed ex parte creaturaꝝ ꝑticipantiū ipſam. ¶ Ad primo ergo obiectū dd̄m. ꝙ differt dicere diuina eēntia eſt in rebus. et diuina eēntia habetur. quia n̄ poſſum dicere ꝙ habeatur niſi vbi ē per inhabitantē grāꝫ quia gratia habitus eſt per quam efficitur anima deiformis. Or aūt deiforme ē dicitur habere diuinā formā: et ſic per cōſequēs deū. et ꝓpter hoc ſm iſtos modos generales nō habetur a rebus: ſ; ſm ipſos ē i rebus ⁊ ab ipſis ꝑticipat̃. licet ergo ſm iſtos modos n̄ habeat̃ ſm magis et minus. tm̄ ſm ipſos ꝑticipatur plus vel minꝰ. ¶ Ad ſecūdum dd̄m. ꝙ ē eē dupliciter. ſ. eē nature et eē ordinis. primū ergo eē nō recipit magis et minus ſed ſecundū. et a parte illius ꝑticipatur eē diuina bonitas a creaturis ſm magis et minus. ⁊ ſm hoc ſoluitur tercia rō. Et rōe huius dicit hugo q̄tum ad eſſe ſemper ē vniformis. tm̄ q̄tum ad eē in alijs et in alijs magis et minꝰ quare ſm eē ſemper ē vniformis. ſm eē v̉o in alijs et in alijs: eſt magis et minus.

## Queſtio .xi. de ſpeciali exiſtētia diuine eſſentie in rebus per inhabitantem gratiam.

Poſtq̄ inquiſitum eſt de generali modo exiſtendi deū i creaturis. Cōſequēter inquirendum ē de modo ſpeciali exiſtendi deum in creaturis qui ē ꝑ inhabitātē grām. circa quā inquiruntur iſta.

Primo quid eſt eſſe per gratiā an ponat aliquid in creatura.

Secundo in quibus. vtrum ſine ſacramentis ſit ꝑ gratiam inhabitantem.

Tercio vtrum in carne ante infuſionē anime poſſit eē per gratiamam inhabitantem.

Quarto vtrum in homine ante natiuitatem poſſit eſſe ꝑ gratiam inhabitantem

Quinto vtrum ſit in puulis ꝑ grām inhabitantem.

Sexto vtrū poſſit dici inhabitare vł eſſe in homine per gratiam gratiſdatam.

### Mēbrum primum

Ad primū obijcit̃ ſic. Ex hoc ꝙ deus eſt in aliquo ꝑ grām. dicitur ille gratus deo. ſ; hec denominatio nō ē niſi ab aliqua creata qualitate. quia modo ē gratus et prius nō erat: ergo per hoc ponitur aliqua qualitas creata in ipſa. ¶ Cōtra. cū dr̃ eē in rebꝫ ꝑ eēntiā. pn̄tiā et potētiā. et nō ponit̃ aliqua qualitas creata in creatura immo ꝑ eēntiam et potentiā in creatā ē increatura. g̃ eadē rōe ꝑ grām increatā. g̃ per hoc nō ponit̃ grā niſi increata. ¶ Solutio. dd̄m ꝙ deuꝫ eē ꝑ grām ponit neceſſario ꝑ grām creatā i creatura. q̄ quidē grā ē ſimilitudo: qua aīa ē imago actu et immutatōe actuali. Et cū ſe hꝫ aīa ꝑ ꝯformitatē ad deū in ſimilitudine expreſſa. dicitur deus inhabitare in ipſa ꝑ grām. vn̄ aug. in li. de pn̄tia dei ad dardan. hi ab eo longe eē dicunt̃: q peccādo diſſimiles facti ſunt. et hi ꝓpinquare qui eius ſil'itudinē pie viuendo recipiūt. ſicut recte dicūtur oculi tantolongius eē ab hac luce quāto fuerint deteriores. q̄uis lux preſto ſit atq; oculis ꝑfundat extinctos. appropinquare aūt luci ocl'i merito ꝓhibent̃: qui ſanitatis acceſſu aciē recipiendo ꝓficiūt. ex hoc patꝫ ꝙ grā creata ē ſimilitudo qua aīa eſt imago in actu. vn̄ eē ꝑ grām ponit in aīa habitū aſſimilantē deo. ¶ Ad rōem in cōtrariū dd̄m ꝙ neceſſario ponit̃ grā creata in aīa ad ſuſceptōem grē increate. id eſt ad hoc vt aliquis vniatur deo ꝓpinqua ſil'itudine vn̄ aug. ꝓpinquare ei dicunt̃ qui eius ſil'itudinē pie viuendo recipiūt. vn̄ ſic̃ acumen neceſſario ē in oculo ad ſuſceptionē lucis: ſic grā creata neceſſario ē diſpoſitio ī aīa ad ſuſceptōem grē increate ſicut lucis diuine. ¶ Et ad illud quod obijcitur. dd̄m ꝙ ſm deuꝫ eē eēntialiter. potētionaliter. pn̄tialiter poſſunt eē creature qđ ē eē nature. ſicut deū inhabitare in aīa ponit bene eē quod eſt eē gratie. vn̄ vterq; modus ponit aliq̄d creatū in re. vn̄ licet modi generales nō ponāt aliquā qualitatē creatā: ponūt tm̄ aliq̄d creatum ſicut modus ſpiritualis qui ē inhabitare per gratiam.

### Mēbrū ſecundum

Secundo querit̃. vtrū deus ſit in ſacramētis ꝑ grāꝫ inhabitātē. Ad qđ ſic cant̃. v. quo abijt dilectꝰ tuus. Greg. Cū deꝰ vniuerſaliter in oībꝫ rebus ſit ſubſtātia pn̄tia et potētia. tm̄ familiari quodā mō ē ꝑ grām. Sed cōſtat ꝙ deus familiari mō ē in ſacramētis et alijs rebus ſanctificatis. ergo ē in illis per grām inhabitantē. ¶ It̄ hugo. de ſancto victo. Sacramentū ē elemētum corꝑale ex ſimilitudine repn̄tās. ex inſtitutōe ſignās. ex ſanctificatōe viſibilē grām cōtinēs. ergo deus habitat i ſacramētis ꝑ grām. ¶ Item aug. vnde eſt creata virtus aque vt corpus mergat et cor abluat. ſ; qđ abluit cor illud nō pōt facere ſine gratia: g̃ deus ē in ſacramentis ꝑ grām. ¶ Cōtra. inter datorem grē et ſuſcipiētē nihil ē mediū quia ſicut per ſe et ſine medio creat. ita per ſe et ſine medio recreat. g̃ nō dat aīe grām mediāte ſacramēto. g̃ in ſacramēto nō cōtinetur grā. ¶ Item omnis forma q̄ eſt in aliquo tāq̄ in cōtinēte. ponit̃ in eo tāq̄ in ſubiecto. ſ; grā nō pōt eē in ſacramēto ſicut in ſubiecto. quia ſacramētū ē corꝑale. grā v̉o ē q̄d ſpirituale: g̃ grā nō cōtinet̃ in ſacramēto: nō igitur ē deus in ſacramētis ꝑ gratiam ¶ Si dicat̃ ſm aug. ſ. ꝙ ibi nō ē grā ſed virtus gratie. Cōtra. hec virtꝰ ē diſpoſitio vel forma. g̃ ē in aliquo ſic̃ in ſubiecto. ſ; nō pōt eē in ſacramēto ſicut in ſubiecto ratiōe p̄dicta. et ita redit id quod prius. ¶ Solutio dd̄m ē ſine p̄iudicio ꝙ deus eſt in ſacramētis ꝑ grām: nō tm̄ ꝑ inhabitantē grām ē in ſacramēto. Nomen em̄ inhabitatōis dicit terminū motus. vn̄ nec in his que ꝑtinēt ad viā nec in via nec in his que ſunt ad finem ꝓprie ē inhabitatio. quia ergo motus infuſione gratie gratificātis nō terminatur niſi in aīa vel ſubſtantia ſpirituali: ſacramētum v̉o eſt quoddam adminiculum velut via ad gratiam. dicitur deus eſſe in ſacramento ꝑ gratiam. ſed nō inhabitare per gratiam: quia eſt via ad gratiā et diſponens ad hoc vt gratiā ſuſcipiat. Et bene cōcedo ꝙ quodāmodo familiari eſt deus in ſacramentis. et hic ē mo

dus. quia gratia que eſt opus ſolius dei: ipa ē in ſacra-
mento ſicut in cauſa diſponente ſuſcipientem ad ſuſce-
ptōnem gratie. et hic eſt ille modus familiaris ſm quē
deus eſt in ſacramentis. Et in hoc ſenſu intelligitur il-
lud quod ſacramentuꝫ cōtinet gratiam et virtutem gra
tie. quia in eo eſt virtus qua diſponitur ſuſcipiens ad
gratiam. ¶ Nec eſt dicendum ꝙ in ſacramento ſit gratia
formaliter ſicut in ſubiecto: ſed ſicut in cauſa diſponen
te. ¶ Ad primum dicendum ꝙ ex parte dantis gratiaꝫ
nihil eſt medium: ſed ex parte ſuſcipientis. Ipſa autem
virtus ſacramentalis eſt que diſponit ipm ad gratiam
deus ergo de ſe operatur et immediate dat gratiaꝫ aīa
autem mediante ſacramento recipit eam. ¶ Ad illd̄ do
quo queritur in quo ſit iſta virtus ſacramentalis. dōm
ꝙ ſicut ſermo ſignificatiuus duplex habet eſſe. vnum ē
nature: ſm ꝙ eſt vox vel ſonus ab ore ꝓlatus. Aliud
ſm ꝙ habet eſſe ex inſtitutiōe ſm ꝙ ē ſignum deſignati
uum alicuius rei ad mouendum intellectum. Sic virtꝰ
in voce poteſt eſſe dupliciter. vt habꝫ eſſe nature: aut vt
habet eſſe inſtitutōis et ſignificātie. ¶ Similiter dicen-
dum cum ſacramentum ſit inuiſibilem gratiam cōferēs
ꝙ duplex eſt eſſe ſacramenti. vnum nature inq̄tum ele-
mentum corporale. aliud ex diuina inſtitutione: ex qua
ordinatur ad ſignificandum et ſanctificandum. vnde ē
ei virtus ad inſtruendum intellectum. inq̄tuꝫ eſt ad ſi-
gnificandum inſtitutum. et virtus ad ſanctificādum eo
modo quo dictum eſt: inq̄tum ad hoc ex diuina ordina
tione et miniſtri executione ordinatum eſt.

## Membrum tercium

Tercio queritur an in carne ante infuſio-
nem anime poſſit eſſe per gratiam inhabi
tanteꝫ. Ad quod ſic luce. j. Exultauit in-
fans. glo. Nōdum erat in ipo ſpiritus vi
te et iam inerat ſpiritus gratie. ſed in quibus eſt ſpiritꝰ
gratie inhabitat deus per gratiam. ergo ante infuſio-
nem anime erat in iohanne per inhabitantem gratiaꝫ
¶ Item hiere. j. priuſq̄ te formarem in vtero noui te. ſꝫ
duplex eſt noticia dei. prima eſt ſimplex qua cognoſcit
omnia. ſecunda eſt noticia approbationis. de qua mat.
xxv. non noui vos. ſed non loquitur ad hieremiam de p̄
ma. quia eſt cōmunis omnibus: et ita nō eſſet cōmenda
tio ipius hieremie. ergo de ſecunda. ergo iam ante for-
mationē approbabat. ſed non dicitur approbare niſi il-
los in quibus eſt per inhabitantem gratiam: ergo ante
formationem corporis fuit in hieremia per inhabitan-
tem gratiam. ¶ Item conſtans eſt ꝙ caro illa cum qua
vnitur anima rationalis eſt ſuſceptibilis peccati. quia
eſt cauſa peccati in anima que infunditur. ſed cuicūqꝫ
poteſt ineſſe peccatum poteſt ineſſe gratia: ſed peccatū
ineſt carni vt cauſe quia ab illa cōtrahit anima peccatū
ergo poteſt ineſſe gratia a qua ſanctificatōnem contra-
hat anima. ergo deus poteſt eſſe in carne ante infuſio-
nem anime per inhabitantem gratiam. ¶ Item. j. cor.
vj. Neſcitis quia membra veſtra templum ſunt ſpiritꝰ
ſancti. ſed ſpiritus non dicitur inhabitare niſi per gra-
tiam: ergo ſpiritusſanctus eſt in membris per gratiam
inhabitantem. ¶ Cōtra. differt eſſe et bene eſſe. et priꝰ
eſt eſſe q̄ bene eſſe. ſed anima q̄tum ad eſſe ꝑficit corpus
gratia vō q̄tum ad bene eſſe. ergo neceſſe eſt prius ani-
mari carnem q̄ ſit ſuſceptiua gratie. ergo deus non po
teſt inhabitare per gratiam in carne ante infuſionem
anime. ¶ Item ordinata ſunt gratia et natura. ſicut er-
go ſe habet gratia ad naturam. ita ſe habet vita gratie
ad vitam nature. ſed impoſſibile eſt ꝙ gratia ſit niſi pre
exiſtat natura: ergo nec vita gratie poterit exiſtere niſi
p̄exiſtat vita nature. ergo caro ſine anima non eſt ſuſce
ptiua gratie. ergo non eſt inhabitabilis a deo per gra-
tiam ante infuſionem anime. ¶ Item nihil pertinet ad
gratiam quod nō pertineat ad gloriam. quia gratia eſt
ordinata ad gloriam. ſed aug. querit de abortiuis ſine
anima. an pertineant ad gloriam reſurrectionis. in li.
de trinitate reſpondet ꝙ non. quia non ceciderūt ꝑ mor
tem. vnde arguitur ſic. ¶ Nihil pertinet ad gloriaꝫ quod
non pertinet ad gratiam. ergo cum ante infuſionem ani
me caro non pertineat ad gloriam: non ꝑtinebit ad gra-
tiam et ita non eſt inhabitabilis a deo. ¶ In exo. xxj. ſi
quis percuſſerit mulierem pregnantem: et abortiuum
quidem fecerit: ſed ipa vixerit: ſubiacebit dāno: quātuꝫ
maritꝰ mlīeris expetierit: ⁊ arbitri iudicauerit: Diſtin-
guit ibi de abortiuis ante aīationē et poſt. et ibi non cō-
putat de inanimatis. ergo non ſunt receptiua gratie an
te animationeꝫ. quia ſi eſſent: computabilia eſſent. nec
etiam fit aliquis propter hoc irregularis. et ita idē qd̄
prius. ¶ Solutio. cōcedimus ꝙ caro ante infuſionem
anime non eſt inhabitabilis a deo per gratiam. quia
non eſt ſuſceptiua gratie: cum non ſit ordinata ad glo-
riam. Caro enim de ſe non habet poſſibilitatem ad per
petuitatem ſiue ad incorruptōem. ſed propter vnionem
quam habet cum forma perpetua et incorporali ſcilicet
anima rationali. Unde etiam per illam accipit ordina-
tionem ad gratiam ſi habet aliquam ordinationem ad
gratiam corpus vel caro. ergo quod non habet ordina-
tionem ad animam: non habet aliquam ordinationem
ad gratiam vel gloriam. ſicut eſt caro ante animationē
¶ Ad primum ergo quod obijcitur nondum erat in illo
ſpiritus vite ⁊c. ſatis poteſt ſolutio perpendi. quia ſicut
dicitur in textu. iam erat ſextus menſis erat corpꝰ ani-
matum. dōm ergo ꝙ aliquando dicitur res tunc primo
eſſe. cum primo innoteſcat non eſſe. quando non innote
ſcit. vnde xp̄c dicitur proficere in ſapientia luc. ij. quan
do innotuit eius ꝑfectus. dicitur ergo non ineſſe ſpiritꝰ
vite ſm motum et manifeſtationem: q̄uis ſm veritatē
intus viueret. ¶ Ad aliud dicenduꝫ. ꝙ noticia approba-
tionis dicitur dupliciter. ſm predeſtinationem: et ſic ni
hil boni poteſt actu. vel ſm p̄ntem iuſticiam cum aliqs
cognoſcitur per gratiam preſentis iuſticie. primo acci-
pitur notitia hieremie. Unde bern̄. pulchre inter figu-
rationem in vtero et parturitionē ex vtero diuinum di-
ſtinxit oraculum. vt illam tm̄ precognitam: iſtaꝫ ſancti
tatis munere formatam oſtenderet. Sed de noticia ap-
probationis ſecundo modo accipitur illud quod ſequi-
tur hieremie. Et anteq̄ exires de vulua ſanctificaui te.
vnde ſubdit bernhardus. ne quis prerogatiuaꝫ prophe
te eſtimandam de ſola preſcientia eſtimaret. ¶ Ad aliđ
quod obijcit̄. ꝙ caro erat ſuſceptibilis peccati: ergo gra
tie. Dicendum ꝙ peccatum non dicitur eſſe in carne for
maliter ſed cauſaliter. quia in carne eſt: vnde poſtea cō
trahit anima peccatum: ſed tamen aliter ſe habet ani-
ma ad contrahendum peccatum. aliter ad ſanctifica-
tionem ſiue ad ſuſcipiendam gratiam. Poteſt enim ca
ro corrumpi dupliciter. vel corruptione nature vel per-
ſone. verbigratia. Caro ade ſtatim ex peccato corrupta
erat. vnde fecit ſibi perizomata. perſona autem ſm ꝙ
dicit anſelmus corrumpit naturam. quia caro illa in
potentia erat caro omnium hominum. et ſua propria
caro erat ibi perſona. ergo p̄mo corrūpit naturā. natu-
ra corrupta poſtea corrupit perſonam ſcꝫ filioruꝫ. nos
auteꝫ habemus duplicem corruptionem ſcilicet ex adā
et ex actuali peccato. vnde duobus modis caro infici-
tur a peccato. ſed ſolum vno modo ſanctificatur a gra-
tia. ſcilicet ſolum ratione perſone. vnde in perſona ſo-
lum poteſt fieri ſanctificatio. ⁊ hoc illo ordie quo ſe ha
bet ad perſonam. gratia autem nunq̄ tranſfunditur ꝑ
naturam. quia non habet ordinem ad illam ſed ſolum
ad perſonam. et ideo ante animationem non poteſt eſ-
ſe ſanctificatio. Unde etiam ſm hoc apoſtolus proprie

loquitur.‖Neſcitis quoniaꝫ mēbra veſtra ⁊c̄. quia ex h̄ ꝙ corpus habet animam: ex hoc habet ſpiritum.ſ.inhabitantem gratiam.

## ¶ Mēbrum quartum

Quarto loco queritur vtrum deus ſit in homine per inhabitantem gratiam et h̄ ante natiuitatē. ‖Circa quod ſic obijcit aug: ad dardañ. nõ video quomõ edificentur homines in domum dei ad habendum in ſe inhabitantem deum: niſi cum fuerint renati. quod nõ poſſunt eſſe añq̄ nati. ergo nullus poteſt habere deum inhabitantem per gratiam niſi prius fuerit natus. quia ſi nõ eſſet natus: nõ poſſet eſſe renatus. ¶ Item idem aug. illa ſanctificatio qua efficimur ſinguli templa. ñ eſt niſi renatoꝝ quod nõ dum nati homines eſſe poſſunt. ergo ideꝫ ē q̄d prius. ¶ Item aug. ibidem. quamlibet igitur ſentētiam de ꝑuulis intra materna viſcera cõſtitutis habeamus. vnde exiſtimemus eos donari aliquo ſanctificationis modo vel ꝓpter hieremiaꝫ et iohēm. cum ſanctificatio qua efficimur templa dei non eſt niſi renatorum. quod nõ dum nati homines eſſe poſſunt. ergo non eſt deus in aliquo per inhabitantem gratiam ante natiuitatem qa ẜm inhabitantem gratiam ē homo templum dei. Si dicat̄ ꝙ duplex ē natiuitas. in vtero ⁊ ex vtero. nullus ꝗ poteſt ſanctificari ſiue inhabitari a deo per gratiam ante natiuitatem in vtero. ſed bene poteſt ante natiuitatē ex vtero. ‖Cõtra aug. huic natiuitati accedit ſecũda natiuitas ergo iam non erit ſecunda ſed tercia. ſed ita nõ poteſt intelligi. dominus autē cum loqueretur de ſpirituali natiuitate inquit. niſi quis renatus fuerit denuo primam .ſ. computans que fit matre pariente nõ concipiente. que fit ex ea. nõ que fit in ea. ‖Naſci ergo denuo dicitur reſpectu natiuitatis ex vtero. ergo nullus poteſt renaſci ẜm gratiam ſanctificatõis in vtero. ¶ Item idē ſi homo regenerari in vtero per gratiam ſpũſſancti poteſt. q̄m reſtat illi adhuc naſci: renaſcitur anteq̄ naſcat̄ quod fieri nullo modo poteſt. ergo nec vt habitetur ī eo per gratiam. ¶ Item aug. exponens illud anteq̄ exires ⁊c̄. loquens de ſanctificatione hieremie et iohannis baptiſte. ꝙ illa ſanctificatio poteſt ẜm predeſtinatõem intelligi. ſicut filios dei appellat euangelium nõ dum regeneratos ſicut dicitur ioh̄. xj. ꝙ ih̄s moriturus erat pro gente vt filios dei cõgregaret. Ecce filios appellat qui futuri erant filij. ergo ſanctificatio illa nihil aliud ē q̄ ꝑdeſtinatio. nullus autem nec hieremias nec alius fuit ſanctificatus ante natiuitatem. ergo nec inhabitatus a deo per gratiã. ¶ Cõtra. berñ. ad lugdoñ. lego de hieremia. ꝙ priuſq̄ exiret de vtero ſanctificatus ſit. et de iohanne baptiſta nõ ſecus ſentio. ¶ Item hiere. j. priuſq̄ exires de ventre ſanctificaui te. glo. ioh̄. etiam. ergo vterq̄ ſanctificatus ē. ¶ Itē luc. j. exultauit infans ⁊c̄. Ambro. nõ prius repleta ē mater q̄ filius. ſed filius repletus: replet ⁊ matrem̄. ⁊ apparet ꝙ angelꝰ dixerat ꝙ ſpirituſancto replebitur adhuc ex vtero matris. ergo ſpirituſſanctus habitauit in. b. iohanne per gratiam ante natiuitatem. ¶ Item berñ. loquens d̄ ſanctificatiõe. b. virginis. fuit ꝓculdubio mater domini anteq̄ ſancta q̄ nata. ergo ante natiuitatē habitauit in ipã ſpirituſſanctus per gratiaꝫ. ¶ Item berñ. nõ fallitur omnino eccleſia celebrans eius natiuitatis diem. ſed ſtatui in peccato nõ debetur gaudiũ ſꝫ luctus: ergo nõ fuit nata in peccato. ergo ante natiuitatem habuit gratiã: ⁊ ita redit idem quod prius. ¶ Reſponſio ꝙ deus ē in homine per inhabitantem gratiam dupliciter. per gratiam ſacramenti ẜm legem cõmunem. et hoc modo nõ habitat deꝰ in homine ante natiuitatem. quia per gratiam ſacramēti nemo regeneratur anteq̄ naſcatur. Item alio modo dicitur deus inhabitare in homine per gratiam ſpiritꝰ que eſt ẜm legem priuatam. de qua dicit aug. ꝙ deus ñ alligauit potentiam ſuam ſacramentis. quia ſine omni ſacramento poteſt ſanctificare. et hoc modo inhabitat deus per gratiam in quibuſdam ante natiuitatem. qui habuerunt priuilegium ſanctificatõnis in vtero. Dicēdum ergo ꝙ aug. in epiſtola ad dardañ. loquitur de illa inhabitatõne que ē ẜm legem cõmuneꝫ. non ẜm legē priuatam. et hoc patet ex verbis eius. vñ dicit. Illa ſanctificatio qua efficimur ſinguli templa d̄i ⁊c̄. per hoc ꝙ dicit ſinguli loquitur de illa inhabitatione que pertinet ad omnes. Eſt ergo inhabitatio pertinens ad omnes q̄ eſt per gratiam ſacramentorum quam nullus habet anteq̄ naſcatur. et ē inhabitatio pertinens ad paucos que poteſt eē inexiſtenti in vtero. ‖Nec illud vult negare ibidem aug. vñ dicit quãlibet igitur ſententiam habeamꝰ vel propter iohannem ⁊c̄. ponit etiam auctoritatem de regeneratione per ſacramentum niſi quis renatus fuerit ⁊c̄ et per hoc patet ſolutio.

## ¶ Mēbruꝫ quintum

Quinto queritur vtrum deus ſit in paruuper inhabitantem gratiam. Ad quod ſic opponit. berñ. in li. de li. ar. deus auctor ſalutis ē li. arbitrium capax. nec dare valet eam niſi deus: nec capere niſi liberum arbitrium. ſi ergo in paruulis non ē li. ar. ẜm actum. quia in eis non ē vſus li. ar. relinquitur ergo ꝙ paruuli ñ ſunt capaces gratie. et ita deus nõ eſt in eis per inhabitantem gratiam. ¶ Si dicatur ꝙ li. ar. eſt in paruulis per potentiaꝫ et h̄ ſufficit ad ſuſceptionē gratie inhabitantis. ‖Cõtra. berñ. ibidem. tam abſq̄ conſenſu eſſe non poteſt eē recipientis q̄ abſq̄ grã datis. ſꝫ impoſſibile eſt ꝙ gratia ſalutis detur abſq̄ conſenſu recipientis. cum ergo in paruulis nõ ſit cõſenſus: nõ eſt in eis potentia ad ſuſceptionem gratie inhabitantis. ¶ Item dicit aug. in li. retractationũ. non miſeretur deus niſi voluntas ꝓceſſerit. ſꝫ dei miſeratio eſt ſue gratie donatio. ergo nõ dat gratiaꝫ niſi precedat voluntas. ‖Cum ergo in paruulis nõ poſſit eſſe voluntas ſiue motus voluntarius. nõ erunt ſuſceptibiles gratie inhabitãtis. ergo deus nõ habitat ꝑ gratiam in paruulis. ¶ Cõtra. ro. v. vbi habundauit delictum ſuperhabundauit ⁊ gratia. vt ſicut regnauit peccatum in mortem: ita et gratia regnet per iuſticiam ī vitam eternam ꝑ ih̄m xp̄m. Sed peccatum regnauit vſq̄ ad mortem in ꝑuulis et adultis. ergo gratia que eſt per ih̄m xp̄m attinget nõ ſolum adultos ſed ꝑuulos. ergo in ipĩs eſt deus ꝑ inhabitantem gratiam. ¶ Iteꝫ. v. ro. nõ ſicut delictum ita et donum. quia gratia vnius hominis ih̄u xp̄i in plures habundat q̄ peccatum originale. et peccatum originale attingit ꝑuulos: ergo gratia ih̄u xp̄i attinget ꝑuulos. ergo in eis ē deus ꝑ inhabitanteꝫ gratiam. ¶ Item. j. coꝛ. xv. ſicut in adam omnes moriuntur ita ⁊ ī xp̄o omnes viuificabuntur. ſi ergo in adã nõ ſolum moriũtur adulti ſed ꝑuuli. ⁊ viuificatio illa ē ꝑ ſuſceptionem gratie. ergo ī ꝑuulis ē potentia ad ſuſcipiendam gratiam. ⁊ idem redit qudo prius. ¶ Solutio. dõm ꝙ ꝑ virtutem baptiſmi in ꝑuulis ē deus ꝑ inhabitantem gratiam. Sed notãduꝫ ꝙ duplex ē iniuſticia. Eſt eñ iniuſticia quam homo ſibi facit et ē iniuſticia que homini fit. Iniuſticia prima eſt culpa actualis quam homo facit ꝑ li. ar. Iniuſticia ſecũda ē culpa originalis que trahitur ex culpa ade et nõ ex li. ar. eius q̄ cõtrahit. Similiter cum iuſtificatio nihil aliud ſit q̄ reditus de iniuſticia ad iuſticiam: eſt iuſtificatio duplex. vna ad quam homo facit. alia ad quam nõ facit: ſꝫ ei fit Et debet eē ꝙ iniuſticia que homini fit remoueatur ꝑ iuſtificatõem ad quam facit aliquid. de qua iuſtificatõne dicit aug. qui te creauit ſine te: nõ te iuſtificat ſine te Prima ē in ꝑuulo. ſecunda in adulto. Ex hoc patet ꝙ nõ requiritur cõſenſus ī iuſtificatiõe prima que eſt ꝑuuli: cum paruulus nihil poſſit facere ſed totum ei fieri.

Sed in ſecunda requiritur conſenſus. quia oportz ꝙ faciat aliquid quod in ſe eſt ad iuſtificationem: ſicut fecit aliquid quod erat in ſe ad iniuſticiam. per hoc patet ꝙ ſufficit potentia li. ar. in paruulo. licet nō ſit vſus ad ſuſceptionem gratie iuſtificantis licet nō ſufficiat in adulto. ¶ Ad illud quod obijcitur de conſenſu. dōm ꝙ eſt cōſenſus in potentia et in habitu et in actu. Conſenſus ī potentia eſt in paruulo. conſenſus in habitu ē in dormiente adulto. qui firmo ꝓpoſito dum vigilaret conſenſit vt cōuerteretur ad deum et pecijt gratiam. conſenſus in actu eſt in vigilante qui firmum habet propoſitum vt ad deuz conuertatur. Si ergo generaliter intelligatur illa autoritas. debet intelligi ſm ꝙ conſenſus generaliter dicitur iſtis tribus modis. et ſic verum eſt ꝙ non poteſt eſſe ſuſceptiua gratie in qua non eſt conſenſus ſic vł ſic. ¶ Cōſimili autem diſtinctione voluntatis reſpondēdum eſt ad obiectum ſequens. ſi tamen intelligeremus illud quod ſequitur: loquitur illa autoritas de adultis Unde dicit gratie operanti ſalutez cooperari dicitur liberum. ſed li. ar. non cooperatur niſi in adulto. cum in ipō ſolo ſit vſus li. ar. et propter hoc intelligitur ꝺ adulto.

## Membrū ſextum

Sexto queritur vtrum deus dicitur inhabitare in hominibus habentibus gratiā gratiſdatam. vt in Balaam et Caypha et in alijs peccatoribus habentibus fidē informem et timorem ſeruilem. Et videtur ꝙ ſic. quoniam gratia gratiſdata eſt donuz dei. vbi ergo eſt gratia iſta: ibi eſt deus. ergo per ipām inhabitat. ¶ Contra. tales ſunt templum dyaboli per peccatum. ergo deus non habitat in illis per gratiam gratiſdatam. ¶ Solutō. dicendum ꝙ deus non dicitur inhabitare niſi per gratiam gratumfacientem: et non per gratiam gratiſdataz Quid ergo valet gratia gratiſdata in homine: dicendum ꝙ ſicut videmus in natura ꝙ primo ē paſſibilitas in materia ad ſuſcipiendum formam. poſtea ſunt diſpoſitiones que diſponunt materiam ad ſuſceptionem illius forme. ſed vltimo aduenit diſpoſitio que eſt neceſſitas ad quam neceſſario ſequitur poſitio illius forme in materia: ſic dico. ꝙ in natura ratōnali eſt poſſibilitas ad hoc vt ſit templum. gratia ꝺo gratiſdata ſiue dona gratiſdata ſunt ſicut diſpoſitiones que animaz ad hoc diſponunt. ſicut eſt ꝓphecia. ſcientia et hmōi. nec tamen adhuc eſt anima templū dei. ſed vltimo ſequitur diſpoſitio que eſt neceſſitas ad quam neceſſario ſequitur ꝙ anima ſit templum in quo habitet deus. et hec diſpoſitio eſt gratia gratumfaciēs. que perficit templum. vnde ipā eſt neceſſitas vniendi animam vnitati ſumme et bonitati. Quia ergo hec gratia vnit ⁊ cōiungit deo alia nō propter hoc inhabitare dicitur deus ſm gratiam gratū facientem ſed non ſm gratiam gratiſdatam. ¶ Ad hoc quod obijcitur ꝙ vbi eſt gratia iſta eſt deus. dicendum ꝙ verum eſt. nec tamen ſequitur igitur ipm̄ inhabitat. ſicut patet ex predictis.

## ¶ Queſtio. xij. de eternitate.

Conſequenter eſt inquirendum ꝺ immenſitate diuine eſſentie q̄tū ad eternitatē. et multiplicantur queſtiones ī hac parte per hūc modum. Primo em̄ queritur quid ſit eternitas ſm nomen. Secundo quid ſit eternitas ſm rem. Tercio quid ſm diffinitionem. Quarto quomodo probetur eternitas de diuina eſſentia. Quinto de immenſitate eternitatis. Sexto de inuariabilitate eternitatis. Septimo de eternitatis vnitate. Octauo de incōmunicabilitate eternitatis. Nono de compatione eternitatis ad euum ſub articulis ſuis. Decimo de comparatione eternitatis ad tempus.

## Membrum primum

Primo queruntur duo. vnum eſt. ſi eadez eſt intentio nominis eternitatis et ſempiternitatis. Aliud cum eternū dicatur de creatore et creaturis. an vniuoce vel equiuoce dicatur.

### ¶ Articulus primus

Ad primum ſic obijcitur. Boetius in lib. de trinitate. tantum intereſt inter noſtrum preſens quod eſt nunc et diuinum. ꝙ noſtrum nunc quaſi currens tempus facit ſempiternitatem. diuinum ꝺo nunc permanens nec mouens ſeſe atq; conſiſtens facit eternitatem. ex hoc ergo relinquitur ꝙ diuerſa eſt intentio ſempiternitatis et eternitatis. quia ſempiternitas conſtituitur ex noſtro nunc: eternitas ꝺo ex diuino nunc. ¶ Item quicquid ē ſemper: eſt ſempiternū ſed quicquid eſt omni tempore eſt ſemper. ergo quicq̄d eſt omni tempore eſt ſempiternum. Cū ergo angeli ſint omni tempore et ſemper: ſunt ſempiterni. ¶ Auguſtinꝰ xij. de ciui. dei. angeli ſemper. i. omni tempore fuerunt. ſed cōſtat ꝙ de ipīs angelis proprie dicitur ꝙ non ſunt eterni. ergo de aliquo eſt dicere ſempiternum de quo nō eſt dicere eternum. ergo non eſt idem eternitas et ſempiternitas. ¶ Cōtra. auguſtinus in. xj. confeſſionū. p̄teritum iam non eſt. futurum nondum eſt preſens. aut ſi ſemper eſſet preſens: iam nō eſſet tempus ſed eternitas. ad ſemper ergo eſſe preſens ſequitur eternum. ſempiternitas ergo que habet intentionem ex ſemꝑ eſſe: erit eternitas. ¶ Item boetius in li. de trinitate. diuino nunc ſi adijcias ſemper facies eius quod ē nunc vigere perpetuum curſum. quod eſt ſempiternitas. ergo relinquitur p̄mū. ¶ Rn̄ſio. ſicut ſemꝑ eē dr̄ duobꝫ modis: ita ⁊ ſempiternitas. ſemꝑ eī eē vno mō dr̄ omni tꝑe eē. Alio mō ſemꝑ eē dicitur nūq̄ nō eē. ſꝫ ſine pricipio eē et ſine fine Unā auguſti. xij. de ciui. dei. angeli ſemper fuerūt. quia omni tempore fuerūt. nec tamē coeterni deo ſunt: quia ille ſemper fuit eternitate. primo ergo modo differt ſempiternitas et re et nominis intentione ab eternitate. ſecundo modo nō differt re ſed ſola nominis ratione. vñ Richardus de ſancto victo. in li. ꝺ trinitate. aliud videtur ſonare eternum: aliud ſempiternum. Sempiternuz nāq; videtur eſſe quod caret initio et fine. Eternum ꝺo quod caret pricipio et fine et omī mutabilitate. et q̄uis forſitan neutrū ſine altero inueniat᷑: recte tn̄ inter nominū ſignificatōes diſtinguitur. ¶ Ex hoc patet rn̄ſio ad obiecta et relinqtur quid ſit eternitas ſm noīs rōez. vñ Richar. Quid eſt eternitas niſi diuturnitas ſine initio ſine fine: carēs omni immutabilitate.

### ¶ Articulus ſecundus

Deinde querit᷑ cū eternuz dicat᷑ de creaturis vt ꝺ angelis. in p̄s. Eleuamini porte eternales. et de corporibꝫ celeſtibꝫ etiā in p̄s. ſtatuit ea ī eťnū. ⁊ ꝺ ſupplitijs maloꝝ. xxv. mat᷑. ibūt hȳ ī ſupplicium eťnū. et de tꝑe vltio Ro. xvj. ſm reuelatōez miſterij tꝑibus eternis. et eternū dr̄ de deo. vtrū dicat᷑ vniuoce ſm ꝙ de deo et de creaturis vel equoce. et cū nō videat᷑ aliqd cōe ꝯuenire ſm rōez ſubſtātie tꝑi euo ⁊ eternitati: ḡ eternū equoce dicet᷑ et eťnitas ſm ꝙ ꝺ tꝑali dicet᷑ et eťno. ¶ Cōtra. aug. ī li. lxxxiij. q̄ſtionū. xxiij. q. aīa eťnitatē credit᷑ ꝯſequi. ſ; hec ſit eterna eternitatis participatione. Que autem dicuntur de deo per eſſentiam ꝺ creaturis per participationem. non dicuntur equiuoce ſed magis analogice quemadmodum bonum. ſapientia. iuſtum. et vita. cum ergo eternum ſiue eternitas

de deo dicatur ꝑ eēntiam. de creatura vō per participa-
tōem. cum dicitur deus eternus. dico eternitatem ꝑ eſ-
ſentiam quia ſua eēntia eſt ſua eternitas. ⁊ cum dicitur
angelus eternus nō dico eternitatem ꝑ eēntiam. cum eſ-
ſentia non ſit eternitas. ſed dico per ꝑticipatōem. eo ꝙ
ſit in participatōne diuine eternitatis. relinquitur igit̄
ꝙ nō dicatur equiuoce. erit igitur cōmunis aliqua ratō
et ſi non omnimodo tamen ſm prius et poſterius acce-
pta. ¶ Mō ꝯcedēdū eſt. dōm ergo ꝙ eternitas dicta de
deo. de angelo. d pena eterna. et tpe. dr̄ anagogice. ſ. ſm
prius et poſterius. ⁊ in hac ratōe ſm ꝙ eternitas dicit̄
diuturnitas nō habens finem. Per prius ergo dicitur
de diuturnitate diuina que eſt diuturnitas non habēs
finem nec principium nec mutabilitatē ex ſe nec ex alio
Per cōſequens vō dicitur d diuturnitate ſubſtātie eter
ni vt angeli que eſt diuturnitas nō habens finē. nec ex
ſe nec ex alio. nec mutabilitatem. tamē habens princi-
pium. Per poſterius vō dicitur de diuturnitate pene re-
proborum. que ē diuturnitas nō habens finem nec ex ſe
nec ex alio: tamē habens mutabilitatem et principium
Poſtremo vō dicitur de diuturnitate tpis. que eſt diutur-
nitas nō habens finem ex ſe ſed ex alio. ⁊ habet muta-
bilitatem et principium. Tēpus em̄ nō habet aliquam
ratōem defectus in ſe niſi in illa ratione qua dicitur eē
de nihilo: quēadmodum ⁊ quelibet creatura. quia mo-
tus primi mobilis nō habet aliquam ratōem defitiēdi
ꝙtum eſt ex ſe. nec ex parte mobilis ꝙuis et tempus et
motus primi mobil' ratiōem habeāt deficiēdi ex alio. ſ.
ex voluntate creatoris velut cauſe agentis ⁊ ex ꝑte ho-
minis ad cuius multiplicatōē ordinat̄ motus ⁊ tempꝰ
Unde multiplicato numero electorum hominū a deo:
ceſſare deb motus ⁊ tp̄us. Ex fine ḡ ⁊ efficiente primo
habet rōē deficiendi tempus. ꝙuis nō habeat ex parte
ſubiecti ſicut primi mobilis. nec etiam ex ſui forma que
intelligitur vt circulus quēadmodū et motus primus
vñ boetius hac ratione dicit vltimo de conſolatione. ꝙ
eternitatem infinitus temporaliū motus imitatur. ſed
quoniā manere non potuit: in infinitum temporis iter
arripuit. ſicqꝫ factum ē vt cōtinuaret eundo vitam. hoc
ē eſſe cuius plenitudinē cōplecti nō valuit ꝑmanendo.
¶ Ad illud vō quod dicitur in p̄s. de corporibus celeſti
bus. ſtatuit ea ineternū. intelligendum ꝙ illud refert̄
ad corporum ſubſtantiam nō ad motum. et ibi eternū
accipitur pro perpetuo. manebunt em̄ perpetuo ꝙtum
ad ſubſtantiam. ¶ Ad illud quod dicitur ro. vlt. tempo-
ribus eternis. dicēdum ꝙ intelligitur vno modo vt di-
cit aug. vt tempus accipiatur ꝓ euo. in li. lxxxiij. queſti
onum. q. lxxij. Alio modo exponitur in glo. eterna tem
pora dicit que p̄ceſſerunt mundi exordium quod intelli
gendum eſt. vt mundi exordiū intelligatur ꝯſtitutio mū
di cōpleti in generibus et ſpeciebus. anteꝙ̄ cōſtitutōē
p̄intelligitur ꝯditio et diſtinctio rerum ſm opa ſex die
rum. ſm quas mutatiōes per quādam improprietatē
dicuntur tēpora eterna. ⁊ hoc modo exponunt quidam
Uel tēpora eterna dicit tpa in diuina diſpoſitione nō in
ſui natura. et tunc determinatio eterni trahit tempꝰ ex-
tra ſuam rationem. vt nō ſupponantur per eterna tem-
pora. tēpora in rerum natura ſ; rationes temporū que
ſunt in diuina diſpoſitōe.

## Membrū ſecundum

Deinde queritur de eternitate quid ſit ſm
rem. Ad quod ſic. quicquid eſt in dō ē de
us ſed eternitas eſt in deo. ergo eſt deus.
¶ Itē anſelmus. eternitas eius rei ē que
nihil aliud ē ꝙ̄ ipa īmutabilis ens ⁊ ſine partibꝫ. ¶ Itē
ſi eternitas nō ē deus ⁊ ē ab eterno: erunt ergo diuerſa
ab eterno. ¶ Cōtra. aug. in li. lxxxiij. queſtionū. q. xxiij
anima ſit eterna eternitatis participatōe. nō ita eter-
nus deus. ſed quia ip̄ius eternitatis ē autor. ſi ergo ſp
differunt in ſubſtātia autor ⁊ eius effectus. nō ē igitur
deus eternitas cum ſit autor eternitatis. ¶ Item phūs
in li. de cauſis. om̄e quod ē aut ē ante eternitatem vt de-
us. aut cum eternitate vt angelus ⁊ anima. aut pꝰ eter
nitatem vt tēpus aut tēporalia. Si ergo deus ē añ eter
nitatē ⁊ nihil ē ante ſe: nō erit eternitas deus. ¶ Reſpō
ſio eternitas dicitur proprie diuturnitas ſine p̄cipio
⁊ ſine fine ⁊ ſine mutabilitate. ⁊ ſm hoc eternitas cōue
nit ſoli diuine nature. Sed cum dicitur eternitas ſig-
tur diuina eēntia vt diuturnitas īmēſa. quemadmodū
cū dicitur incircūſcriptibilitas ſignatur vt extēſio im-
mēſa. Iterum eternitas dicitur cōmuniter duratio nō
habens finem. ⁊ ſm hoc nomē eternitatis extēditur ad
creaturas perpetuo. ⁊ ī hoc ſenſu intelligūtur auctori-
tates auguſtini ⁊ philo. ſm ꝙ dicit btūs dyoniſius in
li. de di. no. Abſolute ingenita. i. ſine p̄cipio ⁊ vere ꝑ-
petua dicūtur eterna ſicut diuina. Item incorrupta et
immortalia dicūtur eterna. vt cum dicitur eleuami por
te eternales ⁊ ſiři̇a.

## ¶ Membrum tercium

Poſtea queritur quid ſit eternitas ſm diſ
finitōem. Ad quod boecius in fine de cō-
ſolatiōe. eternitas ē interminabilis vite ſi
mul tota et ꝑfecta poſſeſſio. hanc diffini-
tionem exponit boecius ſic. quicquid viuit in tēpore id
preſens a p̄teritis ī futura procedit. nihil em̄ ē in tēpore
cōſtitutum quod totum vite ſue ſpaciū poſſit amplecti.
Sꝫ craſtinum quidem nō apprehēdit: heſternum vō iā
ꝑdidit. quid igitur interminabilis vite plenitudinē to-
tam parit̄ comp̄hēdit ac poſſidet. cui nec futuri aliquid
abſit nec aliquid p̄teriti fluxerit: illud eternum vite ꝓ-
hibetur. ¶ Sed obijcitur cōtra ſingulas partes. primo
quia videtur hec diffinitio cōuenire ꝑpetuitati que ē in
animabus ⁊ angelis beatis. eorum em̄ ꝑpetuitas ē in-
t̄minabilis vite tota ſimul ⁊ ꝑfecta poſſeſſio tota ſimul
¶ Item cum eternitas ſit diuturnitas duratōis dura-
tio autem reſpicit eſſe. ergo magis debet dici intermina
bilis eſſe poſſeſſio ꝙ̄ interminabilis vite. ¶ Item cū to-
tum dicat cōſtitutum ex partibus. qualiter dicitur to-
tum. cum eternitas nō habeat partem. Item qualiter
dicitur ibi ſimul. cum ſimul dicat pluralitatem differē-
tium ſm ſubſtantiam. Item qualiter dicitur poſſeſſio.
cum poſſeſſio ponat prius ⁊ poſterius quaſi ſeſſio poſt
in eternitate aūt nullo modo accipitur prius et poſteri
us. ¶ Preterea videtur repugnare ei quod ē ſimł'. ¶ Itē
quare aggregātur tot cōditōes in diſtinctōne eternita-
tis. ¶ Item ē ne hec diffinitio cōueniens eternitati cre-
ate et increate. ¶ Reſpōſio. diffinitio iſta boetij cōue-
nit eternitati increate. et ſic quibuſdam viſum ē. tangū
tur tres cōditōes que ſunt inſeꝑabiles ab eternitate in-
creata. que ſunt int̄minabilitas. inuariabilitas. ſimpli
citas. Eſt em̄ quoddam quod ē terminabile. et ex parte
ante et ex ꝑte poſt. vt generabilia et corruptibilia: ad ꝙ
rum differentiam dicitur eternitas interminabilis vi-
te poſſeſſio. Item ſunt interminabilia ſicut perpetua. et
tam̄ ſunt mutabilia ſeu variabilia. ad quorum differen
tiam additur tota ſimul. nihil em̄ variabile ē totum ſi-
mul. īmo quedam habet actu quedam nō dum habet.
Item quoddam ē cē interminabile ⁊ inuariabile. ſed tm̄
cōpoſitum ē eē. ſicut angelicum eſſe quod habet compo
ſitōem ſicut dicit boecius ex eo qd ē et quo ē. ad cuiꝰ diſ
ferentiā additur ꝑfecta. illud em̄ ſumme ꝑfectū ē. cui n̄
ē poſſibilis aliqua additio. et vbi nō ē aliqua ꝑs poſſi-
bilis reſpectu totius. et ſimplicitate iſta ſolus deus ꝑfe-
ctus ē. quia quicquid ē in eo ē ip̄e. Per primū ergo ſe
ꝑatur eē eternitatis ab omni corruptibili. per ſecundū
ab omni variabili. per tercium ab omni compoſito ſi-
ue ſit compoſitum ex materia et forma ſiue ex eo quod
ē et quo eſt. ſiue ex differentijs. ⁊ ꝑ hoc patet vere reſpō-

ſio ad obiecta. ¶ Ad primum. ꝙ videtur cõuenire ꝑpe-
tuitati angeloꝝ. iam patet rñſio. quia etſi poſſet dici i-
terminabilis vite poſſeſſio tota ſimul. nõ tamẽ perfecta
vt dictum eſt. Preterea. cũ hoc dico interminabile dica
tur per abnegatõem termini. eſt aũt terminus initialis
et finalis. interminabilitas ſimpliciter dicetur per ab-
negatõez vtriuſqꝫ termini. ſ. principij et finis. ⁊ hoc mõ
interminabilis vite poſſeſſio ꝯuenit ſoli eternitati ⁊ nõ
perpetuitati angeloꝝ. q̃uis eis cõueniat interminabili
tas nature. quod ẽ abnegatio termini finalis tñ. ¶ Ad
ſecunduz qđ obijcit. ꝙ male ponatur interminabilis vi
te ſed magis interminabilis eſſe. Reſpondendũ. ꝙ vita
hic dicitur cõiſſime: extenſo nomine pro actualitate eẽn
di ſm quẽ modum dicit aug. cõtra maximinũ. Solus
deus immortalitatẽ habere dicitur. In omni eñ muta-
bili natura. nõ nulla mors eſt ipa mutatio. quia fac̃ ali
quid in ea nõ eſſe quod erat: in hoc ſenſu accipit boetiꝰ
Unde in expoſitione diffinitionis loquens de ſerie mo-
tus rerum mutabilium dicit ſic. factum eſt vt motus tẽ
poralium eundo cõtinuaret vitam. cuius plenitudinez
complecti nõ valuit permanendo. ¶ Ad terciuz dicitur
ꝙ totum dicitur ſm poſitionem cõſtitutuz ex partibus
et hoc modo nõ accipitur totum. Alio modo totum di-
citur per abnegationem diminutõis. vt totum dicat nõ
diminutum vel cui nihil eſt extra: et hoc modo accipit
totum. ¶ Ad quartum dicendum ſimili modo. ꝙ ſimľ
aliquando dicitur per poſitionẽ. et tunc dicit cõuenien-
tiam aliquorum ſm ſitum locuz vel tempus. et hoc mo
do nõ accipitur hic ſimul. Aliquando võ dicitur per ꝑ-
uationem ſucceſſionis et hoc modo accipitur ad diſtin
ctionez eternitatis a tꝑe et temporali. vnde per hoc qđ
dicitur ſimul: oſtenditur ꝙ ibi nõ ſit ſucceſſio. ¶ Ad qn
tuz eſt rñſio. ꝙ q̃tum ad nominis interpretatõem poſ-
ſeſſio dicitur quaſi poſt ſeſſio. et habet intentõem prio-
ris et poſterioris. q̃tum võ ad naturam rei. poſſeſſio di
citur rei que habetur ad libitum. vnde per hoc ponitur
intellectus beatitudinis vel felicitatis in eternitate di-
uina. ¶ Ad aliud dici poteſt. ꝙ in ratiõe eternitatis ag
gregantur he differentie hac ratione. in quibuſdam eñ
rebus eſt terminabilitas ſimpliciter: ad quorum differẽ
tiam ponitur irrationabilis. In quibuſdam võ ẽ inter
minabilitas eẽntie ſed nõ vite: vt in corporibus celeſti-
bus. ad quorum differentiã additur vite. Iterũ in qbuſ
dam interminabilitas vite. ſʒ tamẽ cũ miſeria et infeli-
citate. vt in demonibus et damnatis. ad quorum diffe-
rentiã additur poſſeſſio. in cuius intellectu eſt iocundi-
tas felicitatis. Iterum in quibuſdam interminabilitas
vite poſſeſſio: ſed tamen nõ tota. vt in hominibus btĩs
ante iudiciũ. quorum eſt beatitudo ſm partem anime ñ
corporis. ad quorum differentiam dicitur totum. Ite-
rum in quibuſdaz eſt interminabilis vite poſſeſſio ⁊ to
ta ſimul. ſed tamen nõ perfecta eo modo quo nos dici-
cimus perfectum nullo indigens. ſm quem modum eſt
in angelis et in hominibus beatis poſt iudicium ad q̊-
rum differentiam additur in diffinitione eternitatis ꝑ
fectum nullo indigens ad ſuum beatum eſſe.

## Mẽbrum quartum

Equitur qualiter probatur de diuina eſ-
ſentia eternitas. Arguit autem hoc mo-
do Richardus de ſancto victo. Nihil om
nino poteſt eſſe a ſemetipo quod nõ ſit ab
eterno. quicquid eniz ex tempore eſſe cepit: fuit quando
non fuit. ſʒ q̃diu nihil fuit omnino nihil habuit et om-
nino nihil potuit. nec ſibi nec alteri eẽ dedit. relinquitur
igitur ꝙ ſicut ſupra dictuz eſt. ꝙ ſi aliquid eſt non ex tẽ
pore: ꝙ ſit eternuz. ¶ Item omne quod non eſt eternum
habet eſſe poſt non eſſe. et omne tale exiuit đ non eſſe in
eſſe. cum ergo nullum increatum habeat eſſe poſt nõ eẽ
quia ſequeretur ꝙ haberet eſſe per alium per quem edu
ceretur in eſſe. relinquitur ꝙ omne quod non eſt eternũ
eſt creatum. a deſtructione ergo conſequentis omne in-
creatum eſt eternum. ¶ Sed obijcitur de ratione conſe
quentie qua arguit Richardus ſic. ſi aliquid ẽ a ſemet-
ipo non ab alio: eſt ab eterno. ad priuationem ergo ꝑn
cipij poſito ente aliquo tali ſequitur eternitas. cuz ergo
de intentione eternitatis ſit non ſolum priuatio princi-
pij ſubſtantialis ſed etiam priuatio principij finis. qua
re non ſequitur aliquid eſt non habens finem. ergo eſt
eternum. ſicut aliquid eſt non habens principium ergo
eternum. ¶ Item quedam ſunt que non habent princi-
pium nec finem ſicut deus. quedam que habent princi-
pium et finem vt temporalia. quedam que habent prin
cipium non finem vt ꝑpetua vt ſubſtantie ſpirituales.
videtur ergo ad complementum vniuerſi ꝙ ſit quarta
differnntia eorum que habent finem ſed non principiũ.
¶ Reſponſio ad primum. quoniam eſſe quod non ha-
bet principium. nihil habet đ non eſſe in ſuo eſſe admi
xtum. et quia nihil habet de non eſſe in ſuo eſſe ad mi-
xtum: non eſt vertibile in non eſſe. et ideo non poteſt ha
bere finem. et ideo ſequitur. ſi non habet principium ꝙ
non habet finem. et ita qđ eſt eternum. Ratio igitur cõ
ſequentie neceſſaria eſt. ſi aliquid eſt a ſemetipo: qđ eſt
ab eterno. ex parte autem alia cum omne quod habet
principium differens in ſubſtantia. habeat eſſe poſt nõ
eſſe: vertibile eſt in non eſſe et conuenit ei non fuiſſe. et
ideo nõ poterit eſſe eternum. q̃uis ſtatuatur immutabi
le a domino eſſe ex voluntate creatoris. ¶ Ad ſecunduz
dicendum. ꝙ quarta differentia ſcilicet non habere ꝑn-
cipium ſed habere finem eſt impoſſibilis. quia aut po-
neretur creatum aut non creatum. Si ponitur creatuz
iam eſt habens principium et ideo non eſt eternuz. Si
ponatur ñ creatũ. iã ſicut pʒ ex ꝑdictis cũ nihil habeat
admixtũ đ nõ eẽ. ꝗ erit etnũ. nullo ꝗ mõ poterit poni il
la quarta differentia.

## Membrum quĩtum

Onſequenter queritur de immenſitate et-
nitatis. Queritur igitur an aliquid poſ-
ſit intelligi cõmenſurabile eternitati. Ad
quod ſic obijcitur. omnis pars aliq̃tiens
ſumpta reddit totum. ſed tempus eſt pars eternitatis ſi
cut dicit Tullius. ergo tempus aliquotiens ſumptum
erit equali eternitati. ¶ Item que non habent finem
ſicut perpetua non exceduntur in duratione a parte
poſt ab eternitate. ergo ex parte poſt ſunt equalia eter-
nitati. ¶ Item aug. in. xj. confeſſionuz. preſens tempus
ſi ſemper eſſet preſens. iam non eſſet tempus ſed eterni-
tas. ſed preſens tempꝰ poteſt intelligi ſemper eſſe pre-
ſens: ergo poteſt intelligi eſſe eternitas. ergo multoma
gis equale eternitati. ¶ Item anſelmus in proſologion
loquens ad dominum dicens. tu imples et complecte-
ris omnia. tu es ante et vltra omnia. Et quidem añ om
nia es quia anteq̃ fierent tu es. vltra võ omnia quomo
do es. qualiter eñ es vltra omnia que finem non habe
bunt. ¶ Contra. richardus de trinitate. conſtat ꝙ qui
eternitatem habet: immenſitatem vtiqꝫ habere non va-
let. Immenſum võ dicitur quod nulli menſure equale
vel menſurabile inuenitur. ſi ergo impoſſibile eſt aliqđ
equari immenſitati: impoſſibile erit equari eternitati.
¶ Reſponſio. dicendum ꝙ nihil eſt equabile eternitati
diuine. ¶ Ad illud quod dicitur primo. tempus ẽ pars
eternitatis. per ſimilitudinem dictum eſt. Non enez di
citur pars eternitatis eo ꝙ integretur eternitas ex tꝑe
ſic̃ ſua pte: ſʒ iſtud dr̃ rõe duratõis etnitatis excedẽtis
tꝑs. pars ei et totum duplr̃ cõpanť. vno modo eſt com-

ꝑatio ſubſtantialis.quia totũ cõponitur ex ꝑtibus.et h̃
mõ nõ eſt tempus ꝑs eternitatis.Alio mõ eſt cõparatõ
habitudinalis.ſm quod excedit omne totũ ſuam ꝑtem
hac ergo ſimilitudine dicitur tp̃us pars eternitatis.qꝛ
exceditur ab eternitate.quia ante tempus eſt eternitas
⁊ cum tp̃e ⁊ poſt tp̃us.¶Ad ſecũdum rñdet anſelmus.
in ꝓſolo.aſſignans tres rõnes quare ꝑpetua nõ poſſunt
equari eternitati etiam ex parte poſt.Quarum prima ē
quia ꝑpetua ſine deo nullatenus eē poſſunt.deus autē
nullo modo minus eſt ſi illa r̃deant ĩ nihilum.⁊ ſic qͦd=
ammodo eſt vltra illa.Secunda rõ eſt.quia illa pñt co
gitari habere finem deus v̉o nequaꝙ̃.⁊ hoc modo ꝑpe=
tua habent finem quodammodo:deus aũt nullo modo
Et certe quod nullo mõ habent finem:vltra illud eſt qͦd
aliquo modo finitur.Tercia ratio eſt.quia eternitas
dei ⁊ ꝑpetuoꝝ tota deo preſens eſt cum illa nõ dũ habe=
ant de ſua eternitate quod venturum eſt.ſicut iam non
habẽt quod p̃teritum eſt et ſic deus eſt vltra ꝑpetua.cũ
etiam ip̃is ſemper ſit p̃ſens.ſeu cum illud ſemper ſit ei
preſens ad quod illa non dum ꝑuenerunt.¶Ad terci=
um dõm cum ponitur per impoſſibile p̃ſens ſemper eē
p̃ſens.iam ponitur extra ratõnem temporis:cuius eſſe
eſt in ſucceſſione et in fluxu pñtis ac d̉ preterito in futu
rum.⁊ iõ non ſequitur.ꝙ ſi p̃ſens poſſit intelligi eē eter
nitas ꝙ ꝓpter hoc tempus.imo poſito ad hoc ꝙ tempꝰ
ſm quod videtur poſuiſſe ꝙ non habuiſſet initium nec
finem:adhuc tamẽ non eēt coeternum deo.ſicut oſtẽdit
boetius in li.de ꝯſolatione.Vita immobilis pñtialiuꝫ
ſtatum.i.eternitatem:infinitus ille tp̃alium motus reꝝ
ĩmitatur.cunqꝫ eum effingere atqꝫ equare non poſſit.ex
immobilitate deficit in motum.ex ſimplicitate preſentie
decreſcit infinitum futuri ac p̃teriti quãtitatem.⁊ cum
totam ꝑiter vite ſue plenitudinem tempus nequeat poſ
ſidere:hoc ip̃o ꝙ aliquo modo nũꝙ̃ eſſe deſinit.illud qͦd
explere ac exprimere non poteſt.aliquatenus videtur
emulari.ſ.eternitatem.allegans ſe ad qualemcũqꝫ p̃ſen
tiam illius exigui momenti.et quoniam manere nõ po
tuit.in infinitum tp̃is iter arripuit.per h̃ ergo patet re=
ſponſio ad omnia obiecta.

## Mẽbruꝫ ſextum

POſtea queritur de inuariabilitate eterni=
tatis.¶Ad quod ſic arguit anſel.in mo
no.Summã ſubſtantiam cõſtat ſine prin=
cipio et ſine fine eſſe.nec habere p̃terituꝫ
aut futurum.nec tp̃ale hoc labile preſens quo nos vti=
mur.quoniaꝫ etas ſiue eternitas eius nihil aliud eſt ꝙ̃
ip̃a immutabilitas:et ſine partibus eſt.ſic ergo eterni=
tas eſt inuariabilis.¶Item in eodem ſicut ſumma eēn=
tia ſemper ſibi eodem modo eſt eadem ſubſtantialiter.
ita nũꝙ̃ eſt a ſe diuerſa vllo modo vel accidentaliter.de
ſumma ergo incõmutabili natura nihil poteſt dici vnde
mutabilis poſſit intelligi.nõ ergo poteſt poni in eterni
tate variabilitas.quia per hoc ſequeretur ꝙ in eſſe diui
ne eſſentie poneretur mutabilitas.¶Cõtra.anſel.in ꝓ=
ſolo.loquens ad deum ſic obijcit.Si per eternitateꝫ tu=
am deus fuiſti et es ⁊ eris.⁊ eſſe non eſt fuiſſe vel futu=
rum eſſe.ergo in tua eternitate eſt variatõ et diuerſitas
preſentis et futuri.¶Item ſi reſpondeatur ſicut ip̃e re=
ſpondet ibidem.ꝙ de trinitate dei nil preterit vt iaꝫ nõ
ſit.nec aliquid futurum eſt quaſi nondum ſit:non ergo
fuit heri aut erit cras.ſed heri ⁊ hodie ⁊ cras eſt.ĩmo
nec heri nec hodie nec cras eſt:ſed ſimpliciter eſt ex̃ oē
tempus.¶Contra.ſi diuina eſſentia nũꝙ̃ fuit heri aut
erit cras.ergo quecũqꝫ enuntiantur de diuina eſſentia
preterite vel future.falſe enunciantur.ergo iſta deus fu
it vel hec deus erit.Simili ratione et illa erit falſa deꝰē
cum ſicut ip̃e dicit in monolo.ſumma ſubſtantia nõ ha=
bet temporale hoc labile preſens quo nos vtimur.¶It
arguit anſel.in mono.ſic.nullo modo creatrix eſſentia
aut etas aut eternitas eius recipit preteritum vel futu=
rum.preſens enim quomodo non habet ſi vere eſt.ſꝫ fu
it ſignat preteritum ⁊ erit futurum:nũꝙ̃ igitur illa fuit
vel erit.¶Reſponſio ſm anſelmum in monolo.ꝙuis ĩ
localibus ſiue temporalibus naturis vna ſit prolatõ ꝓ=
pter loquendi conſuetudinem:diuerſus tamen eſt intel
lectus propter rerũ diſſimilitudinem.in illis nãqꝫ duo
quedam eadem prolatio ſignat.ſcilꝫ cum dicuntur res
eſſe in loco vl̉ tempore vnus intellectus eſt.quia preſen
tia ſunt locis et temporibus in quibus eſſe dicuntur.
Alius eſt quia continetur ab ip̃is.In ſumma v̉o eſſen=
tia vnde tm̃ percipitur.ſcꝫ quia preſens eſt.nõ quia cõ=
tinetur.vnde ſi vſus loquendi admitteret:conuenien=
tia videretur eſſe cum loco et tempore.¶Ad illud ergo
quod non fuiſſe heri vel fore cras:intelligitur non fuiſ
ſe in preterito contentiue vel eſſe in tempore contentiue
ſicut temporalia ⁊ in hoc ſenſu intelligit anſelmus ĩ ꝓ=
ſolo.nihil eſt aliud hodie ⁊ heri ⁊ cras ꝙ̃ in tempore.tu
autem non es in loco vel tempore ſed omnia ſunt in te.
nihil eñ continet te ſed tu contines omnia.¶Cum ve
ro dicitur fuiſſe vel fore eſſe.intelligitur preſentia eius
omni preterito omni futuro omni preſenti.vnde au=
guſtinus.ſuper iohannem.Cum de ſempiterna re pro
prie dicatur eſt.ſm nos proprie dicitur fuit ⁊ erit.fuit
quia nũꝙ̃ defuit.erit quia nũꝙ̃ deerit.eſt quia ſemper
eſt.de eo ergo dicuntur verba cuiuſlibet temporis quia
nũꝙ̃ defuit.vel deeſt vel deerit.

## ¶Mẽbruꝫ ſeptimum

DEinde queritur de vnitate ſiue ſimplicita
te eternitatis.Ad quod arguit anſelmus
in proſologion.quicquid partibus eſt iun
ctum.non eſt omnino vnum.ſed quodaꝫ
modo plura et diuerſum a ſeip̃o.⁊ vel actu vel intellctu
diſſolui poteſt.que aliena ſunt a te:quo nihil melius co
gitari poteſt.nulle igitur partes ſunt in te domine.nec
es plura.ſed ſic vnum et idem tibi ip̃i.vt in nullo tibip̃i
ſis diſſimilis.ĩmo tu es vnitas nullo intellectu diuiſibi
lis.Quoniam ergo tu es tua eternitas.nũꝙ̃ eternitas
eſt pars tua aut eſt pars eternitatis tue.ex hoc ergo a=
ꝑte relinquitur.ꝙ nullo modo poteſt intelligi niſi vni=
tas in eternitate ⁊ ſimplicitas.¶Contra.xij.dañ.q ad
iuſticiam erudiunt multos fulgebunt quaſi ſtelle in ꝑ=
petuas eternitates.ſed hoc nihil eſſet dictu:niſi eterni=
tas aliquo modo reciperet multiplicationem.¶Item ĩ
p̃s.Annos eternos in mente habui.ex quo videtur ꝙ ĩ
eternitate contingit intelligere partem ⁊ partem ſm ra
tionẽ annorum ⁊ dieruꝫ.¶Item plures dicuntur ydee
ab eterno ſiue rationes reruꝫ.pluralitas igitur aliqua
eſt ab eterno:cum dicat aug.ꝙ ydee ſunt rationes rerũ
ſtabiles que diuina intelligentia continentur.in.lxxxiij
queſti.¶Iteꝫ cum diuina intelligentia non ſit aliud ꝙ̃
diuina eternitas.ſi pluralitas aliqua ponitur in diui=
na intelligẽtia.ſ.ydearum:ergo et pluralitas aliqua po
netur in eternitate.¶Item michee.v.loquens de gene=
ratione filij.Egreſſus eius ſicut a principio a diebꝫ eter
nitatis.ergo in eternitate ſunt dies et dies.eternitas
igitur plurificatur.¶Si v̉o diceretur ꝙ dicuntur plu=
res dies propter plures reſpectus ad creaturas queād
modum reſponderi poſſet de pluralitate ydearum.Cõ
tra.loquitur de generatione filij que nullum ponit re=
ſpectum ad creaturam.non ergo dicẽtur plures dies ꝓ=
pter plures reſpectus ad creaturas.ſicut dicuntur plu=
res ydee ⁊ plures reſpectus rerũ quarũ ſunt ydee.¶Re
ſponſio ſm anſelmum in proſologion.ſicut ſeclm̃.tem=
porum cotinet omnia temporalia.ſic tua eternitas ꝯti=
net oĩa ſecula tp̃m.qͦd ſeclm̃ ē ꝓpt̃ indiuiſibileꝫ vnitatẽ
ſecula v̉o propter interminabilem immenſitatem.vult

ergo dicere. ꝙ ſicut ſeculum preſens quod eſt ĩ ſerie tēporis continet om̄ia temꝑalia: ſic ipſa eternitas diuina virtualiter excedit ⁊ cõtinet ipſa ſecula. quia añ ipa eſt. ⁊ vltra ipſa eſt. ⁊ cũ ipſis eſt. ⁊ eodeꝫ mõ quo dictũ eſt. ſ. Scḋm hoc ḡ dḋm. ꝙ eternitas eſt vnitas ſm reꝫ nullo modo diuiſibilis. tamen pluraliter dicit̃ ꝓpt̃ virtuteꝫ infinitam continendi om̄ia durabilia. ¶ Ad illḋ ḡ quod primo obijcitur dḋm. ꝙ eternitas dicit̃ pluraliter. nõ quia ipa eternitas plurificet̃ in ſe: ſꝫ ꝓpter diuerſas participatões eternitatis ex parte creature. vel ꝓpter virtuteꝫ cõtinendi multipliceꝫ in effectu ꝑut dictum eſt. ⁊ hoc modo pꝫ rñſio ad ſecũdum. nam in hac ratõne dicũtur anni eterni. ¶ Ad illud vͦo quod obijcitur de pluralitate ydeaꝝ. intelligendũ ꝙ dicũt̃ plures ydee: ⁊ vna. ⁊ plures ratõnes: ⁊ vna ratio. reſpiciendo. n. ad principale ſignatum quod eſt diuina eſſentia: vna eſt ydea. ⁊ ideo vna dicit̃. reſpiciẽdo vͦo ad cõnotationeꝫ reſpectus ad creaturaꝫ: vna eſt ydea ⁊ rõ. ſꝫ tñ pluraliter dicit̃. nõ quia plura ſit vel ꝗa pluralit̃ intelligatur in rectitudine: ſꝫ plurium vel ad plura in obliquitate. ¶ Ad illud vͦo quod obijcit̃ conſequenter quia ſi pluralitas eſt in diuina intelligẽtia ⁊ in eternitate. Dicendũ ꝙ nõ ſequit̃. nam etſi idem ſit vtrobiqꝫ ſigtum: nõ tamẽ ideꝫ modus ſignandi eſt cum dicit̃ diuina intelligentia eſſentia ⁊ eternitas. Cum. n. dicit̃ intelligentia modus ſignandi: non excludit reſpectũ pluralitatis. ſꝫ cum dicit̃ eternitas ſicut dicit Anſelmus: nihil aliud eſt ꝙ̃ eius eſſentia immutabilis ⁊ ſine partibus. quod repugnat pluralitati diuerſitatis. ¶ Ad vltimũ dicendum. ꝙ cuꝫ dicit̃ egreſſus filij a diebꝫ eternitatis. per dies eternitatis ſuppoĩtur pater cui appropriatur eternitas: que virtualiter cõtinet plures dies. vt ſit ſenſus: egreditur ab illo qui appellatur eternitas habens virtutem plurium dierum. eternitas enim appropriatur patri: ſicut ſapientia filio: ⁊ bonitas ſpirituiſancto. ¶ Ad illud vͦo quod obijcitur. ꝙ videt̃ plurificare eternitas quia plures dies. Dicendũ ꝙ lꝫ idem ſit dies eternitatis quod eternitas ſm rem: differt tamen ſm ratõꝫ. quia dies ſm ſuam rationem non dicit totum: cui nõ ſit poſſibilis additio. ſimiliter nec annꝰ. Sed eternitas dicit totum ⁊ perfectum cui non ē poſſibilis additio. ⁊ ideo nõ ſequit̃. ſi plures dies vel anni: ꝙ plures eternitates.

## Membrum octauũ

Conſequẽter querenduꝫ eſt de incõmunicabilitate eternitatis. Circa quod diſputandum eſt contra ponentes eternitateꝫ mũdi ⁊ temporis. Queritur ergo: an ſoli diuine eſſentie conueniat eſſe eternũ ſiue eſſe ſine pͥncipio ⁊ fine. Ad quod obijcit Richar. in li. de trinita. Immenſuꝫ dicit̃ quod nulli menſure equalis vel comꝑabilis inuenitur. ſi ergo plures immenſos dicimus: erit quilibet eorum cuilibet inequalis ⁊ incomꝑabilis vnius ergo menſura neceſſario ſuꝑgreditur alteriꝰ mẽſuram. ex quo ſequitur. ꝙ eſt vnaquelibet altera maior. quod eſt impoſſibile. Ex quo relinquit̃ ꝙ impoſſibile eſt plures immenſos eſſe. ¶ Ex quo vlteriꝰ arguit ſumpta ꝓpoſitõne nota per ſe. Si immẽſitate carere ñ potuit qui eternus eſt. ſi non pñt eſſe plures immenſi nec plures eterni. ¶ Iteꝫ anſ. in monolo. hoc ſolo apte ꝑcipitur veram eternitateꝫ illi ſoli ineſſe ſubſtãtiã. que ſola non facta: ſed factrix inuenta eſt. qm̃ vera etnitas principij finiſqꝫ meta carere intelligit̃. quod nulli rerum creaturaruꝫ conuenire: eoipſo ꝙ de nihilo facte ſunt conuincit̃. ¶ Item omne quod eſt a principio aut procedit a deo in idemptitate ſubſtantie: ⁊ tũc cuꝫ ipſa ſubſtantia ſit eterna res: ſic ꝓcedens erit deo coeterna. quemadmodũ filius procedit a patre in idẽptitate ſubſtantie. ⁊ ſpũſſanctus a filio ⁊ patre. Aut procedit a principio deo in diuerſitate ſubſtantie. quẽadmodum mundus a deo. primo modo quod procedit ē deus: ſecũdo modo non. ſed aliud in ſubſtantia a deo. Hoc ergo quod ſic eſt a deo: aut eſt a deo de nihilo aut de aliquo. ſi eſt a deo de nihilo. ergo habet eſſe poſt nõ eſſe. ⁊ ita neceſſario habet initium ſue durationis. Si vͦo eſt a deo de aliquo. aut igitur de aliquo quod eſt deus. aut de aliquo quod non eſt deus. Non de aliq̊ qḋ ē deus. quia non procedit in idemptitate ſubſtantie: ſed diuerſitate. ergo de aliquo quod non eſt deus. ſed ꝗcquid non eſt deus eſt creatum a deo ſicut principio. erit ergo iterum querere ſicut prius: aut de aliquo aut de nihilo. ⁊ ſic eſt procedere in infinitum quod non capit intellectus. aut erit concedere: ꝙ quicquid primo procedit a deo in diuerſitate ſubſtantie: eſt a deo de nihilo. ⁊ per conſequens quod habet initium ſue durationis. ⁊ non eſt eternum. ſoli ergo deo ⁊ rei que ē ĩ idẽptitate ſubſtantie cum deo: conuenit eternitas. ¶ Iteꝝ impoſſibile eſt effectum equari ſue cauſe a qua differt in ſubſtantia. ſed ſi mundus poneretur eternus: poneretur equari creatura creatori. que eſt eius cauſa differens in ſubſtantia. ⁊ hoc ꝙ̃tum ad extenſionem durationis. relinquitur igitur ꝙ impoſſibile eſt ponere creaturam eternaꝫ. ¶ Contra. aliquid procedit a deo ab eterno. quia eſt conſubſtantiale illi ⁊ eternum: ſicut filius ⁊ ſpirituſſanctus a patre. ¶ Item aliquid procedit ex tempore quia eſt diuerſum in ſubſtantia ⁊ ñ eſt eternum. Si ergo hec duo extrema ſunt in vniuerſo ⁊ in ordine vniuerſi nihil eſt incomꝑletũ: oportebit ponere ⁊ medium. videlꝫ vnum quod procedat ab eterno conſubſtantiale quod non ſit eternum. vel ſi dicatur ꝙ huiuſmodi non potuit eſſe: ſaltem erit quartum membruꝫ. videlꝫ ꝙ procedat ab eterno differens in ſubſtãtia ab eterno. ſed tale non eſt niſi mundus. ergo mundus vel aliqua creatura de mundo procedit ab eterno ⁊ ita alij ꝙ̃ deo conuenit eternitas. ¶ Si dicatur ꝙ hꝫ non poteſt eſſe ꝙ aliquid procedat a deo ab eterno nõ conſubſtantiale illi quod ſit eternum. Contra. ꝙ̃cito pes eſt in puluere relinquitur veſtigium pedis in puluere. vt dicit Auguſti. decimo de ciuitate dei. xx. capl̃o Et ſi ab eterno eſſet pes in puluere: videtur tunc ꝙ ab eterno eſſet veſtigium pedis. ponamus ergo ꝙ mũdus architipus ſit ſicut pes: tunc mũdus ſenſibilis eſt eiꝰ veſtigium. ergo cum ad illum pedem nihil requiratur ad modum pulueris: cuꝫ eius actio nullo extrinſeco indigeat. videtur ꝙ ſi eſt ab eterno ꝙ eiꝰ veſtigium ſit ab eterno: ipſo pede exiſtente ab eterno. ſi nullo pulnē indigeret ad faciendum veſtigium. ¶ Item in deo ē ſumma potẽtia. ſumma voluntas. ſumma ſcientia. ergo ſi hec tria ſufficientia ſunt ad producendum quemlibet effectum reſpectu cuius ſunt. ſi in deo fuerint ab eterno reſpectu mundi faciendi. videtur ꝙ mundus debuit eſſe ab eterno. non enim poteſt dici ꝙ non ab eterno potuerit neqꝫ ꝙ ab eterno non ſciuerit. hoc enim eēt inconueniens. ¶ Si dicatur fortaſſe ꝙ non ab eterno voluit. Sed contra. Si non ab eterno voluit ⁊ poſtmodũ voluit. ergo incepit velle ⁊ factus eſt de nolente volẽs. ergo erit mutatio in eius voluntate. ſicut obijcit Auguſtinus in libro confeſſionum. ¶ Item non eſt influentia actiua ſiue paſſiua. aut ergo ſumma bonitas ſemper influit aut non. Si non ſemꝑer ⁊ aliquando influit. ergo ⁊ aliquando ibi innouatio facta eſt. Vñ ⁊ philoſophus dixit in iſto caſu ſcilꝫ. Si non ſemper influxit. neceſſe eſt ꝙ in eo mutetur voluntas vel remoueat̃ appetitus. oportet ergo ponere ꝙ continue influat. ergo per propoſitionem illam oportet ꝙ fuerit aliqd recipiens influentiam illam. ſed non fuit niſi mundꝰ vel creatura aliqua. ergo oportet aliquam creaturam fuiſſe ab eterno. ¶ Item diuina bonitas manifeſtatiua fuit ſui in ſummo ab eterno. hoc enim eſt de natura bo

ni vt manifeſtet ſe: ⁊ boni ſummi vt ſumme ſe manife-
ſtet. Et iterum ſummi boni eſt vt ſumme ſe ab eterno
manifeſtet. ſi ergo multitudo creaturaruʒ facit ad eiꝰ
bonitatis manifeſtationeʒ. videtur ꝙ debuit eſſe mul-
titudo creaturarum ab eterno. ¶ Item Anſelmus in
monolo. Intelligere dei eſt ſuum dicere. ſed ſuum dice
re eſt facere creaturas. dixit enim ⁊ facta ſunt: ſicut di-
cit Auguſtinus in libro confeſſionum. ergo ſuum in-
telligere eſt facere creaturas. ſed ab eterno intelligit.
ergo ab eterno facit creaturas. ¶ Itē nihil eſt ſua mu
tatio. ponatur ergo ꝙ aliqua creatura in eſſe educatur:
ipſa non eſt ſua mutatio. Dicatur ergo. a. mutatio ip-
ſius. b. tunc querit de. b: b. eſt: ⁊ creatura eſt. non er-
go eſt ab eterno. ergo non eſt ſua mutatio per quaʒ ex-
eunt in eſſe. Dicantur illa. c. ſimiliter quero de illa. ⁊
ita videtur ꝙ contingat abire in infinitum. Non eniʒ
poteſt ibi aſſignari reflexio. vt dicatur: ꝙ etſi idem nō
eſt mutatio ſuipſius: tamen vnum eſt mutatio alteriꝰ
⁊ econuerſo. ¶ Item creatio actio non fit ab eterno.
ſed eſſe eternum fuit ab eterno. igitur creatio actio nō
eſt eternum. ergo non eſt deus. ¶ Cōtra. creatio actio
⁊ creatio paſſio ſunt correlatiua: ſed correlatiua non
ſunt in eodeʒ. ergo ſi creatio paſſio eſt in creatura: cre
atio actio non erit in creatura: ſed eſt in creatura vel
in deo. ergo in deo: ⁊ idem eſt ꝙ deus. ¶ Item creatio
actio: actio eſt non niſi dei. ſed actio dei ⁊ in deo eſt: ⁊
idem quaſi deus. ¶ Sunt etiam rationes philoſopho
rum quibus probatur creaturas eſſe ab eterno: qua-
rum vnam ponit Auguſtinus in duodecimo de ciui-
tate dei. ita dicens: Arguunt philoſophi ꝙ bonitas
dei vacua nunꝙ fuiſſe credenda eſt. vt ſic inciperet ope
rari quaſi penituerit eum priorum vacationis. ⁊ ideo
neceſſe eſt inquantum eadem ſemper repeti. ¶ Item luci
temporali aliquid eſt contemporaneum quod non eſt
idem cum illa. aut ergo ſimiliter luci eterne erit ali-
quid coeternum quod non erit idem cum illa. aut qua-
re non. ¶ Item Auguſtinus in vndecimo confeſſio-
num. Si exortum eſt in dei ſubſtantia aliquid quod
prius non erat. non veraciter dicitur eterna illa ſub-
ſtantia. Si autem voluntas dei ſempiterna erat vt eſ-
ſet creatura: cur non ſempiterna eſt creatura? ¶ Item
obijciunt philoſophi ſumentes rationem ex natura mo
tus. Nam motus celi aut eſt eternus aut non. ſi non:
fuit ergo factꝰ: fuit ergo poſſibilis moueri ⁊ poſtea mo
tus. ergo fuit eductio de potentia in actum. ſed huiuſ-
modi eductio eſt motus. fuit ergo motus ante illū mo
tum. ¶ De illo alio ſimiliter poteſt queri. vtrum fue-
rit factus aut eternus. ⁊ ſic aut erit abire in infinitum
aut ſtabitur alicui ad vnum motum qui ſit eternus. ſed
qua ratione poteſt ſtare in alio: ⁊ in motu celi. ex quo
videtur ꝙ motus celi ſit eternus. ¶ Item eſt alia ra-
tio ex parte materie generabilium ⁊ corruptibilium.
aut enim ipſa eſt ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. aut
generabilis ⁊ corruptibilis. Si fuit generata: ergo ex
materia preiacente ſiue precedente. ergo fuit materia
ante illam. ſimiliter poteſt queri de illa. aut ergo eſt ire
in infinitum: aut erit ponere aliquam materiam inge
nerabileʒ. ſed ſicut poteſt poni alia: ſic ⁊ prima. ¶ Itē
alia ratio ex parte motiui. oportet enim dicere ꝙ ſem-
per fuit. ⁊ ita ſi idem ad idem ſimiliter ſe habens: na-
tum eſt idem facere: ſemper fuit motus contra mate-
riam: ⁊ ita ſemper mundus. ¶ Item a parte tempo-
ris ſic obijcitur. ꝙ tempus aliquando incepit: aut nō.
Si non incepit: ergo eſt eternum. Si incepit: ergo cū
non eſſet prius aliquando incepit. iſtud aliquando ⁊
illud incepit rationem temporis dicunt. ergo ſi tem-
pus quod incepit nondum erat: fuit ergo tempus an-
te tempus. non ergo fuit cogitare quando non fuit tem
pus. nec ſimiliter quando deſinat. eſt ergo eternum.
⁊ ſi tempus: ⁊ motus. ⁊ ſi motus: ⁊ res inferiores.

¶ Item a parte motoris obijcitur ſic. Motor eſt infi-
nite potentie ⁊ ſimplicis ⁊ inuariabilis eſſentie ⁊ vo-
luntatis. talis autem potentie infinitus eſt actus. ergo
erit actus illius infinitus. dicitur enim: quod aliquā-
do mouerit non ſemper mouit aut mouebit. tūc ſi mo-
tor voluntarius qui prius non mouebat poſtmodum
mouit: indiguit aliquo expergefaciente: vel prius ha
buit aliquod impedimentum vel prohibens vel retar-
dans. videtur ꝙ in deo ſit aliquod iſtorum ponere vel
ꝙ motus ſit eternus. ¶ Reſponſio. mundum eſſe ab
eterno ſiue ſine principio eſt impoſſibile. quia eſſe eter
num ſiue eſſe ſine principio durationis: repugnat ⁊
creature ſiue eius quod eſt eſſe a deo in diuerſitate ſub
ſtantie. Intentione enim creature inquantum huiuſmo-
di eſt eſſe ab alio de nihilo. Et ſic de intentione crea-
ture eſt habere eſſe poſt non eſſe. ⁊ ita habere princi-
pium ſue durationis. Cum ergo conſtet mundum ⁊
creata eſſe creaturas vel entia a deo in diuerſitate ſub
ſtantie: impoſſibile erit mundum ⁊ creata eſſe eter-
na: vel non habere principium ſue durationis. Eſt
igitur hic ordo rerum. eſt enim aliquid quod procedit
ab alio in idemptitate ſubſtantie: ⁊ eſt coeternum illi.
ſed non eiuſdeʒ pſonalitatis ſicut filiꝰ vel ſpūſſcūs ē co
eternꝰ pr̄i. ⁊ ē aliquid quod ꝓcedit non conſubſtantia
le. ⁊ n̄ eſt eiuſdeʒ perſonalitatis cum illo a quo proce
dit: nec eſt coeternum illi. talis eſt omnis creatura re-
ſpectu dei. prima ergo proceſſio facit vnam diſtincti-
onem tm̄. ſcilicet in perſonalitate. ſecunda vō dupli-
cem. ſcilicet in perſonalitate ⁊ duratione. ¶ Ad pri-
mum ergo quod obijcitur reſpondendum eſt. ꝙ eſſen-
tialiter eternalitas dicatur de eternis: neceſſe eſt vt
procedat ab eterno conſubſtantiale illi ſit eternum.
quia quod eſſentiale eſt: dicitur de his quorum eſt ea-
dem eſſentia. Eternitas autem eſſentialis dicitur: ⁊
ideo de vtroqʒ diceretur. ⁊ propter hoc non poteſt po-
ni illud membrum predicte diuiſionis. ꝙ aliquid ſit
procedens ab eterno conſubſtantiale non eternum.
Similiter aliud membrum non poteſt poni. ſcilicet ꝙ
aliquid procedat ab eterno differens in ſubſtantia ⁊
eternum. Si enim differens eſt in ſubſtantia a creato-
re: oportet ꝙ ſit creatura. ⁊ ita ꝙ habeat eſſe poſt non
eſſe ⁊ principium ſue durationis. ¶ Ad ſecundū quod
obijcitur de pede ⁊ veſtigio in puluere. dicendum eſt ꝙ
non eſt ſimile comparatione mundi architipi ⁊ ſenſi-
bilis: ſm ordinem prioritatis. Cum enim dicat Au-
guſtinus duodecimo confeſſionum. ꝙ aliquid dicitur
prius alio quatuor modis. Primo modo dicitur priꝰ
origine. vt ſonus cantu. Secundo dicitur prius tem-
pore. vt flos prior fructu. Tercio mō dignitate. vt fru-
ctus flore. Quarto modo prius eternitate ſiue immen
ſitate. vt deus ante omnia. Pes auteʒ in puluere ſola
origine vel natura precedit veſtigium. ⁊ ideo nihil ꝓ-
hibet illa eſſe ſimul duratione. Mundus autem archi
tipus precedit ſenſibile: ⁊ natura ſiue origine ⁊ eter-
nitate. ⁊ hoc eſt durationis immenſitate. ⁊ ideo im-
poſſibile eſt mundum ſenſibilem coequari mūdo ar-
chitipo in duratione. quia immenſo nihil equale aut
comparabile inuenitur. vnde Auguſtinus in vndeci-
mo de ciuitate dei. Illud temporis ſpacium quod ab
aliquo initio progreditur ⁊ aliquo termino coercetur
magnitudine quacunqʒ tendatur: comparatum illi
quod initium non habet. neſcio vtruʒ pro minimo aut
pro nullo reputandum eſt. ¶ Ad tercium reſponden-
dum. ꝙ potentia ſcientia ⁊ voluntas faciendi munduʒ
fuerunt in deo ſm Auguſtinum in libro confeſſionuʒ.
tamen quamuis in eo eſſet ab eterno voluntas vt mundus
fieret: non tamen erat voluntas vt fieret ab eterno:
ſed tunc quando factus eſt. Non ergo fuit mutata
eius voluntas: quia ſemper fuit vt fieret quando fa-
ctus eſt. ¶ Ad quartum vō dicendum eſt. ꝙ ſicut

in ſole eſt influentia lucis dupliciter. Intrinſeca qua dicitur ſemper lucere etiã ſi nihil eſſet quod reciperet lumen a ſole. Et eſt influentia extrinſeca qua dicit̃ ſol illumiare: cũ ſcꝫ ponit̃ aliquod acceptiuũ lucis a ſole. de qua influentia extrinſeca poneret̃ nunc eſſe in ſole ⁊ aliqñ nõ fuiſſe: poneret̃ mutatio aliqua facta in ſole. ſicut ſi diceret̃: ſol lucet ⁊ prius nõ lucebat. g̃ mutatus eſt. de influentia vͦo extrinſeca nõ ſequit̃ mutatio ĩ ſole. vnde nõ ſequit̃: ſol illumiat ⁊ prius non illumiabat. g̃ mutatus eſt. Similiter ex parte differentie bonitatis ē influentia bonitatis intrinſeca. in emanatione eterna filij a patre: ⁊ ſpũſſancti a patre ⁊ filio. Ad quam ſi poneretur nũc eſſe ⁊ hmõi non fuiſſe: ſequeret̃ mutatõ ex parte voluntatis vel bonitatis diuine. Et eſt influẽtia extrinſeca vt in emanatione creaturaꝝ a creatore: que ſunt in diuerſitate ſube. ⁊ ad hanc influentiã ſi ponat̃ nõ fuiſſe ⁊ poſtea eſſe: nõ ſequit̃ mutatio ex ꝑte bonitatis. ¶ Quod vͦo dicit phs. ꝙ neccẽ eſt ꝙ mutet̃ in eo voluntas vel remoueat̃ appetitus. Dicendũ ꝙ locut⁹ ē de deo ad modũ hoĩs: ⁊ ideo deceptus eſt. volũtas. n. hominis ſi facit aliquid qd prius nõ fecit: nulla ē ĩ eo ſeu volũtate eius mutatio. cũ volũtas eius nullo mõ moueat̃ abextra nec dependeat. ¶ Ad quintũ dđm. ꝙ manifeſtatio diuine bonitatis in ſummo põt eſſe duplr. q̊ ad magnitudinẽ potentie: aut quo ad multitudinem. Quo ad magnitudinẽ manifeſtauit ſe ſumma boĩtas in generatione filij a patre ⁊ proceſſione ſpũſſancti ab vtroqꝫ ab eterno. nulla aũt maior poteſt cogitari potẽtia q̃ vt ex patre generet̃ filius ꝑ omĩa equalis ſibi ⁊ conſubſtantialis. Quãtum vͦo ad multiplicatõnẽ potentie oſtendende in creaturis multis. nõ potuit eẽ manifeſtatio ab eterno. ⁊ cauſa ſup̃ dicta eſt. qꝛ creatura ñ potuit eſſe ab eterno. ¶ Si autẽ iuxta h̄ quereret aliquis. ꝓpter quid diuina bonitas nõ manifeſtauit ſuã potentiã ꝑ multiplicatõnẽ creaturaꝝ faciendo omnes ſim̃l ⁊ ſm ſpeciẽ ⁊ ſm numeꝝ. Ad hoc aſſignat̃ duplex cauſa. vna eſt ex ꝑte defectus materie creaturaꝝ que ñ põt ſimul ſuſtinere impreſſiones agentiũ. que non pñt agere niſi ſucceſſiue. vnde in apocraphis eſdre. Interrogauit eſdras: nõ poteras facere eos qui facti ſunt ⁊ qui futuri ſunt: vt citius iudiciũ tuũ oñderes? Et rñdit ad me ⁊ dixit. ñ põt feſtinare creatura ſupra creatorẽ nec ſuſtinere ſeculũ qui in eo creati ſunt. ⁊ noĩe ſeculi appellatur variatio que eſt materie. Alia vͦo cauſa aſſignat̃ ratione defectus creature ex ꝑte agẽtis potentie. potentia. n. diuine bonitatis nõ ſolum oñditur in numero ⁊ multitudine creaturarũ. h̄ faciendo illas potentes ad opandum ⁊ ꝓducendũ alias ex ſe. Si autem feciſſet omẽs creaturas ſimul: cẽt manifeſtatio potentie quo ad numeꝝ factorũ qua põt vna creatura in aliam ꝓducendã. creatura aũt nõ poteſt ſtatim facẽ qd facit deus: h̄ ſucceſſiue. deus aũt in inſtanti facit qd facit. ¶ Ad ſextum dđm. ꝙ diuinum dicere eſt eternum: ſicut ⁊ intelligere ⁊ dicere dei eſt facere. facere vͦo dicit̃ duobus modis: ſicut factio ſiue actõ. Eſt. n. actio qua agens agit. ⁊ eſt actio quam agens efficit. Primo mõ diuina actio eſt eadem qd ſua virtus ⁊ ſua eẽntia. ⁊ diuinũ agere idem eſt qd eſſe ſiue intelligere. Scđo mõ ſua actio eſt ſuus effectus: ⁊ ſuum agere ſuũ effici. ⁊ h̄ modo actio nõ eſt eterna: nec facere eternum. Exẽplũ huius eſt in ſole. facere huius eſt lucere ⁊ illumiare. ⁊ vnum coeuum ſoli: aliud aũt nõ. Et nota ad h̄ auc̃tem aug. xj. ꝯfeſſionũ. verbo tuo coeterno ſimul ⁊ ſempiterno dicis oĩa que dicis: ⁊ fit quicquid dicis vt fiat. nec aliter q̃ dicendo facis. nec tamen ſimul ⁊ ſempiterna ſunt omnia que dicendo facis. ſed quõ id eloquar neſcio: niſi ꝙ omne quod eſſe incipit ⁊ eſſe deſinit. tũc eſſe incipit ⁊ tunc deſinit: quando debuiſſe incipere vel deſinere in eterna ratione cognoſcitur. vbi nec incipit aliquid nec deſinit: ipſum eſt verbum tuum quod ē principium quia loquitur nobis. ¶ Ad ſeptimũ reſpondetur. ꝙ quedã ſunt abſoluti eſſe ſicut entia per ſe. ⁊ hec ſunt terminus creatõnis que eſt pria mutatio. de iſtis vniuerſaliter verum eſt ꝙ nullum tale eſt ſua mutatõ. Quedam vͦo ſunt que non ſunt eſſe abſoluti. ⁊ hec ſunt eſſentia in alijs ſeu cum alijs. ⁊ hec non ſunt per ſe terminus creationis. ⁊ ſicut primis conuenit creari: ita ⁊ iſtis concreari. Itẽ hec vt concreata ſunt adhuc dupliciter. ſunt enim quedã que concreantur que inſunt rei ⁊ permanent cum illa. vt albedo ſi concreetur cum cigno: ⁊ riſus hominis. ⁊ de iſtis adhuc verum ē ꝙ nõ ſunt ſue mutationes. Quedam vͦo ſunt concreata q̃tũ ad fieri ipſius rei ⁊ non q̃tum ad factuꝫ eſſe. ſicut mutationes rerum. ⁊ hec non inſunt rei iam facte nec permanent cum ipſa. quia non concreantur vt ineſſentes ⁊ permanentes cum re: ſed vt tranſeuntes. vt per ipſos educatur res in eſſe ſoluꝫ. Si ergo tale concreatum dicatur aliquid tunc non eſt verum ꝙ nihil eſt ſua mutatio. mutationis enim non eſt mutatio: maxime prime per quam educatur ſed ſeipſa educitur. ¶ Ad octauuꝫ dicendum. ꝙ creatio vel creare duo dicit. vnum ſic̃ pñcipaliter ſignatuꝫ: ⁊ hec eſt diuina actio. ⁊ aliud ſicut cõnotatum: ⁊ hoc eſt fieri aliquid ex nihilo. Quãtum g̃ ad principale ſignatuꝫ quod eſt diuinum agere ſiue diuina actio. que non eſt aliud q̃ diuinum eſſe vel eſſentia: eo modo quo dictum eſt ſupra ſignatur eternum. Quãtum vͦo ad connotatum quod eſt creatum deſignatur temꝑaneum. non ergo ſequitur creatio ſiue creare eſt diuina actio: ergo eſt eterna. quia ꝑ hoc ꝙ dico creare: ponitur ⁊ diuina actio ⁊ creatura de nihilo. ⁊ ideo ſi diceretur eterna: non diceretur ſoluꝫ eternitas actionis diuine: ſed etiam creature. quod non poteſt eſſe. ¶ Ad nonum reſpondet Auguſti. xij. de ciuitate dei. dicens. Non intelligunt philoſophi deum animo aliter affici cum vacat q̃ cum operatur. quia nec affici dicendum eſt. voluit etiam deus ſm hoc oſtendere ꝙ rebꝫ nõ eguerit: ſed gratuita bonitate condidit. cum ſine illis in eternitate non in minore beatitudine permanſit. ¶ Ad obiectum eorum patet ſolutio ex dictis. ¶ Ad decimum dicendum. ꝙ non eſt ſimile de luce creata ⁊ increata. lux enim creata finita eſt: nec habet immenſitatem durationis. ⁊ ideo non eſt inconueniens ſi habeat contemꝑaneum ⁊ coequatum ſibi in duratione: in ſubſtantia differens. ſed lux increata infinita eſt q̃tum ad omnia: ideo habet immenſitatẽ durationis. ⁊ ideo impoſſibile eſt aliquid eſſe coequale ĩ duratione quod ſit differens in ſubſtantia ſiue coeternum. ¶ Ad vndecimũ dicendum. ꝙ voluntate dei ſempiterna ad h̄ ꝙ creatura ſit vel fiat cum ordinate eſt a deo eſſe vel fieri. facit immunitas diuine eẽntialitatis. creaturã vͦo eẽ ſempiternam neceſſario ꝓhibet natura creabilitatis. ſicut oñſum eſt. ¶ Ad xij. dđm. ꝙ reſpiciẽtes phi ad cauſas inferiores motus celi: dixerũt motum nõ habere principium nec finẽ ſue duratõis. Ex ꝑte. n. motoris ꝙ ſimiliter ſe hñs ē ſemꝑ. nec magis ſe habet ꝙ ab ipſo ſit motus nũc q̃ prius. iſtud poſuerũt ſimilit̃ ex ꝑte mobilis quod eſt corpus vniforme: nõ magis ſe habens ad motum nunc q̃ prius. cum enim ſit corpus ſpericuꝫ ñ habens cõtrarium ſemper eſt ordinatum in motuꝫ circulareꝫ. Similiter ex parte materie que eſt indeficiẽs ⁊ ſubiectum generationis ⁊ corruptõis: poſuerũt motum ⁊ mũdum perpetuum. quia eodẽ modo ſemper ſe habente motore ⁊ mobili quod eſt celum: erit ſemꝑ eodem modo ſe habens. ⁊ eodem modo ſe habente motu celi qui eſt cauſa generationis ⁊ corruptionis. ⁊ eodẽ modo ſe habente materia ſubiecta ſemper: erit ſemper generatio ⁊ corruptio: ⁊ ita mundus. Scđm cauſas g̃ inferiores erit poſitio philoſophorũ de eternitate motus ⁊ mundi. ſm vͦo cauſas ſuperiores patet cuilibet recte conſideranti initium temporis ⁊ motus mundi:

ſm ꝙ mundus dicitur fluxus rerum ſm mutationem ⁊ generationem ⁊ corruptionem. Cauſe autem ſuperiores ſunt diuina potentia: ⁊ diuina ſapientia: diuina bonitas. Ex parte diuine potentie patet exordiū mundi ⁊ materie. nam diuina potentia eſt ſumma: ⁊ ideo nō indiget materia ſubiecta ad opandum aliquid. eſt igitur operans de nihilo: quia eſt totum cauſa ſui operis vt nō requiratur aliqua poſſibilitas ex parte ſubiecte materie. ideo mutatio prima contra operationeʒ diuinam non habet ante ſe aliam mutationeʒ. ¶ Ideo ad id qđ querit: mūdus eſt factus vel eternus? dico ꝙ factus eſt. ⁊ ꝙ vlterius arguit: ergo prius fuit poſſibile moueri. ſi tu dicis poſſibile materie falſum eſt: qꝛ motus primus factus eſt. non per motum qui fit circa ſubiectam materiam: ſed per creationem que eſt mutatio de nihilo. Si vō tu dicis poſſibile potentia agentis. h' modo poteſt concedi poſſibile moueri. ſed eductō huiꝰ poſſibilitatis in actum non eſt per aliam mutationem ſicut dictum eſt ſupra. ¶ Similiter per hoc patet ſolutio ad terciūdecimuʒ quod dicit: ꝙ materia eſt ingenerabilis. Si enim generatio dicat actionem ex preiacēte materia: hoc modo eſt verum. ⁊ ſic eſt generatō mutatio naturalis. Si vō generatio dicit ſolum idem qđ factio: ſiue ex materia ſiue non. hoc modo materia nō eſt ingenerabilis. quia eſt facta q̄uis non per mutationem naturaleʒ ſed per mutationem que eſt ante naturam que eſt creatio. ¶ Ad quartumdecimū quod obijcit ꝙ motiuum ⁊ mobile ſe habet eodem modo. dicenduʒ ꝙ reſpiciendo motiuum primum quod eſt diuina diſpoſitio ſiue voluntas diuine ſapientie: diſponentis ⁊ ordinantis ipſum motuʒ celi: non tenet illa ꝓpoſitō. Idem ſimiliter ſe habens natum eſt facere idem. nō. n. plena eſt illa propoſitō in cauſa voluntaria. ⁊ maxime in illa que nullo modo alligatur vel dependet ab ope: vel numeratur cum opere. ſicut eſt diuina. immo cum ſm idem ordinetur motus ad terminum qui eſt multiplicatio hominum ſm numerum diuine preordinationis. multiplicato numero ratione motus primi: debet ceſſare motus ⁊ generatio. Item reſpiciendo mobile non ſm ſe ſed ſm ordinem quem habet ad finem: q̄ ſcʒ eſt numerus electorum ſeu multiplicatio hominum vt dictum eſt. ex parte ipſius mobilis inq̄tum huiuſmodi ſic conſiderati eſt ratio deſitionis motus. ⁊ hoc habetur in apocriphis eſdre vbi querit eſdras ab angelo vſqʒquo ſpero ſic ⁊ quando veniet fructus aree mercedis noſtre? Et reſpondit vriel archangelus: quando impletus fuerit numerus ſeminum in nobis: quoniaʒ in ſtatera ponderauit ſeculum ⁊ menſura numerauit tempora. ⁊ non cōmouebit nec excitabit donec veniat ⁊ impleatur menſura predicta. Et tangit illud quod habetur Iob. xiiij. donec atteratur celum homo non reſurget. Patet igitur ꝙ reſpiciendo ad cauſas ſuperiores diſpoſitionis diuine ſapientie ⁊ voluntatis. ꝙ ceſſare debet motus. Similiter reſpiciendo ad cauſam ſuperiorem que eſt bonitas. que ſm iuſticiam non fruſtrabitur quin reddat vnicuiqʒ ſm meritum. quod eſſe non poſſet niſi ceſſaret generatio ⁊ eſſet futura reſurrectio. ad quod conſequitur ceſſatio motus ⁊ per conſequens ceſſatio temporis. ¶ Ad quintumdecimuʒ dicendum. ꝙ tempus incepit ⁊ tempus deficiet. ſed dico ꝙ nō incepit in tempore ſed in nunc: quod eſt cōmune principium ipſius. ſicut vō quod eſt continuans in quo ſaluatur eſſentia operis: eſt ſicut finis preteriti ⁊ initiuʒ futuri. ex hoc ergo ſequitur ꝙ non ſit tempus an̄ tempus vel tempus poſt tempus: ſed ſolum nunc. ¶ Ad vltimum dicendum. ꝙ non eſt ratio conſimilis in motore increato ⁊ creato. In motore creato enim voluntario cum mouet quod prius non mouebat: aduenit exꝑgefaciens. ⁊ ratio eſt: quia voluntarius motor creatus vt homo: finem habet ſue motionis ⁊ actionis extra ſe. ⁊ ideo excitatur ab extrinſeco. Deus vō nūq̄ habet finem extra ſe ſed intra. xvj. prouerbioruʒ. Omnia propter ſemetipſum operatus eſt dominus. Iteʒ ī motore naturali ſicut in corporalibus inferioribus. quia non ſunt poſſibilia ad ſuum motum complendum accidit prohibens: in deo autem nulla impotentia. ⁊ ideo non poteſt eſſe impedimentum prohibens ſuum actū. Item in motore naturali ſicut in corporibus ſuperioribus que ſunt potentia ad ſuum motum complenduʒ quantuʒ eſt de ſe accidit retardatio ex coniunctōne alicuius diſpoſitionis contrarie: ſicut in ſole ⁊ luna. et ſi non prohibeatur. diuine autem actioni nulla diſpoſitio eſt contraria nec aliquid aliud. In motore ergo p̄mo non eſt excitans ſicut in homine. nec poteſt cadere impedimentum prohibens ſicut in corpore inferiori. nec impedimentum retardans ſicut in corpore celeſti. Si ergo queritur: quare non mouit eternaliter? Ad hoc eſt reſponſio. quia non eſt defectus ex parte ipſius ſed ex parte creature: que non eſt ſuſceptibilis immenſitatis durationis ex parte ante. ſicut dictū eſt.

## Mēbrum nonum

bro de conſolatione. Omne quod ſubſiſtere aut per-
manere appetit: id vnum eſſe deſiderat. omnia igitur
vnū deſiderant. Si ḡ ratio boni ab eodeꝫ eſt qđ omīa
appetunt. relinquit̄ ꝙ eadeꝫ eſt intentio vnius ⁊ boni.
¶ Contra. nō intellecto bono intelligitur vnuꝫ: immo
predicatur de malo cum dicit̄: malum eſt vnum. ḡ nō ē
eadem intentio boni ⁊ vnius. ⁊ hec querūtur de cōꝑati
one que eſt ſm differentiam. ¶ Iteꝫ querit̄ de compa-
ratione que eſt ſm ordinem. nam cum omīs creatura
componatur ex hoc ⁊ hoc. ſicut dicit Boetius in libro
de trinitate. In omni eo quod eſt citra primum eſt hoc
⁊ hoc. ergo ad hoc ꝙ res ſit oportet ſicut cauſam pre
cedere vnionem eorum ex quibus eſt. ergo vnitas cau
ſa erit entitatis. ergo vnum prius ente. ¶ Item Bo
etius de conſolatione. Sublato vno: nec eſſe quibuſq̄
permanebit: ſimilit̄ nec verum eē. ḡ vnitas cauſa ē en-
titatis ⁊ veritatis. ¶ Itē Boe. de ꝯſo. que diſcrepāt bo
na minime ſunt. cum v͛o vnuꝫ eſſe ceperint: bona fiūt.
vt ḡ bona ſint vnitatis adeptōne ꝯtingit. ḡ vnitas cau
ſa eſt bonitatis. ¶ Rñſio. dicenduꝫ ꝙ ens eſt primuꝫ
intelligibile. prime autem entis determinationes ſunt
vnum ⁊ verum ⁊ bonum. determināt. n. ens ſm ꝙ ꝯſi-
deratur eſſe reꝝ in ꝓprio genere. ⁊ etiam ſm relatōꝫ eē
coꝝ ad diuinā cauſaꝫ. ⁊ ſm relatōꝫ reꝝ ad aīam que ē
imago diuine eſſentie. Scđm autem ꝙ eſſe rerum con-
ſideratur in proprio genere: triplicatur entis determi-
natio. Aut enim conſideratur abſolutum vt diuiſum
ab alijs ⁊ in ſe indiuiſum: determinatur ꝑ vnū. Scđm
v͛o ꝙ conſideratur aliquod ens cōꝑatum ad aliđ ſm
diſtinctionem: determinatur per verum. verum enī eſt
quo res habet diſcerni. Scđm v͛o ꝙ conſideratur com
paratum ad aliud ſm conuenientiam ſiue ordinem: de
terminatur per bonum. bonum enim eſt ex quo res ha
bet ordinari. ¶ Item ſm ꝙ eſſe rerum cōꝑatur in re
latione ad cauſam diuinam: ſimili modo triplicatur
determinatio. Cauſa enim diuina eſt cauſa in triplici
genere cauſe: efficiens: formalis vt exemplar: finalis.
que quidem cauſalitas cum ſit cōmunis eternitati ap
propriatur vt cauſa efficiens patri: exemplaris filio:
finalis ſpirituiſancto. Scđꝫ hoc eſſe in creatura quod
fluit a cauſa triplicem ſortitur impreſſionem. vt in cō-
formationem ad cauſaꝫ. Impreſſio ergo diſpoſitiōis
in eſſe creature ſm quam ſit in conformitate ad effici-
entem cauſaꝫ eſt vnitas. vt ſicut efficiens cauſa eſt vna
indiuiſa multiplicata in qualibet creatura: ſic vt ſi-
bi impoſſibile eſt eſſe indiuiſum. Iteꝫ impreſſio diſpo
ſitionis ſm quam ſit in conformitate ad cauſam for-
malem exemplarem eſt veritas. vt ſicut cauſa exempla
ris eſt ars prima veritatis: ſic creatura ſm ꝙ ſibi poſ-
ſibile eſt: ſit in imitatione artis. ⁊ hoc eſt habere veri-
tatem. prima impreſſio ſm quam ſit in conformitate
ad cauſam finalem eſt bonum. vt ſicut cauſa finalis eſt
ſumma bonitas: ſic cuilibet creature ſit inclinatio ⁊
conformitas ad ſummam bonitatem. ⁊ hec eſt creatu-
re bonitas. vnitas ergo eſſe creature monſtrat vnita-
tem efficientis: veritas veritatem exemplaris: boni-
tas bonitatem finis. ¶ Item per comparationem ad
animam triplicatur eadem determinatio. Nam eſſe
rerum tripliciter comparatur ad animam. videlicꝫ vt
res ordinentur in memoria: percipiantur intelligen-
tia: diligantur voluntate. Eſt igit̄ in ente quolibet a
cauſa efficiente vnitas per quam ordinetur ī memoria
⁊ ſeruetur. memoria enim ea que retinet ſm aliquam

coordinationeꝫ relationis ad vnum ⁊ diſcretioneꝫ cõ-
ponit. Item a cauſa exemplari eſt veritas in quolibet
ente per quam percipiatur ab intelligentia. Itē a cau
ſa finali eſt bonitas per quam diligatur vel approbe-
tur voluntate. ¶ Ad primo queſitum: an vnum addat
ſm differentiam ad ens. Dico ꝙ ſic. ⁊ hec additio eſt
determinatio eſſe rei vt ſe habet abſolute ⁊ vt in cõfor
mitate ad primum efficiens ⁊ ordinabile in memoria
quod non importatur per intentioneꝫ entis: ſed expri
mitur per intentioneꝫ vnius. ¶ Ad illud quod primo
obijcit. ꝙ illa determinatio coartabit ens. Dicendum
ꝙ eſt coartatio dupliciter. q̃tum ad rationeꝫ intelligē
di ⁊ q̃tum ad ambitum ſuppoſitorum qui conſequitur
actum exiſtendi. Dicendum ergo ꝙ addita determina
tio vnitatis ad ens: coartat ipſum quo ad rationeꝫ in-
telligendi. Cum enim dico vnuꝫ: non intelligitur ens
ſub quacunqꝫ ratione: ſed determinata tali que eſt ra-
tio indiuiſionis. Q̃tum vo ad ambituꝫ ſuppoſitorum
non coartat: quia non exiſtit aliquod ens quod nõ p-
ticipet vnitateꝫ. ſicut dicit beatus Dyoni. ſicut omis
numerus vnitatem participat ⁊ vnus binarius ⁊ de-
narius dicitur. ⁊ dimidium vnum ⁊ decimum vnū: ſic
omnia ⁊ omniū omnis particula vno participat: ⁊ ta
men eſſe vnum ſunt omnia entia. Et ſi obijceretur. ergo
ſub intentione vnius continebat multa. verum eſt ſm
ꝙ vnum cõmuniter accipitur: ⁊ multa ponunt actum
exiſtendi. actum enim exiſtendi habent ex concluſione
ad vnum. ſm autem ꝙ intentio vniꝰ coartatur ad vnū
ſimpliciter: ſic eſt in differentia oppoſita ad multa.
¶ Ad ſecundum quod obijcitur. ꝙ pro eodem accipi-
untur vnum ⁊ ens in veſtigio trinitatis. concedendū:
non tamen ex hoc ſequitur ꝙ non differat intentio vni-
us ab intentione alterius. Nam quia ens aliquod nõ
accipitur a meo intellectu niſi cointellecta in diuiſio-
ne. inde eſt ꝙ pro eodem accipiuntur. cum tamen indi
ſtinctio non importetur per ens ſed per vnum. Nõ ſic
autem eſt de intentione veri ⁊ boni. noſter enim intel-
lectus accipit ens non cointellecto bono. Similit̄ q̃n-
tum eſt ex parte rei niſi illud perhiberet ratio intelli-
gendi: que non poteſt intelligi niſi veruꝫ acciperet ens
non cointellecto vero. ¶ Ad illud quo querit circa dif
ferentiam vnius ad verum: patet ex dictis differentia.
¶ Ad aliud quod obijcit ꝙ per ſe tam vnum q̃ verum
diſtinguunt. Dicendum ꝙ eſt diſcretio ſm quam ſepa
tur res a re in eſſe. ⁊ eſt diſcretio ſm quam ſeparatur
res a re vt habet eſſe cognoſcibile. Diſcernitur autem
res a re inq̃tum eſt: ⁊ inq̃tum cognoſcibilis eſt. primā
diſcretionem efficit per ſe vnitas: ſecundam vo veri-
tas. ¶ Ad aliud vo dicenduꝫ. ſm ꝙ poſuerunt plures
indiuiſio cadit in ratione vnius ⁊ veri ⁊ boni. ſed indi
uiſio in ratõne vnius eſt indiuiſio entis. vnde vnuꝫ eſt
ens indiuiſum. In ratione veri indiuiſio eſſe: quia ve
rum eſt indiuiſio eſſe. ⁊ quod eſt in ratione boni indi-
uiſio complementi a potentia que eſt nata compleri cū
attingit ſuo fini. vnde bonitas ē indiuiſio actus a po-
tentia: ⁊ actus dicitur perfectio ſiue complementum.
Eſt enim indiuiſio principiorum vt conſtituunt reꝫ in
eſſe ſimpliciter. ⁊ ab illa eſt vnitas in rebus. ⁊ eſt indi-
uiſio ſm ꝙ conſtituunt illam in eſſe cognoſcibili. ⁊ ab
hac eſt veritas. ⁊ eſt indiuiſio principiorum vt conſti-
tuunt rem in ordine ad ſuum finem: ⁊ ſic ab illa eſt bo-
nitas. ¶ Ad tercio queſitum circa compationem vniꝰ
ad bonum dicendum. ꝙ ille intentiones. vnum. verū.
bonum ſe coincidunt. ⁊ inde eſt ꝙ alie rationes indu-
unt rationem cauſe finalis: ⁊ ita ratione boni. Vnde
verum non appetitur niſi quia bonum. vnum vo ſimi-
liter non appetitur niſi quia bonum. nec bonuꝫ niſi in-
q̃tum bonum. Similiter inq̃tum apprehenduntur in-
tellectu: induunt rationem numeri. non enim intelli-
gitur bonum niſi inq̃tum verum. nec vnum niſi inq̃-
tum verum. nec verum niſi inq̃tum verum. Similiter
inq̃tum ordinantur in memoria induūt rationem vni-
us. non enim ordinatur bonuꝫ in memoria niſi vt vnū
nec verum niſi vt vnum. nec vnum niſi vt vnum. Dicen
dum ergo ſm hoc. ꝙ deſideratur non ratione propria
principaliter: ſed ratione boni quam induit. nihil enī
deſideratur niſi vt bonum. ¶ Ad quarto queſitum de
ordine dicendum. ꝙ naturaliter ens precedit intentio
nem vnius. ⁊ intentio vnius intentioneꝫ veri ⁊ boni.
abſolutior enim eſt intentio entis intentione vnius: ſi-
cut oſtenſuꝫ eſt. ⁊ abſolutior intentio vnius que eſt en
tis inq̃tum conſideratur abſolutum: q̃ intentione ve-
ri ⁊ boni que ſunt entis compati. Item intentio veri
abſolutior eſt intentione boni. ſicut eſſe rei conſidera-
tum ſine ſua vtilitate vel ordine: ⁊ eſſe rei cum ſua vti-
litate ⁊ ordine. ¶ Ad illud quod obijcit. ꝙ vnitas eſt
cauſa entitatis. Dicendum ꝙ faciendo compationem
ad idem ſemper entitas precedit vnitatem. ſed facien-
do compationem ad diuerſa: contingit ꝙ vnitas prece-
dit entitatem. vt vnitas in principijs ex quibus eſt res
precedit entitatem compoſiti. Referendo verū ad ideꝫ
entitas in principijs precedit vnitatem in principijs:
entitas in compoſito vnitateꝫ in compoſito.

## Mēbrum tercium

Onſequenter querendum eſſet vnde cau
ſetur vnitas ⁊ multitudo in rebus: ſed
iſtud reſeruabimus inquirendum cum
queretur de conditione rerum. Nunc au
tem querendum eſt de differentijs vnitatis ⁊ vnius.
Aſſignant autem multis modis differentiam vnius.
Scdm beatum Dyoniſium in libro de diuinis nomi-
nibus hoc modo. dicit enim: cauſa omniū non eſt vnū
vt vnum multorum: ſed ante omne vnum ⁊ multitudi-
nem. ⁊ omnis vnius ⁊ multitudinis terminatiuū. Nõ
enim eſt multitudo que non participet alicubi vnum.
ſed quod eſt multa partibus: vnū eſt toto. quod ē mul-
ta accidentibꝫ: vnuꝫ eſt ſubiecto. quod eſt multa nume
ro: vnum ſpecie. quod eſt multa ſpeciebꝫ: vnuꝫ genere.
quod eſt multa pceſſibus: vnuꝫ principio. Ecce ꝙ po-
nit ſex differentias vnius. vnū ſicut eſt in cauſa quod ē
deꝰ. ⁊ hoc eſt vnū n̄ in multis: ⁊ vnū qđ eſt in creatura
qđ eſt vnū in multitudine. ⁊ hoc quinqꝫ modis. vnum
toto. vnū ſubiecto. vnū ſpecie. vnū genere. vnum princi
pio. ¶ Iteꝫ alio modo beatus Bern. in q̄nto li. de cõ
ſideratione ad eugeniū. Eſt vnitas collectiua: vt m̄lti
lapides faciūt aceruum vnū. ⁊ eſt vnitas conſtitutiua
vt membra multa vnū corpus. vel multe ptes vnūq̃dqꝫ
totū cõſtituūt. Et eſt vnitas cõiugatiua: qua fit vt duo
iaꝫ nõ duo ſint ſed vna caro. Et eſt vnitas natiua: qua
aīa ⁊ caro vnꝰ naſcit̄ homo. Et eſt vnitas poteſtatiua
qua homo virtutis nõ inſtabilis nõ diſſimilis: ſ; vnus
ſibimet ſemp nitit̄ inueniri. Et eſt vnitas conſentanea
cū per caritateꝫ multoꝝ hoim eſt cor vnum ⁊ aīa vna.
act. iiij. Et eſt vnitas votiua cū aīa votis oībꝫ adherēs
deo vnus ſpūs eſt. j. coꝝ. vj. Et eſt vnitas dignatiua: q̄
limus noſter a dei verbo in vnā aſſumptus eſt pſonā.
Et eſt vnitas ſubſtantifica: que eſt vnitas trinitatis q̄
tres perſone ſunt vna ſubſtantia. ¶ Item philoſophi
alio modo aſſignant differentias vnitatis. Auicenna
in metaphyſica ſua. vnum dicitur ambigue de rebus:
que in hoc conueniunt ꝙ in eis non eſt diuiſio in effe-
ctu: inq̃tum vnūquodqꝫ eorum eſt id quod eſt. hec au
tem intentio eſt in eis ſm prius ⁊ poſterius. Dicitur
ergo vnum ſm accidens: ⁊ ſm eſſentiam. Vnde ſm ac-
cidens dicitur tribus modis. Vno modo: quia vnum
accidit alicubi. vt album ſorti. Alio modo: quia duo
accidunt vni. vt grammaticum ⁊ muſicum Platoni.
Tercio modo: quia duobus accidit vnum. ſcilicet
albedo Sorti ⁊ Platoni. ¶ Item vnum per eſſen-

tiam dicitur multis modis. vnum genere. vnum ſpecie
vnū cōparatōe. vnū ſubſtātie. vnū nūero. Et poſtmoduꝫ
ſubdiuidit vnū genere. Aliqñ in genere ꝓpinquo. vt hō
aſinus vnū in aīmali. Aliqñ in genere remoto. vt homo
et aſinus vnū in ſubſtātia. ¶ Itē vnū in ſpecie dupliciṫ
aliqñ in ꝓpinqua ſpecie. vt ſor. ⁊ plato in aīmali. ¶ Iteꝫ
vnū ſm cōparatōem declaraṫ ab eo ſic. vnū eñ cōparati
one eſt inter que ē cōparatio aliqua vna. vt cōparatō na
uis ad rectorē. et ciuitatis ad regē vna eſt. he eñ due cō
paratōes conſiḿes ſunt: nec eſt eaꝝ vnitio ꝑ accidēs. ¶ Itē
vnuꝫ ſubiecto cuiꝰ ꝑtes ſm naṫam ſpēi vt multe habent
vniri in vnū ſubiectū: et diuiſam retinēt naturā ſpeciei.
vt multe aque dicūṫ vnū in ſubiecto. qr naṫa ſuoꝝ ſubie
ctoꝝ ē vt poſſit vniri et fieri vnū ſubiecto: vt multe aque
vna aqua. Et inde eſt ꝙ aggregatio multitudinis nō eſt
vnū ſubiecto. ¶ Item naṫa ꝑtiū ſunt eedeꝫ ī ſpecie cū to
to. ſic ꝑtes aque. ſunt aq̄. nō aṫ ſic ē in ꝑtibꝫ vniꝰ homīs
¶ Item vnū nūero ſubdiuidiṫ. aliqñ ē vnuꝫ numero cō
tinuatōne. aliqñ ꝑfectōe. aliqñ ꝑ ſuā ſpēm. aliqñ ꝑ ſuaꝫ
eēntiam. ¶ Item vnū ꝯtinuatōe multipliciṫ. Aut qḋ ſen
titur ſm vnū modū vt in lineis. illa in qua nō eſt angu
lus. et in ſupficiebꝫ illa que eſt planiſſima. et in corpibꝫ
illud qḋ circūdat ſupficies in qua nō eſt curuatura ſm
angulū vt ſpericū. Aut ſentiṫ ſm diſpoſitōem differētē.
licꝫ duo extrema ꝯplenṫ ad ꝯmunē ṫminū. ſic totalitas
duaꝝ lineaꝝ cōtinētiū angulū. Aut ſentiṫ ſm differēteꝫ
naturā licet habeāt vnā coherētiā. ſic mēbra que ſūt cō
poſita ex alijs mēbris. et hoc vel naturaliṫ vel artificiali
ter. Naturaliter vt ī corpe hoīs. artificialiṫ vt ī archa.
prima vnitas maior eſt ſcđa et ſcđa tercia. ¶ Iteꝫ nota
ꝙ vnū cōtinuatōe eſt duobꝫ modis. quātitate et natura
aut quātitate tm̄. Quātitate et naṫa cuiꝰ quantitas nec
natura diuiditur. et hec ſunt vnuꝫ ſubiecto: vt hec aqua
vel ille aer. vnū vō quātitate tm̄ cuiꝰ quātitas nō multi
plicaṫ licet natura. vt vnitas manus. Hec ergo dicunṫ
vnum numero ꝑ cōtinuatōem. ¶ Item vnū numero ſm
ꝑfectionē eſt. cuiꝰ ꝑtes nō multiplicātur ſm naturā ſue
ſpeciei. quēadmodū vnus homo numero nō multiplicaṫ
ſm ſuā naturā ſcꝫ ſm qḋ eſt homo cū diuiditur mltipli
catur. aut alio mō cum diuiditur corpꝰ et aīa quoꝝ neu
trū eſt hō: et hoc modo eſt vnū numero ꝑfectōne ſiue to
talitate. nō aūt ſic eſt in eo qḋ eſt vnuꝫ numero et poteſt
multiplicari ſm naturā ſpeciei in ꝑtes ſicut vna aqua
in plures que etiam ꝯueniunt ī ſpecie aque. Indiuidua
ergo aqua eſt vna numero cōtinuatione. indiuiduus ho
mo vnum numero ꝑfectione. Simili modo angularis
figura erit vna numero cōtinuatione. circularis vō erit
vna numero ꝑfectione. ſi eñ ſit partita nō ꝑfecta. nō po
terit dici vnus circulus numero. ¶ Item vnuꝫ numero
ſm ſuam ſpeciem eſt quod non eſt diuiſibile aliquo mō
nec ex ſua natura: tamen habet additam aliquā naturā
preter vnitatem ſicut punctus. qui preter vnitatem ha
bet naturam ſitus: et non eſt diuiſibile aliquo mō. vni
tas eñ puncti eſt vnitas habens poſitionem. ¶ Itē vnū
numero per ſuaꝫ eſſentiā eſt. quod non eſt aliquo modo
diuiſibile et in quo non eſt natura alia. ſicut ipamet vni
tas que eſt principium numeri. cui ſi adiungitur aliqua
alia vnitas: iam earum coniunctio erit numerus. ⁊ hoc
modo vnum eſt quod non eſt diuiſibile nec re nec intelle
ctu. ¶ Item ſm areſtotilem in. v. metha. aſſignantur dif
ferentie vnum hoc modo. vnum ꝑ ſe: et vnum ꝑ accidēs
ſm tres modos ſicut prius ab Auicēna. ¶ Item vnum
ꝑ ſe multipliciter. vnū cōtinuatione ſicut lignum vel li
nea. conglutinatum membrum. vel ſicut motus qui nō
diuiditur ſm tempus. et vnum quorum ſubiectum non
diuiditur ſm formam. qḋ ab auicēna dicebaṫ vnum ſb
iecto: quemadmodum dicitur vnum. vinum ⁊ aq̄ ⁊ ole
um. ¶ Iteꝫ vnum genere. quorum genus eſt vnum et dif
ferunt per differentias ſubiectiuas. ſicut homo et equꝰ.
et vnū ſm illud qḋ intrat ſm vtriuſqꝫ rei diffinitōneꝫ vt.

augmentabile et diminuibile ſunt vnum: quia diffinitō
ſui generis eſt vnum. Et vnum modo ſimplici. vt quod
indiuiſibile eſt omnino vt punctus: et vnum modo vni
uerſali quod ſcilicet non diuiditur ſm ſpeciem ſuam. vt
vnum os et vnus homo. et hec dicuntur vnum in forma
vnum autem in forma ſunt quorū totalitas eſt vna ſm
quem modum dicitur linea circuli vna. magiſꝙ alie li
nee. et vnum numero quorum materia eſt vna. et vnum
ſm equalitatem quorum proportio eſt vna. ¶ Item ar
gazel in ſua methaphiſica alio modo diſtinguit. Eſt eñ
vnum ſimpliciter. et vnum ſm quid. Vnum ſimpliciter
tribus modis. Eſt eñ vnum in quo non eſt multitudo.
nec potentia nec actu: vt punctus vnus deus vnꝰ. Alio
modo vnum in quo non eſt multitudo in actu ſed in po
tentia. vt homogenium ſicut vna aqua vnus aer. Ter
cio modo eſt vnum in quo eſt potentia et actu multitu
do vt lectus vnus et membrum vnum per compoſitionē
partium. Vnum vō ſm quid multipliciter. genere. ſpe
cie. accidente. ſubiecto. proportione. ¶ Item alio modo
aſſignantur differentie vnius in li. de vnitate et vno hoc
modo. vnum aliud eſſentie ſimplicitate vnum vt deus.
¶ Aliud ſimplitium coniunctione vnuꝫ vt angelus et ani
ma. quorum vnumquodqꝫ eſt cōiunctione materie et for
me. et hoc ibi dicitur ſm opinionem: tamen ibi ſunt cō
ponentia quaſi materie et forme. Aliud continuitate: vt
arbor et petra. Aliud compoſitione vt ex multis tabu
lis vna archa. Aliud aggregatione. vt vnus populꝰ vnꝰ
grex et aceruus tritici. ¶ Alia dicuntur vnum proporti
one vt rector nauis: gubernator ciuitatis. vnum ſimili
tudine officij. ¶ Alia vnuꝫ accidente ſicut cignus ⁊ nix.
Vnum albedine. ¶ Alia vō dicūtur vnum numero. vt
diuerſa accidētia que vni ſubiecto inſunt dicūṫ vnū nu
mero. id eſt numerando: vt hoc dulce et hoc idem ceru
leū. ¶ Alia vō dicuntur vnum ratione. et hoc duobus
modis. vel ratione conſortij: vt intellectus et vocabuluꝫ
et res vnum ſunt genus. vel ratione vnius ſacramenti:
vt ſpiritus aqua et ſanguis dicitur vnū. ¶ Alia vō vnū
lingua natione. vt multi homines vna gens ⁊ vna tribꝰ
¶ Alia vō dicuntur vnum more. et hoc duobus modis.
quia aut ſm conſenſum virtutum et dilectionis: vt mul
titudinis credentium cor vnum. aut ſm conſenſum vicij.
vt qui adheret meretrici vnum corpus efficitur cum ea.
¶ Queritur ergo ratio diuerſarum aſſignantium. Re
ſponſio. Dicendum ꝙ ratio vnitatis diuerſificatur tri
bus modis. vno modo ſm ꝙ conſideratur vnitas in re
bus ſm fluxum rerum a cauſa a deo. Alio modo ſm re
ductionem vnitatis in rebus ad vnitatem in deo. Ter
cio modo diſcernendo vnitates rerum ſm ꝙ habent eſſe
res in natura ſiue in eſſe proprio. Scđm primum mo
dum aſſignat differētias beatꝰ dyoniſiꝰ. Scđm ſm mo
dum beatus bernardus. Scđm tercium modum philo
ſophi. ¶ Scđm ergo modum beati dyoniſij eſt intentio
hec. aut enim conſideratur vnitas in cauſa et ſm hoc eſt
vnitas nō in multitudine. et iſte ē primus modus. Aut
conſideratur vnitas in creatura. Aut igitur conſidera
tur vnitas in creatura ſm vnitatem cauſe. et ſm hoc cre
ature que habent diuerſos progreſſus eſſendi dicuntur
vnum principio. et ab hac vnitate dicitur vniuerſitas
vna. Aut ſm vniuerſitatem forme: et iſtud variatur. nā
eſt forma generalis ſm quam dicuntur multe ſpecies
vnum in genere. Aut eſt forma ſm quam dicuntur mul
ta ſingularia vnuꝫ ſpecie. Alia eſt forma ſingularis ſm
quam dicitur vnum numero duobus modis. vnum to
to: vnum ſubiecto. vnum toto referendo ad fieri et ad ꝑ
tes ex quibus fit. vnum ſubiecto: referendo ad factum
eſſe et ad diſpoſitiones que accidūt rei poſtꝙ̄ eſt. hec igi
tur aſſignatio eſt ſm beatum dyoniſium. ¶ Scđm au
tem beatum bernardum. cuius eſt intentio referre om
nes vnitates ad vnitatem primam ſm propinquius:
cuius intentio eſt. primo enim confert vnitates ſm ꝙ

inueniūt̄ i corꝑe. Scđo vo ɔſert vnitates ſm ꝙ iueni
unt̄ i hoie. Tercō mō ſm ꝙ iueniūt̄ i deo. Scđm ꝙ
iueniūt̄ i corꝑe: ē vnitas collectiua. q̄ ē vnitas ſm qđ
et ɔtinuatiua q̄ ē vnitas ſimplicit̄. Itē ſm ꝙ iuenit̄ i
hoie poit̄ vitatē tribꝫ moīs. Iure. nat̄a. volūtate. vni
tatē iure vocat vnitatē ɔiugatiuā. ɔiuges ei vnitate iu
ris ſūt vna caro. qꝛ iure ɔiugali caro vniꝰ cedit ī iure
alteriꝰ. ¶ Itē vnitatē nat̄a poit̄ duplicē q̄tū ad eē q̄ vo
cat̄ natiua: q̄ ſcꝫ caro ⁊ aīa naſcit̄ vnꝰ hō. ⁊ q̄tum ad
bn̄ eē q̄ vocat̄ ꝑt̄atiua: q̄ hō ē v̄tutis n̄ inſtabil̄ ſ vnꝰ
ſemꝑ nitit̄ īueniri. ¶ Item vnitatē volūtatū poit̄ du
plicē. ꝑ relatōꝫ ad ꝓximū quā vocat ɔſentaneā: cū ꝑ
caritatē multoꝝ hoīm ē aīa vna. ⁊ ꝑ relatiōeꝫ ad deū
quā vocat natiuā: cū aīa dō adherēs vnꝰ ſpūs ē. ¶ Itē
vnitatē cū deo ɔſiderat duplicit̄ ꝑſonalē et ſubſtātia-
lem. In ꝑſonali cōſiderat tres naturas et ex tēpore.
vt in xp̄o tres nature ī vna ꝑſona corpꝰ et aīa et dīna
nat̄a. In ſbſtātiali ɔſiderat tres ꝑſonas ab eterno in
vna ſbā et nat̄a. ¶ Scđꝫ at̄ auicēnā q ſeq̄t areſtotilē
differentie vnius aſſignant̄ hoc mō. nam nō accipit̄
vnum in rerum natura niſi aut per ſe aut per accidēs
Si per accidens: non poteſt eſſe niſi tribus modis.
Aut quia duo accidunt vni. aut vnum accidit duobꝫ
aut vnum accidit vni: et hec eſt ſua intentio. ¶ Item
ſi eſt vnum per ſe. aut eſt vnuꝫ numero: aut multa nu
mero. Si eſt vnum numero: aut diuiſibile aut indiui
ſibile. Si diuiſibile eſt homogeneum. hoc eſt vniꝰ na-
ture in toto et in parte et tunc erit vnum numero con
tinuatōe vt vna aqua Aut etherogeneū. hoc ē diuer-
ſarum naturarum. et tunc eſt vnum numero perfecti
one: vt vna manus et quodlibet membrum diſſimiliū
partium. Si indiuiſibile. aut ergo abſolutum ab om
ni alia natura vnitati addita. et ſic ē vnitas ſm eēn-
tiam que eſt principium numeri ſm quem modum di
citur vnitas in deo. Aut ē habēs aliam naturam ad-
ditam vnitati ſm quem moduꝫ dicitur punctus vnꝰ
quia vnitati puncti additur natura ſitus et poſitōis
Aut non eſt habens aliam naturam additam vnita
ti ſm quem modum diceretur vnitas in anima et in
angelo. et hoc modo diceretur vnum numero ſm ſu-
am ſpeciem. Eſt igitur vnum numero quattuor mo-
dis. continuitate. perfectione. ſm eſſentiam. ſm ſpeci
ciem. ¶ Item ſi ſit vnum per ſe et multa numero. hoc
non eſt niſi propter conuenientiam quam habent in
intentione aliqua. Conuenientia autem non eſt niſi
tribus modis. Aut enim eſt cōueniētia comparatio
nis: quo modo dicitur vnum comparatione. Aut eſt
conuenientia in ſubiecto: quo modo dicitur vnum in
ſubiecto. Aut eſt conueniētia in p̄dicato: predicatuꝫ
autem quod eſt per ſe. aut eſt genus aut eſt ſpecies. ⁊
ſm hoc eſt vnum genere vnum ſpecie. hec ergo eſt ra-
tio diuerſarum aſſignationis vnitatis ſm Auicennā
ſm differētias eius quod eſt per ſe: et eius quod eſt
per accidens. ſm quem etiā modum aſſignantur dif-
ferentie prime in aſſignatōne areſtotilis: ɔſeq̄ntes vo
variant̄ ſic̄ pꝫ diligent̄ ɔſiderāti. Differētie vo Arga
zelis aſſignāt̄ ſm dr̄as eiꝰ qđ ē ſimplicit̄: ⁊ eiꝰ quod ē
ſm quid. ſicut patꝫ diligenter intuenti.

## Membrum quintum

Reſtat querere q̄tum ad intelligentiam
plenam vnius: de oppoſitione vnius ad
multa. et cum multitudo omnis conſtet
ex vnitatibus. non erit oppoſitio inter
vnum et multa: cum eſſe multitudinis ſit ex vnitati-
bus. ¶ Item nō poteſt poni oppoſitio contrarietatis.
cum natura contrariorum ſit: vt cum vnum venit in
ſubiectum deſtruat alterum. vnum autem non deſtru
it multum cum ponitur in ſubiecto quod erat mul-
titudinis. ¶ Item ad cognitionem contrariorum nō
ſufficit vt ſit vnū ſbiectū et ꝙ ſibi ſuccedāt ſ oportet
ꝙ nl̄le refugiētes a ſe ⁊ ml̄tū diſtātes. ¶ Nō ſic at̄ ē int̄
vnū et ml̄ta cū ſint nat̄e ɔueniētes. ¶ Iteꝫ nō pt̄ poni
ꝙ ſit oppoſtioī ſicut priuatōis et habitꝰ. nā vnitas ē
in multitudine vt conſtituens eam. Si ergo ponatur
multitudo priuatio bonitatis ſic habitus erit priua-
tio compoſita ex habitibus quod nunq̄ cōtingit. Si
militer ſi poneretur habitus multitudo et vnitas pri
uatio. erit priuatio compoſita ex ſuis habitibus qđ
eſt inconuenientiſſimum. ¶ Item nec poteſt poni op-
poſitio relatiua. nam ſi multitudo eſſet correlatiuum
vnitatis: ſequeretur ꝙ ſicut vnitas multitudinis re-
ſpectu vnitatis dicit̄: ſic quidditas vnitatis inq̄tum
eſt vnitas diceretur reſpectu multitudinis. et ſm cō-
ditionem conuerſionis relatiuorum. et eſſent coeq̄ua
in eſſe. inquantum ſcilicet hec eſt vnitas: et illa mul-
titudo. impoſſibile ergo eſſet vnitatem intelligi ⁊ eſſe
ſine multitudine. Relinquitur ergo ꝙ non eſt oppoſi
tio relatiua. nec conſtat contradictoria et hoc eſt ſm
affirmationem et negationem. ergo nullo genere op-
poſitionis. ¶ Item multum opponitur ei quod ē pau
cum. ſed paucum non dicitur vnum ſm quod eſt in
numero pauco. relinquitur ergo ꝙ multum non oppo
nitur ei quod eſt vnum. ¶ Contra. prima entis diui
ſio eſt in vnum et multa. omnis enim diuiſio eſt ſm
oppoſitas differentias. ¶ Reſponſio. multitudo di-
citur duobus modis. Eſt enim multitudo abſoluta
que ponit pluralitatem ſed non exceſſum. et hoc mo-
do multitudo eſt oppoſita vnitati. non appoſitione q̄
ſit aliqua illaruꝫ quattuor: ſed oppoſitione diſparati
onis qua aliquid quod eſt de principio: opponitur ſu
is principijs ex quibus perficitur. et hoc dicit beatꝰ
dyoniſius. ꝙ nō eſt ml̄titudo que nō ꝑticipet. immo
alio mō dicit pluralitatē excedentē: et ſm hoc multi-
tudo opponitur paucitati oppoſitione relatōis. ſ pau
citas dicitur reſpectu ꝑui numeri et multitudo reſpe
ctu magni ſiue excedētis. hec ergo p̄ter intentōꝫ prin
cipalem inquiſita ſunt ad intelligētiā ſequētium.

## Queſtio. xiiij. de vnitate diuine eſſentie ſpecialiter.

Conſequenter vo
qđ ē p̄cipalis ꝓpoſiti de vnitate di-
uine eēntie q̄rēda ſunt. ¶ Primo An
dīna vnitas ſecū patiat̄ pl̄alitatem.
Habito ꝙ ſic: q̄rit̄ ſcđo. An ɔpatia-
tur ſecū pl̄alitatē nat̄aꝝ. Tercō an ɔpatiat̄ ſecū pl̄a-
litatē p̄cipioꝝ. Probato ꝙ n̄ querit̄ q̄rto. An ɔpati
atur ſecū pl̄alitatē ydeaꝝ. Dato ꝙ ſic q̄rit̄ q̄nto. An
ɔpatiat̄ pl̄itatē ꝑſonaꝝ. vltio q̄rit̄ de ɔformitate alia
rum vnitatum ad diuinam.

## Membrum primum

Primo q̄rit̄ de vnitate dīne eēntie. an cō
patiat̄ ſecū pl̄alitatem. Ad qđ ſic. dīna
boītas ē q̄ maior excogitari n̄ pt̄. ḡ ⁊ tā
ta ē dīna vnitas ꝙ maior cogitari n̄ pt̄:
ḡ ipā ē vnitas ī termino vnitatis. Sꝫ vnitas q̄ maior
ē et in termīo vnitatis. abſoluit̄ ab oī pl̄itate: ḡ ſecuꝫ
nō ɔpatit̄ aliquā pl̄alitatē. ¶ Iteꝫ ſup illđ eph̄. iij. vt
poſſitis ɔphendē ⁊c̄. dic̄ Bern̄. cū videbimꝰ deū facie
ad facie nō diſſiliet aīa in ſuā pl̄alitatē ſ cōgregabit
ſenſiuā vnitatē. Si ergo ad h̄ ꝙ aīma ɔgreget̄ ī deū.
oportꝫ ꝙ ɔgreget̄ i ſuā vnitatē: ml̄to magis dīna eēn
tia abſtrahet̄ ab oī pl̄alitate ⁊ erit oīmoda vnitate et
ita dīnū eē n̄ ɔpatit̄ ſecū pl̄alitatem. ¶ Rēt cōis aīmi
conceptio eſt. ꝙ in vnitate eſt perfectio. in multitu-
dine imꝑfectio. vnde nos videmꝰ ī corꝑalibꝫ ꝙ nobi
liora ſunt corpora quorum ſpecies in vno ſolo ſaluat̄

ſicut corpora celeſtia.et inde eſt ꝙ ſunt incorruptibi-
lia.ſed non alia quorꝫ ſpẽs plura requirit in quibus
habeat ꝑfectionem.ſed qđ nobilius eſt:deo attribuē-
dum eſt.et etiã ſpecies diuĩa maxĩe ꝑfecta ē.ergo ipã
eſt in vno ſolo ſingulari:ſiue vna ſola ꝑſona abſqꝫ om
ni pluralitate.¶ Item vanũ eſt ponere multitudinem
vbi natura perfectam habet vnitatem.ſed poſita vni
tate.diuina in vno idem habetur. ſcilicet ſumma po
tentia. ſumma felicitas ⁊c̃. ergo vnitas diuini eſſe
eſt ſolum in vno.¶ Item omnis multitudo et plura-
litas reducibilis eſt ad aliquã vnitatem.ſed ſi ponit̃
in diuino eē pluralitas.nõ eſt reducibilis ad aliquã
vnitatẽ.qꝛ nec ad vnitatẽ nature nec ad vnitatẽ ꝑſone
ergo in diuino eſſe nullo modo poteſt eſſe pluralitas
¶ Minor patet.cõſtat ꝙ illa pluralitas ſi eſſet in deo:
nõ eſſet pluralitas nature:ſed ad vnitatem nature ñ
reducit̃ niſi pluralitas nature. ergo illa pluralitas
non reducitur ad vnitatem nature. Similiter nec ad
vnitatem ꝑſone:qꝛ vnitas ꝑſone nulla cõmunis eſt il
lis pluribus.¶ Item vnitas ⁊ pluralitas ex oppoſito
cõdiuidunt ens.ſi ergo vnitati per ſe inquãtũ huiuſ-
modi attribuitur ꝑmanentia et conſiſtentia ipſius eē
ergo multiplicationi et pluralitati attribuitur oppo
ſitum:videlicet corruptio et deſitio ipſius eſſe. Qꝛ au
tem vnitati attribuatur permanentia et conſiſtentia
ipſius eſſe:patet per Boecium in libro de conſolati-
one.omne quod eſt.tamdiu manet atqꝫ conſiſtit:ꝙ̄-
diu vnum eſt.ſed neceſſe eſt interire atꝫ diſſolui cum
vnum eſſe deſierit. Si ergo a diuino eſſe relegata eſt
oĩno deſitio eſſe.ergo et omnis pluralitas relegata ē
ab ipſo. ¶ Contra. virtuoſior eſt vnitas que poteſt eē
eadem in pluribus nõ multiplicata. ꝙ̄ illa que non
poteſt eſſe niſi in vno ſolo:quia iſta coartatur.illa nõ.
ſed vnitas diuini eſſe eſt cui nihil deeſt de neceſſitate:
ergo ipã eſt vnitas in pluribꝰ non multiplicitas. eſt
ergo in pluribus ipſam habentibus ſcꝫ in patre in fi-
lio et in ſpiritu ſancto.¶ Item ſuppoſita hac propoſi
tione per ſe nota.ꝙ eſſe diuinum eſt ſummum atꝫ ꝑfe
ctum bonum. Item ſuppoſito ꝙ perfectio boni conſi
ſtit in cõmunione. Tercia ſuppoſitio eſt. ꝙ cõmunio
non eſt eiuſdem ad ſe ſed vnius ad alterum. Ex his
ergo neceſſario relinquitur.ꝙ ponẽda eſt pluralitas
cum eſſe diuino.quia vbicunqꝫ eſt ponere cõmunio-
nem boni vnius ad alterum:neceſſe eſt ponere plura
litatem.quia ibi eſt ponere alterum et alterum vł ali
um et alium. Sed in deo eſt ponere ſummum bonum
ſicut patet ꝑ primam ꝓpoſitionem.et cõmunionẽ bo-
ni ſicut patet per ſecundam.quia aliter nõ eſſet bonũ
perfectum:et vnius ad alterum ſicut patet ꝑ terciaꝫ.
ergo in eſſe diuino eſt ponere pluralitatem. Tercia
eſt ratio Richardi per rationem caritatis ſuppoſitis
tribus ꝓpoſitionibus per ſe notis. Prima eſt ꝙ vbi
eſt ſumma bonitas:non poteſt deeſſe ſumma caritas
Secunda eſt ꝙ ſumma caritas non eſt amor priuatꝰ
ſed cõmunis:quia ſic eſſet diminutus. Tercia eſt ꝙ
amor cõmunis non priuatus eſt amor currens in al-
terum.iuxta quod dicit Rich.in libro de trini. quia
oportet vt amor in alterum tendat vt caritas eē que-
at.nullus enim pro priuato ⁊ proprio ipſius ſui amo
re dicitur proprietatem habere. Ubi autẽ totius bo
nitatis plenitudo eſt:vera et ſumma caritas deeē nõ
poteſt.nihil enim caritate melius nihil caritate per-
fectius. Ex his ſequitur.ꝙ in diuino eſſe ſit plurali-
tas.quia in deo eſt ſumma bonitas.ergo in ipſo non
deeſt ſumma caritas ſicut patet per primam propoſi
tionem.ergo in ipſo eſt amor cõmunis.currens in al
terum:quod patet per ſecundam et terciam propoſi-
tionem.quia in deo eſt alter et alter ſiue alius ⁊ aliꝰ.
relinquitur ergo ꝙ in diuino eſſe ē pluralitas.¶ Idẽ
oſtendit Richardus de ſancto victo.ꝙ illa caritas vł
amor non erit in aliquid extra deum quod ſit creatũ
dicens.ſummam caritatem erga perſonam creatam
habere non poſſet.inordinata enim caritas eſſet ſi ſũ
me diligeret et ſumme diligendus non eſſet.vt autem
caritas ſumma et ſumme perfecta ſit: oportet vt ſit:
tanta vt maior eſſe non poſſit et talis qua non poſſit
eſſe melior.ꝙ̄diu autem quis nullum alium ꝙ̄ ſeipſũ
diligit.ille quem erga ſe habet priuatus conuincit:
quoniam ſummum caritatis gradum nondum appre-
hendit.ſed ꝑſona diuĩa ꝑfectõꝫ nõ haberet ꝙ̄ vt ſe-
ipaꝫ diligẽt:ſi condignã ꝑſonã oĩno non haberet.di-
uine autem perſone condigna non eſſet perſona que
deus non eſſet.vt ergo in illa diuinitatis natura ple-
nitudo caritatis poſſit locum habere: oportet diui-
nam aliquam perſonam perſone condigne caritateꝫ
ſuam communicare: et eo ipſo conſortio non care-
re.¶ Idem Richardus in libro de trinitate. arguit
iſtud per rationem beatitudinis ſuppoſitis tribus
propoſitionibus per ſe notis. Prima eſt.ꝙ in deo ſit
ſumma beatitudo. Secunda ꝙ vbi eſt ſumma beati-
tudo:ibi eſt iocundiſſima poſſeſſio. Tercia eſt ꝙ nul
lius rei ſine conſortio iocunda eſt poſſeſſio. Ex his
igitur relinquitur.ꝙ in diuino eſſe eſt ponere conſor
tium plurium.quia in ipſo eſt ſumma beatitudo. er-
go ⁊ iocũdiſſima poſſeſſio:ergo ⁊ iocunditas pluriũ.
Relinquitur ergo ꝙ in ipſo eſt pluralitas et iocun-
diſſima beatitudo poſſidentium.¶ Item alio modo
ſuppoſito ꝙ eſſe diuinum ſit eſſe perfectiſſimum. ſed
eſſe in multis non de multis eſt eſſe perfectiſſimum.
ergo eſſe diuinum eſt tale eſſe. quod eſt vnum in mul
tis non de multis manifeſtatio medie eſt.naꝫ eſt eſſe
vniuerſalis et eſſe ſingularis. Eſſe autem vniuerſał
eſt eſſe in multis et de multis.vt eſſe hominis eſt eſſe
in multis ſingularibus.et de illis.quia non eſt totuꝫ
eſſe quod ſint illa.homo enim non dicit totum eē iſti
us hominis.in iſto enim homine eſt eſſe quantitatis
et eſſe qualitatis et huiuſmodi:que non dicit eſſe ho-
minis.propterea eſt de eſſe:non totum quod eſt eſſe il
lius.et ideo de illo:non vt illud.eſſe ỏo ſingularis eſt
econtrario eſſe non in multis nec de multis immo eē
in vno et eſſe illud vnum non de illo.conſtans autem
eſt ꝙ nobilius eſt eſſe in multis ꝙ̄ eſſe in vno. ſed qđ
eſt nobiliſſimum eſt deo tribuendum:ergo tale erit eſ
ſe diuinum.ſcilicet quod habebit eſſe in multis non
in vno ſolo.¶ Item nobilius et perfectius eſt eſſe nõ
de multis ꝙ̄ ꝙ eſſe de multis.quia ꝙ dico partem di-
co non totum. Cum ergo quod eſt perfectiſſimum ſit
deo tribuendum:eſſe diuinum eſt eſſe tale quod eſt in
multis non de multis.immo vnum et totum eſſe illo-
rum.ex hoc patet ꝙ eſſe diuinum non eſt vniuerſale
vel ſingulare.ſed habens aliquid de vtroqꝫ. Ex hoc
relinquitur ꝙ in deo eſt pluralitas.¶ Item virtuoſi-
us ē et nobiliꝰ quod poteſt eſſe in multis ꝙ̄ quod po
teſt eſſe in vno ſolo. Et hinc eſt ꝙ nobilius eſt eē vni-
uerſalis ꝙ̄ eſſe ſingularis.¶ Item nobilius eſt eſſe
vnum in multis non multiplicatum in illis ſed ma-
nens omnino idem ꝙ̄ eſſe in multis vnum multipli-
catum in illis.velut eſt eſſe vniuerſale quod quidem
eſt eſſe in multis ſingularibus multiplicatum ĩ illis.
Nobilius autem et virtuoſius eſſe eſt deo tribuen-
dum:ergo diuinum eſſe eſt vnum in multis nec mul-
tiplicatum in illis.ergo in diuino eſſe eſt pluralitas.
¶ Solutio concedendum eſt ꝙ vnitas diuini eſſe eſt
vnitas in pluribus.et hoc oſtendit perfectionem ipſi-
us quod eſt vnitas in pluribus non multiplicata ſed
manens eadem:non de illis ſed totum eſſe illorum.
¶ Quidam tñ in cõtrarium obijciunt ſic.eſt plurali-
tas in pluribus.et eſt pluralitas in vno. Eſt autẽ vni
tas in pluribus et eſt vnitas in vno.primũ imꝑfecti-
onis maxime eſt:ergo vltimum quod maxime diſtat

a primo ſumme perfectionis eſt. ſed quod eſt ſumme
perfectionis eſt deo tribuendum: ergo vnitas diuini
eſſe eſt vnitas in vno. ¶ Ad hoc dicendum. ꝙ vnitas
et pluralitas poſſunt comparari in vno genere vel in
pluribus. Si comparantur in eodem genere. vt vide
licet pluralitas nature ad vnitatem nature compare
tur: ſic pluralitas in pluribus imperfectiſſimum et
vnitas in vno perfectiſſimum. Si in diuerſis generi-
bus vt videlicet comparetur pluralitas perſonalis
vnitati eſſentiali: iſtud non ſequitur. immo perfecti-
or eſt vnitas que eſt in pluribus differentibus perſo-
naliter ſiue ſm relationē que eſt ſine his quia plura-
litas que eſt perſonalis ſiue ſm relationem demon-
ſtrat virtutem et perfectionem ipſius vnitatis. vnde
non detrahit ipi vnitati: quia ſumme perfectionis et
virtutis eſt ꝙ ſit in pluribus eadem non multiplica-
ta. vnde eſſe ab alio non eſſe ab alio licet in diuino eē
reperiantur: non tamē detrahunt ſimplicitati ipſi⁹.
ſolum enim dicunt differentiam ſm relationem. vn-
de ſm Boetium nihil addunt ad eſſe. nec etiam plu-
ralitas in perſonis que ab his eſt vnitati diuini eſſe
opponitur. ſed pluralitas in numeris ei opponitur. et
de hac procedit ratio ſm ꝙ diuinum eſſe maxime lon
ge ſit a pluralitate naturarum. ¶ Ad primam vͦo rati
onem ſuperius poſitam dicendum. ꝙ ratio illa bene
procederet. ſi pluralitas quelibet opponeret̄ et detra-
heret ſimplicitati diuini eſſe. pluralitas aūt ſm rela
tionem que eſt in diuino eſſe non oppoītur vnitati na
ture. vnde Rich. in li. de trinitate. habet homo quo-
modo legat et diſtat in ſeipſo quid per cōtrarium de
beat eſtimari de deo. ibi quidem pluralitas perſona-
rum in vnitate ſubſtantie: hic autem pluralitas ſub-
ſtantiarum in vnitate perſone. pluralitas autem na-
ture nunꝙ̄ opponitur vnitati perſone in homine. ſimi
liter nec pluralitas perſone vnitati natē ī deo. ¶ Ad
aliud dicendum ꝙ duplex eſt vnitas. ſcilicet materia
lis et formalis. vnitas materialis eſt vnitas ſignata
vel ſingularis. et quia hec vnitas ſignata eſt: non ha-
bet poteſtatem multiplicādi ſe. ſed eſt materia multi-
tudinis et etiaꝫ ſubiecta ipi multitudini. Sed vnitas
formalis eſt vnitas ipſius forme que habet virtutem
ad multitudinem vt potens ſit eſſe in multis. Sꝫ hoc
poteſt eſſe dupliciter. qꝛ hec vnitas poteſt eſſe in mul
tis multiplicata in illis vel non multiplicata. ſed
vna et eadem. Qꝛ ſit vnitas ī multis dicit perfectionē
ſed ꝙ ſit multiplicata hoc dicit imperfectionem. et ta
lis eſt vnitas forme vniuerſalis que multiplicatur in
ſingularibus. Qd ergo dicitur ꝙ nobilitas eſt ī cor-
poribus celeſtibus ꝙ non poſſunt eſſe in vno ſolo. di-
cendum. ꝙ ex parte ipſius ſingularis iſtud verum eſt
ꝙ nobilitas eſt ipſius ſolis ꝙ manet incorruptibile. ſꝫ
ex parte ſue ſpeciei. nobilitas eſſꝫ ꝙ eſſet in pluribus
et ꝙ non poſſet niſi in vno: iſtud eſt innobilitatis qꝛ
ponit coartatōem in ipſa. Cōſtat igitur ꝙ perfectior
et virtuoſior eſt vnitas que poteſt eſſe in rebus mltis
ꝙ̄ que niſi in vno ſolo. et perfectior. immo ꝑfectiſſima
eſt illa que poteſt eſſe in pluribus nō multiplicatis.
quia ergo quod nobilitatis et perfectionis eſt deo eſt
tribuendum. ideo ponimus vnitatem diuine eſſentie
in pluribus non multiplicatam. Et propter hoc di-
ſtinugenda eſt illa ꝓpoſitio. ꝙ in multitudine eſt imꝑ
fectio. dicendo ꝙ eſt multitudo in multitudine et ml-
titudo in vnitate. ⁊ multitudo ī multitudine īꝑfectio
nis eſt. qꝛ deeſt ibi ꝑfectio vnitatis. ſed multitudo in
vnitate immo que eſt vnitas ꝑfectionis eſt. ꝙ̄uis non
congrue dicatur multitudo in deo ſed pluralitas non
pro pluralitate intelligatur cum dicitur multitudo.
¶ Ad tercium dicendum. ꝙ vanum eſt ponere multi-
tudinem vbi idem cōtingit ꝑ poſitā vnitatem vel vbi
natura habet perfectam vnitatem. hoc verum eſſet ſi

multitudo et vnitas acciperentūr in eodem genere.
immo vnitatem eſſentie et pluralitatem ꝑſonarū. Et
dicimus. ꝙ licet ſit ſumma potentia in deo. et ſi non
ſit aliqua pluralitas in diuino eſſe. dico tamē ꝙ non
idem cōtinget: qꝛ ꝑ hoc manifeſtatur ſumma potētia
et oſtenditur in deo ꝙ ſcꝫ ſit vnum in multis nō mul-
tiplicatum. ¶ Ad quartum dicendū. ꝙ multitudo ſi-
ue pluralitas que ponit̄ in diuinis ꝑſonis reducibi
lis eſt ad vnitatem eiuſdem generis ſcꝫ ad vnitatem
ꝑſone. Et qd obijcit̄. ꝙ nō eſt vna cōmunis ꝑſona. di
ſtinguendū eſt: ꝙ eſt cōmune ſm originē. ⁊ ſm ꝑdica
tōem. Scd̄m ergo ꝑdicatōem nō eſt vna cōmunis ꝑ-
ſona. ſed dicēdo cōmune ſm originē eſt vna cōmunis
ſcꝫ ꝑſona patris a qua cetere habent originē: filius ꝑ
generatōem. ſpūſſanctus ꝑ ꝓceſſionē. ¶ Ad quintuꝫ
dicendū. ꝙ cū vnitas et multitudo ex oppoſito diuidā
tur. vnitati ſm eſſentiam vel naturā opponit̄ multitu
do ſm eēntiā: et vnitati mō exiſtendi multitudo modi
exiſtēdi. Conſiſtētia vͦo et ꝑmanentia ipſius eē attri-
buitur vnitati ſm naturā: nō vnitati ſm modū exiſtē
di. ita et ecōtrario corruptio vel deſitio ipſius eē attri
buit̄ multitudini nature nō pluralitati ſm modum
exiſtendi. Manet igit̄ pluralitas ſm exiſtēdi moduꝫ
cū vnitate nature: non repugnans ꝑmanentie ipſius
eſſe diuini.

## Membrum ſecundū

Conſeq̄nter querit̄. An eſſe diuinū ſecū
cōpatiatur pluralitatē naturarum ita
vt dicantur plures dij. Ad qd ſic Da-
maſ. Si ponerent̄ plures dij: differen
tiā oportet cōſiderare. Si eñ nulla differentia eſt in
eis: vn⁹ magis et nō multi. Si vͦo drīntia ē in eis: vbi
ergo ē ꝑfectio ſiue ſm boītatem ſiue ſm ſapiām ſiue
ſm tēpus ſiue ſm locum deficiat a ꝑfectōe: nequaꝙ̄
erit deus: nulla igit̄ differētia erit in eis. Si vͦo ꝑ oīa
eſt ydemptitas: vn⁹ magis erit et nō multi. Relinqt̄
vnū eē deū et ñ mltos. ¶ Itē ſcd̄a rō Richardi. Diui-
tas aut ē icōmūicabil' aut aliqbꝫ cōis. Si ē incōmuni
cabilis: ꝯſequens ē ꝙ nō eſt de⁹ niſi vn⁹. Si aūt aliq-
bus cōis fuerit: cōmunis vtiqꝫ erit. et ſbſtātia illa q̄ ñ
eſt aliud ꝙ̄ dīnitas ipā. ſꝫ ſba vna nō pt̄ eē cōis pluri
bus ſubſtātijs: alioquin vna eadēqꝫ ſubſtātia eēt plu
res et plures vna. Si vͦo dicit̄ eē cōmunis pluribus
ꝑſonis, erit vtiqꝫ et cōmunis illis ſbſtātia illa que nō
eſt aliud ꝙ̄ diuinitas ipſa. Iuxta hoc erūt vtiqꝫ in di
uinitate plures ꝑſone. ſꝫ nō niſi vna ſba. nō ē igit̄ ī di-
uino eē pluralitas naturarū. ¶ Itē boeti⁹ in li. de tri
nitate. nulla eſt in deo diuerſitas. nulla ex diuerſita-
te pl'alitas. nl'a ex accidētibꝫ ml'titudo. deus eī a deo
nullo differt nec accñtalibꝫ nec ſbalibꝫ differētijs. vbi
vͦo nulla ē drā nulla ē drſitas: q̄re nec numer⁹. igitur
vnitas tm̄. nullā at̄ drſitatē eē ī deo, ꝓbatū ē ſupi⁹ per
ſimplicitatē. nulla ǥ drā vel diuerſitas diuini eſſe in
natā. ¶ Cōtra. eē ab alio: nō eē ab alio: faciūt diuerſi
tatē in natā, ꝑ hꝫ eñ differt natā creata ab increata.
ſil'r faciūt drīam in ꝑſonis ſic demōſtrato p̄re q ē ꝑſo
na ens nō ab alio. ⁊ demōſtrato filio q eſt ꝑſona ens
ab alio. nō eē ab alio ⁊ eē ab alio faciūt drīam ī dijs.
et ita ī deo ē pl'alitas natarꝫ. Arguat̄ ǥ ſic. fili⁹ ē de⁹
ab alio. p̄r ē deus nō ab alio: ǥ duo dij. ǥ cū dij dic pl'a
litatē dīne natē: ī deo erit pluralitas naturarꝫ. ¶ Itē
aug. ī li. de trini. nō dici⁹ trinitatē deſcēdiſſe ī colūbe
ſpē: ſꝫ ſolū ſpm̄ſcm̄. nec dici⁹ trinitatē ſonuiſſe qñ vox
audita ē hic ē fili⁹ me⁹. Sil'r dici⁹ ſolū filiū icarnatū
nō p̄rez aut ſpm̄ſcm̄. In dīnis ǥ iuenit̄ drſitas opati
onis. ita ꝙ opatio p̄ris nō eſt opatio filij. aut ſpūſſcti
et ecōuerſo. Sed ī diuinis idem eſt ſba vͦtus et opatō
Cū ergo ibi īueniat̄ diuerſitas opatōis. ǥ ⁊ vͦtutis. ⁊
ita eēntie vel nature. plures ǥ dīnitates ⁊ plures dij.

Solutio. dicimus ꝙ vnitas diuini eē nullo modo ſecum compatitur pluralitatem nature. nec diuitatis nec bonitatis. ſicut patet ꝑ ſupdictã auctoritatez boetij de trinitate. ꝙ nlla ē in deo diuerſitas ⁊c̃. Ex q̊ pz ꝙ eſt vnitas nature tm̃ in diuino eē. hoc etiaz p̃dicta auctoritas Richardi atteſtatur ꝙ diuinitas aut eſt cõmunicabilis aut incõmunicabilis ⁊c̃. Ex quo vult arguere ꝙ ibi tm̃ eſt vnitas ſubſtãtie. ¶ Ad hoc quod primo obijcit. ꝙ eē ab alio nõ eē ab alio faciũt differẽtiam in natura. dicendũ ꝙ iſtud verum eſt quando recipiunt formas diuerſas ⁊ ſuppoſita. verbi gratia: cũ dico naturam entem ab alio. naturam non entem ab alio: hec reſpiciunt formas diuerſas et ſuppoſita diuerſa. Similiter cum dico pſonam entem ab alio ꝓ filio. et pſonam entem nõ ab alio pro patre. hec reſpiciunt ꝓprietates diuerſas quaſi formas et ſuppoſita diuerſa. quia filius dicitur eē ab alio rõne filiationis: pater võ nõ eē ab alio ratione paternitatis. ſed h̔ nõ facit differentiã in natura ſed in perſonis. et propter hoc pater et filius ſũt differẽtes pſone nõ nature Sz cũ dico deꝰ võ. h̔ dico deũ ab alio ⁊ deũ ñ ab alio et a quo alius: dico tamen formam eandem ex vtraqꝫ parte. vnde eē ab alio et a quo alius: non eē ab alio. non reſpiciunt ibi diuerſam formam ſed differentia ſuppoſita. quia vna et eadem eſt forma ſicut vna diuinitas in patre et filio. et ideo ſicut dicit boetius ſequit̃. pater eſt deus. filius eſt deus: ergo ſunt vnus deus. ſ̃ non ſequitur ſoꝛ. eſt homo. plato eſt homo. ergo ſunt vnus homo. quia ergo in deo ſiue in patre et filio nõ inuenitur differẽs forma ſicut in ſorte et platone: nõ habet ibi locum ratio. ¶ Ad ſecundum dicendum. ꝙ nunq̃ eſt differens actio patris et filij et ſpiritusſancti. qd̔ ergo obijcit̃ ꝙ ſolus filius incarnatur. dicendum ꝙ hic dicuntur duo. ſcz ipa actio: et relatio que venit in proprietatem perſone. quia incarnari dei dicit ſibi vnire humanitatem vel carnem. per hoc quod eſt viuere: tango ipam actionem. et hoc conuenit toti trinitati. ꝑ hoc qd̔ eſt ſibi: tango relationem que ſolum ad filiuz refertur. tota eni̇̃ trinitas ſoli filio vnit humanitatem. Silr̃ cum dico ſolus pater dixit hic ē filius meus dilectus. tango actionẽ que eſt facere vocem. et hoc cõuenit toti trinitati. Item ꝑ hanc vocem ſignatur aliquis habere filiũ: et hec eſt ipa relatio. et hoc cõuenit ſoli patri qui ſolus habet filium. Similiter cum dico ꝙ ſolus ſpũſſanctus apparuit in columbe ſpecie. hec eſt ipa actio et relatio veniens in proprietatem pſone. ipa actio eſt ipa demõſtratio vel ſignatio. ꝙ ſcz ꝑ hoc ſignatur ſpũſſanctus. et hoc facit tota trinitas. Similit̃ ibi ē relatio ad ſpm̃ſanctũ. ꝙ ſolus ibi ſignificetur. trinitas ergo hoc fecit ſcz vt per h̔ ſignificaretur ſpũſſãctꝰ. et ſic nõ dicit̃ h̔ rõne actionis ꝙ ſit differens actio vel operatio hoꝝ: ſ̃ rõne habitudis actionis. et ſic patet ſolutio iſtius rõnis.

## Membrũ terciũ

Querit̃ poſtea vtrũ vnitas eſſe diuini ſecum cõpatiatur pluralitatẽ pricipioꝝ. ita ꝙ eēt ponere duo pricipia boni. q̊ꝝ vtrũqꝫ diceret̃ ſũmũ bonũ. ¶ Ad qd̔ ſic Boetius in li. de ꝯſolatõe. q̃ diſcrepãt bona: nõ eſſe vnũ qd̔ alterũ eſt liquet. quare neutrũ poterit eē perfectum: cũ alteꝝ alteri deſit. ſ̃ qd̔ pfectũ eſt: nõ eē illd̔ ſummũ manifeſtũ eſt. nõ ergo ſũme bona ſunt q̃ ſunt diuerſa. ¶ Itẽ ſi eẽnt plura principia: qualiter ab illˀ gubernaret̃ mũdus. Si eni̇̃ qs pti mũdi principatur quis mundũ ordinat et pmanentiã eius facit: illd̔ ei magis vtroqꝫ erit principiũ qd̔ ſcz ordinat vniuerſũ. et ſic relinquitur ſolum eē vnum principiũ pfectũ ſiue ſumme bonum. ¶ Item qd̔ ſuplatiue dicit̃ vni ſoli cõuenit. ſi ergo ſummũ bonũ eſt. relinquit̃ ꝙ vnũ ſolum ſummũ bonum eſt: nõ habens parez neqꝫ ſuperioꝛez. ſi eni̇̃ ſuperioꝛẽ iam nõ eſt ſummũ: ſimilr̃ ſi parẽ. ¶ Preterea. ſi habeat inferiorem illud inferius non eſt ſummum bonum. manebit ergo ſolum vnum ſummum bonũ. Contra. Boetius in li. de cõſola. q̃ diſcrepant bona ⁊c̃. ꝑ hoc volens ꝓbare ꝙ non ſũt duo ſumme bona principia: quia vnum nõ eēt alterum. ſic vtrũqꝫ eēt impfectuz. Sed ꝙ hec ratio nulla ſit. patet cum ſit bonum creatum et increatum et vnũ ñ eſt alterum nec econuerſo. ſi ergo non ponit ꝙ aliquid deſit ſummo bono increato. ſcilicet quia nõ eſt ipm̃ bonum creatum. ſimiliter nec ſi eēt aliud bonum increatum differens ab ipõ. hoc nõ poneret defectio in ipõ. poſſunt ergo duo eſſe ſumme bona. ¶ Item vnitas et multitudo diuidũtur ex oppoſito. ergo multitudo nõ eſt principiũ vnitatis vel econuerſo. Aliud ergo principium vnitatis inquantum vnitas. et aliud multitudinis. ergo duo ſunt principia bonorum. ¶ Item beatitudo creata eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus. Sed beatitudo creata non ē ipa beatitudo increata. cum ergo ratio ſummi boni ſit ex aggregatione perfecta totius bonitatis. relinquitur ꝙ eſſent duo ſumme bona. Solutõ. concedendum ſm̃ rationes predictas ꝙ non ſit ponere duo ſumme bona. ¶ Ad primum dicendum ꝙ intentio boetij eſt ſi poneretur cum ſummo bono bonum aliud qd̔ non eſſet ipſum vel ab ipõ differret. quia illud ei deeſſet: et ita non eſſet perfectum. quia perfecto nihil deeſt. Si autem poneretur ſumme bonum increatum nec eſſet ipſum. nec ab ipſo. et propter hoc non poſſunt ſtare ſimul. Sed bonum creatũ licet nõ ſit ipſum bonum increatum: tamen eſt ab eo vnde non eſt ſummũ et propter hoc bonitas creata poteſt ſtare cum ſũmo bono increato licet non ſit ipm̃. ¶ Ad ſecunduz dicẽdum ꝙ q̃uis ſm̃ rationem vnitas et multitudo diuidantur ex oppoſito tamen ſm̃ rem minime. imo ipa multitudo ſubſtãtialiter eſſet ex vnitatibus aggregata. Si võ ſubſtantialiter eſt multitudo ex vnitatibus aggregatis. que erit cauſa iparum vnitatum: erit et cauſa multitudinis. Ideo vnum erit principium vnitatis et multitudinis et vnius et multorum. ¶ Ad terciam rationem. dicendum ꝙ ſummum bonum dicit̃ dupliciter. ſcilicet ſimpliciter et ſm̃ quid. Summuz bonum ſimplr̃ eſt bonum increatum. Summũ bonum ſm̃ quid eſt beatitudo creata. quia eſt ſummum bonuz in creatis bonis et quod eſt eſt a ſummo bono increato. propterea non numerãtur vt dicantur duo ſumma. propterea eſt intelligendum de congregatione perfecta bonorum.

## Deinde queritur .§. j.

vtrum vnitas diuini eſſe compatiatur ſecum pluralitatem principiorum. ita ꝙ vnum dicatur principium boni: reliquum võ principium mali. vt ſcilicet dicat̃ ſummum bonum et ſummum malum ſicut poſuerãt manichei. ¶ Ad quod ſic obijcitur. bonum verum et ens conuertuntur. ergo eorum oppoſita ſcilicet malũ falſum non ens. Malum võ inquantum malum eſt non ens: ergo multomagis ſummum malum. Ideo vnumquodqꝫ inquantum eſt. bonum eſt. ſicut probatur a boetio. ergo malum inquãtum malum non eſt. quia inquantum malum non eſt malum. Summum igitur malum omnino non eſt. ¶ Item ſi ſummũ bonum habeat oppoſitionem ſummum malum. ergo ſicut ſummum bonum eſt bonum per eſſentiã: ita ſummum malum erit malum per eẽntiam. nihil ergo bonitatis erit vel intelligetur in ſummo malo. ergo nulla potentia nec noticia nec etiaz eſſe. Relinquitur igitur ꝙ non erit potens nec etiam ens: ergo nec principium. ¶ Itez in ſummo bono intelligitur ſumma vo-

luntas boni et ſumma potentia. ergo ſummũ odium
ſiue deteſtatio mali et ſumma potentia ad deſtruen-
dum malum. poſito ergo ſummo malo: queriť an ſũ-
me bonum habeat voluntatem deſtruendi ipſum:
et ſi nõ habet: nõ ſumme deteſtatur malum: ergo non
eſt ſummum bonum. Si habet: aut ergo poteſt deſtru
ere ſummum malum: aũt nõ poteſt. ſi nõ poteſt: ergo
nõ eſt ſumme potens ergo nõ eſt ſummum. ſi poteſt et
vult et conſtat ꝙ ſcit: ergo nõ eſt aliquo modo compa
tiens ſummũ malum in eſſe. ¶ Contra. ſi ſimpliciter
ad ſimpliciter: et magis ad magis. et maxime ad ma-
xime. ergo ſi bonum habet oppoſitum malum. et ma-
gis bonum magis malum. et ſummum bonum ſum-
mum malum: ergo ſummum malũ eſt. ¶ Item in bo-
nis ſequitur aliquid eſt bonum ⁊ aliquid eſt melius.
ergo aliquid optimũ. ergo ſimiliter in malis aliquid
eſt malum aliquid peius. ergo aliquid peſſimũ: ergo
ſummum malum eſt. ¶ Item cõtrariorum contrarie
ſunt cauſe. ſed in vniuerſitate ſunt multe contrarieta
tes et multa cõtraria: ergo et cauſe cõtrarie. Sʒ vna
eſt cauſa omniũ bonorum que nec eſt cauſa malorum
ergo eſt neceſſe ꝙ vna ſit cauſa omnium malorum. ſi
cut ergo illa eſt ſummũ bonum: ita illa ponetur ſum-
mum malum. ¶ Item ſequitur. ſi aliquid eſt bonum
participatione ergo aliquid eſt bonum ꝑ eſſentiã. er-
go ſimiliter aliquid eſt malum ꝑticipatione. ergo ali
quod eſt malum ꝑ eſſentiam. ¶ Item nihil eſt princi-
pium ſaluatiuũ et corruptiuũ. cum ergo bonorum et
corruptorum ſit principium ſaluatiuũ. ergo et malo-
rum et corruptibiliũ erit principium corruptiuum.
¶ Si dicatur ꝙ corruptibiliũ nõ eſt ponendũ princi-
pium. cum corruptio accidat ex defectu: et ideo ex nõ
cauſa potius ꝙ̃ ex cauſa. Contra omẽ corruptiuum
eſt actiuum. omẽ aũt actiuũ habet naturã poſtꝙ̃ agit
erit igiť aliq̃ natura principiũ corruptiuũ. ¶ Itẽ per
auctoritates voluerũt oſtendere Manichei duo prin
cipia hoc modo. xij. math. aut facite arborem bonaʒ
et fructum eius bonum. aut facite arborem malam ⁊
fructum eius malum. glo. Rabani. nõ poteſt ex bono
malum vel ex malo naſci bonum. Et ibideʒ. nihil me
dium quin boni actoris tm̃ ſint bona et mali mala.
ex qbꝫ colligiť ꝙ boni ⁊ mali ñ idẽ ſunt principiũ ſed
diuerſa. ¶ Item. j. ioh. iiij. qui facit peccatũ ex dyabo
lo eſt. nõ materialiter: ergo effectiue. et ergo dyabolꝯ
eſt principiũ efficiẽs mali et deus boni. ¶ Itẽ math.
xv. omĩs plantatio quã nõ plantauit pater meus ce-
leſtis eradicabitur. ergo aliquid eſt quod non planta
uit pater celeſtis. hec plantatio qd eſt aliud ꝙ̃ alicuiꝯ
rei productio in eſſe. igiť eſt aliud principiũ a deo ꝓ-
ducens res in eſſe. ¶ Item ioh. viij. vos ex pr̃e dyabo-
lo eſtis. et conſtat ꝙ nõ eſt pater niſi creatõne. ¶ Iteʒ
ij. Cor. iiij. ſi euangeliũ nr̃m opertũ eſt in his que pe-
reunt. eſt opertum in quibꝫ deus hꝯ ſeculi excecauit
mentes infideliũ. nõ aũt intelligendũ eſt de bono dei
ꝙ excecauit mentes infideliũ. igitur de malo. ¶ Item
ioh. xiiij. venit princeps mundi huius. vnde innuit ꝙ
vnus ſit princeps mundi huiꝯ: et alter alterius. et in
Conſequenter inquirendum eſt quid ſit veritas. ponende ergo ſunt a diuerſis diuerſe veritatis ⁊ veri notificatōnes. nam ĩ libro ſolilo. aug̃. ponitur hoc verum eſt quod ita vt eſt videtur ⁊ colligitur ex ſuo oppoſito. ſi enim eſt falſum qͦd aliter ꝙ̃ eſt videtur: ergo verum eſt qͦd ita vt eſt videtur. Sed hec diffinitō improbatur ſic ab auguſtino. nam ablato eo cui aliquid videtur. non videtur aliquid vt eſt: nec videtur aliqd aliter ꝙ̃ eſt. ergo ablato eo cui videtur neqꝫ veruz neqꝫ falſum eſt. quod eſt manifeſtum inconueniēs. Nā ſm hoc lapides in abditiſſimo terre ſinu nō eſſent veri lapides: quia non videntur. Propterea ponit̃ alia diffinitio in eodem talis. Verum eſt qͦd ita ſe habet vt cognitori videtur. ſi velit ⁊ poſſit cognoſcere. Sed contra hanc obĳcitur quia ex hoc ſequitur ꝙ verum non erit qͦd nemo poteſt cognoſcere. Item ſi falſum ē quod aliter ꝙ̃ eſt videtur: ergo ſi alteri videatur hic lapis eſſe lapis. alteri lignum: eadem res ⁊ falſa ⁊ vera erit. ¶ Propterea ponitur alia breuis in eodem. verum eſt id qͦd eſt. Sed obĳcitur. cum id qͦd eſt ſit ſuſceptiuum falſi. ſicut enūciatio que dicitur ⁊ vera et falſa. qͦd autem eſt verum nō eſt ſuſceptiuum falſi. ergo id qͦd eſt non conuertitur cum vero. ergo non diffinit verum. Item ſi diceretur ꝙ intelligitur de veritate rei non veritate ſigni. Obĳcitur de homine picto qui eſt falſus homo: ⁊ tamen cōuenit ei eſſe quod eſt. ¶ Item ponitur alia a quodam pho. Veritas eſt adequatio rei ⁊ intellectus ſicut generaliter adequatio ſigni ⁊ aſſignati. Sed obĳcitur. de adequatōne ſigni ad ſignatum non eſt niſi cum ſignificatio eſt. ergo non eſſet veritas ſi non eſſet conſignatio. ¶ Item ponitur alia. Veritas eſt indiuiſio eſſe ⁊ qͦd eſt. Sed obĳcitur. in negationibus non eſt indiuiſio eſſe ⁊ eiꝰ quod eſt. ĩmo ſignatur diuiſio eſſe ab eo qͦd eſt. vt cū dicitur homo non eſt azinus: per negationez dicitur eſſe azini ab eo qͦd eſt homo. ergo non eſſet hec vera. homo non eſt azinus. ¶ Item ponitur alia ab auguſtino in de vera religione. Veritas eſt qua oſtenditur id qͦd eſt. ⁊ colligitur ſic. Si falſitas qua id putatur quod non eſt: ea eſt veritas qua oſtenditur id qͦd eſt. Cui ſimilis eſt notificatio hylarĳ. verum eſt declaratiuum aut manifeſtatiuum eſſe. Sed obĳcitur. ſi verum eſt declaratiuum aut manifeſtatiuū eſſe ſiue eiꝰ quod eſt: ergo verum non erit id quod eſt aut eſſe: cū nihil ſeipſum clarificet. ¶ Item ponitur alia ab auguſtino de vera religione. Veritas eſt ſumma ſimilitudo principĳ que ſine vlla diſſimilitudine eſt vn̄ falſitas oritur. Sed obĳcitur. diuina eſſentia non eſt ſimilitudo principĳ cum ſit ſine principio. Similit̃ pater eſt principium ſine principio: ergo nec diuina eſſentia nec pater eſt veritas. Item cum ĩ creatura nō ſit ſumma ſimilitudo principĳ. ergo in creatura non eſt veritas. ¶ Item ponitur alia diffinitō ab Anſel. in libro de veritate. Veritas eſt rectitudo ſola mente perceptibilis. Sed obĳcitur intentio rectitudinis ſi accipiatur proprie: non inuenitur niſi in quantitate dimenſiua. ergo non eſſet veritas niſi in corporalibꝰ. Item ſi accipiatur methaphorice: ergo eſt ſm ſimilitudinem rectitudinis in quantitate. ſed vbicunqꝫ ſic intelligitur rectitudo: erit differentia principĳ medĳ ⁊ finis. cum ergo in indiuiſibilibus vt puncto ⁊ vnitate: ⁊ etiam indiuiſibilibus completis vt circulatio non ſit differentia principĳ medĳ ⁊ finis. ergo in illis non erit veritas. cum ſm triſmegiſtum deus ſit ſpera intelligibilis. cuius centrum eſt vbiqꝫ: circūferentia eſt nuſꝙ̃ ergo intelligitur per modum puncti ⁊ ꝑ modum circuli. Item ſi accipiatur rectitudo pro iuſticia ſm ꝙ dicitur quod ſit iuſte recte fieri: in quem modum dicitur rectitudo ab Anſelmo ſm quam eſt aliquid vt debet vel ſic vt debet: tunc non conueniet diuine veritati. que nulli debet eſſe rectitudo. Item cū iuſticia ⁊ bonitas ſit ſm hoc ſola mente ꝑceptibilis. non differeñt ſm diffinitionem veritas. iuſticia. bonitas. Item cum ſint aliqua que percipiuntur nō ſolum mente ſed ſenſu vt corporalia: ergo in corporalibus non eſt veritas. cum veritas ſit ſola mente perceptibilis. ¶ Item cum tot modis ſunt aſſignate notificationes veri ⁊ veritatis quomodo aſſignantur? nam videntur deficere aut ſuperfluere aut male aſſignate eſſe. queritur ergo qualiter accipiãtur. ¶ Reſponſio. ad iſtud primo ꝙ omnes iſte notificationes aſſignate ſunt in ſua ratione. Nam quedam notificatio veri eſt generalis ad veritatem ſiue ſit creata ſiue increata. ⁊ creata ſiue ſit cognitionis ſiue voluntatis ſiue actionis ſiue ſignificatōnis. ⁊ hec veritas eſt rectitudo ⁊c̃. ſicut ipſe innuit in libro de veritate. et nominatione rectitudinis diuidit eam ab omni re q̃ rectitudo non vocatur. Per vͦo ſola mente perceptibilis dicitur: ſeparat eam ab omni rectitudine viſibili. Speciales vͦo notificationes differunt. nam quedaz ſunt date de veritate comprehenſionis vt in libro ſoliloquiorum que coincidunt in idem. veruz eſt quod ita eſt vt videtur. ⁊ alia. verum eſt quod ita eſt vt cognitori videtur ſi velit poſſitqꝫ cognoſcere. Quedam de veritate ſigni ſiue ſignificationis vt illa. Veritas eſt adequatio ſigni vel intellectus ⁊c̃. Quedam de veritate rei vt ille due que coincidunt in idem. verum eſt id quod eſt. Et iterum. veritas eſt indiuiſio eſſe et ſemper eſt. Quedam vͦo de veritate increata principaliter. vt ille due Auguſti. de vera religiōe. ſed vna de veritate ſm ꝙ accipitur eſſentialiter. ⁊ hec notificatio eſt per effectum conſequentem. veritas eſt qua oſtēditur id quod eſt. quia prima veritas ſe habꝫ ad intelligibilia ſicut lux ad viſibilia. ⁊ huic conſonat diffinitio hylarĳ. verum eſt declaratiuum eſſe. Alia vͦo eſt de veritate increata ſm ꝙ accipitur perſonaliter. ⁊ appropriatur filio ſicut vnitas patri ⁊ bonitas ſpirituiſancto que eſt veritas. que eſt ſumma ſimilitudo principĳ ⁊c̃. ⁊ principium ibi dicit patrem. ¶ Reſpondendum igitur per ordinem ad obiecta. ¶ Ad obiectum contra primam diffinitionem. verum ē qͦd ita eſt vt videtur. iam patet reſponſio. Nam data eſt de veritate comprehenſionis ſiue cognitionis: nō rei ⁊ ideo ablato cognitore non eſt hic veritas ſm actuz ꝗuis ſit ſm habituz. in hoc ſcilicet ꝙ res nata eſt cognoſci vel videri vt eſt. ¶ Ad obiectum contra ſcd̄am que determinat primam. ſimilis eſt reſponſio. quia

q̄uis non ſit aliquis qui poſſit cognoſcere: ipſa tamē
res adhuc eſt cognoſcibilis. ⁊ ideo adhuc habitu ſi-
ue potentia manet veritas comprehenſionis. ¶ Ad
aliud quod arguit. ſicut inconueniens eſt ꝙ eadem
res ſit vera ⁊ falſa. patet reſponſio: quia ex veritate
comprehenſionis procedit ad veritatem rei ⁊ ideo q̄-
ſi mutat predicamentum. ⁊ eſt fallatia figure dictio-
nis. ¶ Ad aliud obiectum contra terciam. Veritas
eſt id quod eſt ⁊ primo ratione enunciatōnis que eſt
vera ⁊ falſa. Dicendum ſicut dicit Anſelmus in libro
de veritate. Alia eſt rectitudo ⁊ veritas enunciatio-
nis quia ſignat ad quod ſignandum eſt facta. alia qꝛ
ſignat quod accepit ſignare. facta eſt enim ad ſignā-
dum rem eſſe dum eſt ⁊ dum non eſt. verbigratia. ſi-
ue dies ſit ſiue non: hec oratio dies eſt incepit ſigna-
re diem eſſe. primo modo veritas dicta eſt mutabilis
⁊ ſeparabilis in contingentibus. ſecundo modo inſe-
parabilis. primo modo eſt ſuſceptiua veri ⁊ falſi ve-
ritas. in hac enim via non attenditur ſm id quod ac
cepit enunciatio: ſed ſm id ad quod eſt. ſecundo mo-
do non. quia attenditur id quod accepit. vnde Anſel
mus dicit. ꝙ primam veritatem habet accidentali-
ter: ſcđam naturaliter. ¶ Ad illud vō quod obijcit de
homine picto. Dicendum quoniam homo pictus ve
ra eſt pictura. ⁊ eſt id quod ē: ſed falſus homo: ⁊ hoc
eſt id quod non eſt. quemadmodum dicit Auguſtin⁹
de vera religione. ſi rerum viſibilium pulchritudo qꝛ
vnitate continetur ⁊ non implet vnitatem nos fallit:
intelligamus nō ex eo quod eſt nos falli: ſed ex eo qđ
non eſt. eſſe enim corpus verum corpus eſt: ſed falſa
vnitas. ¶ Ad obiectum contra quartam. Veritas
eſt adequatio ⁊c̄. Dicendum quoniam diffinitiones
non reſpiciunt eſſe actu ſed eſſe in habitu. vnde ſi nul
lus homo ſit: adhuc eſt vera diffinitio homo eſt ani-
mal rationale: ita cum dicitur veritas eſt adequatio
non copulatur adequatio ī actu ſed in habitu. ¶ Ad
quintam ſcilicet veritas eſt indiuiſio ⁊c̄. Dicendum
ꝙ veritas negationum fundatur in veritate affirma-
tionum. vnde veritas huius negationis homo nō eſt
azinus: fundatur in hac affirmatōne homo eſt homo
⁊ ſi ſignificet diuiſionem azini eſſe ab eo quod eſt ho
mo hoc non eſt niſi propter indiuiſionem eſſe homi-
nis ab eo quod eſt homo. ⁊ ita veritas negationum
eſt indiuiſio ſm rem. Eadem enim eſt veritas affir-
mationis. homo eſt homo: ⁊ homo non eſt azinus. q̄-
uis differens in ſignandi ratione. ¶ Ad obiectuꝫ cō
tra ſextam diffinitionem que eſt. Veritas ⁊c̄. que ea-
dem eſt cum diffinitione hylarij verum eſt declarati-
uum ⁊c̄. Dicenduꝫ eſt. ꝙ ſicut lux manifeſtat ſe ⁊ alia
ſic veritas que eſt diuina eſſentia. quia eſt lux intelli-
gibilis ſicut dicit Auguſtinus in de vera religione.
¶ Ad obiectum contra ſeptimam diffinitionem. Ve
ritas eſt ſumma ſimilitudo principij. Dicendum pro
vt dictum eſt. ꝙ hec diffinitio eſt veritatis prime pro
ut accipitur perſonaliter ⁊ per appropriationem. ⁊
ideo nihil ad rem qđ obijcit de eēntia vel de patre. et
quod obijcit de veritate creature. Unde illa notifica-
tio oſtenditur propter proprietateꝫ perſone filij: ⁊ per
diſtinctionem ab alijs perſonis. ⁊ per diſtinctionem
a creaturis. Omne enim quod eſt. aut eſt principiuꝫ
eternum: aut a principio. principium eternum eſt vni
tas dei patris. ſed a principio dupliciter. aut a prin-
cipio quod eſt in idemptitate ſubſtantie: aut in diuer
ſitate ſubſtantie. ſi in diuerſitate: ſic eſt creatura. que
q̄uis ſimilis ſit: non poteſt tamen exprimere illaꝫ vni
tatem principij quam imitatur. Et ideo in hoc poteſt
oriri falſitas ſicut dicit Auguſtinus non inquātum
imitatur: ſed inquātum implere non poteſt. Item ſi
eſt a principio in idemptitate ſubſtantie: adhuc du-
pliciter. aut ergo in idemptitate ſubſtantie ⁊ ſimili-
tudine ſeu conformitate notionali: aut in idemptita-
te eſſentie in differentia notionali. primo modo eſt a
principio patre filius qui eſt a patre: idem in ſubſtā-
tia ⁊ conformis in notione. quia ſicut pater perſona
a quo alius: ſic filius. ſcđo modo ſpiritusſanctus qui
eſt a principio patre in idemptitate ſubſtantie: ſed nō
conformis in notione. quia ſpiritusſanctus eſt perſo-
na que ab alio a qua nulla. Similitudo ergo princi-
pij magna eſt in creatura inquātum vna eſt ſed tamē
in diuerſitate eſſentie. Similitudo maior in ſpiritu-
ſancto qui eſt a patre in idemptitate ſubſtantie q̄uis
non conformis in notione. Similitudo vō ſumma: fi
lius qui eſt a patre in idemptitate eſſentie ⁊ confor-
mis in notione: vt tamen de ſpiritusſancto nō dicatur
ſimilitudo minor. ⁊ hic eſt intellectus poſite diffini-
tionis. In hoc enim ꝙ dicitur ſimilitudo principij: di
ſtinguitur a patre. in hoc ꝙ ſumma: per modum qui
dictus eſt a ſpiritusſancto. in hoc ꝙ nulla diſſimilitu-
do ex quo falſitas oritur. diſtinguitur a creatura. fal-
ſitas enim eſt in creatura ex hoc ꝙ imitatur vnitateꝫ
principij ⁊ illud implere non poteſt. illa eſt veritas q̄
illud implere potuit et eſſe id quod illud eſt. que ita
eſt ſimilis: vt omni mō hoc impleat ac ſit ipm̄. ipſa ei
eſt que id ſicut eſt oſtendit. Unde ⁊ verbum eius ⁊ lux
eius rectiſſime dicitur. ¶ Ad obiecta contra diffini-
tionem vltimam Anſelmi. reſpondendum ad primū
ꝙ rectitudo dicitur per ſimilitudinem duobus mo-
dis. in rectitudine autem eſt debita ordinatio medij
ad extrema. quia ipſum medium non declinat ab ex-
tremis. Ratione debite ordinationis quod eſt debite
ordinatum dicitur rectum. Ratione vō habitudinis
medij ad extrema vbi inuenitur indeclinabilitas me
dij ab extremis dicetur rectum. q̄uis proprie ibi non
ſit ratio medij ⁊ extremorum. Dicendum ergo ꝙ hec
diffinitio generaliter datur ab Anſelmo. veritas eſt
rectitudo ⁊c̄. ⁊ cum dicatur veritas multiplicit̄. In
ſigno. vt in ſermone: vt in zach. viij. loquimini verita
tem vnuſquiſqꝫ cū proximo. Et ī cognitione. pſ. Qui
loquitur veritatem in corde ſuo. Et in volūtate. vt io-
han. viij. de dyabolo. In veritate non ſtetit. Et ī ope-
ratōne. vt Joh. iij. omnis qui facit veritatem nō odit
lucem. oſtendit Anſelmus ꝙ in omnibus eſt rectitu-
do ex debita ordinatione. per hoc ꝙ ſunt vel faciunt
quod debent vel ad quod debent. Unde veritas enū-
ciationis cum ſit quod debet ⁊ ad quod debet. ſimili-
ter ⁊ de ceteris. Item eſt veritas prima. Johan. xiiij.
Ego ſum via veritas ⁊ vita. in qua non cadit proprie
intentio debiti. niſi ſit accipere debitum conueniētie:
non neceſſitatis ſicut dicit Anſelmus. quia nulli de-
bet ſed omnia ei debent. ⁊ ideo quia omnia debite or
dinantur ad ipſam: ipſa eſt rectitudo. non quia ipſe
debite ordinetur ad res: ſed res debite ad ipſam. In
omnibus ergo inuenitur debita ordinatio ⁊ ita recti
tudo ſm primum modum. ¶ Item quia ordo vt dicit
auguſtinus conſiſtit in tribus. inuenitur in omnibus
veritas quaſi medium non declinans ab extremis.
verbigratia. in veritate creata eſſe vel facere quod de
bent ⁊ ad quod debent. eſt rectitudo que eſt veritas.
quod debet dicitur per comparationem ad cauſam a q̄
eſt quaſi vnum extremum. ad quod debet: dicit ꝯpa-
tionem ad finem ad quem eſt quaſi aliud extremum.
eſſe vō rei vel facere quaſi medium. Si ergo res ē vel
facit qđ debet. hoc autem expleat qđ a cauſa accipit ⁊
ꝑpter finem quem debet: recta eſt. ⁊ ꝑ hunc modū de-
currit intentio rectitudīs ⁊ veritatis ī creatura: ſiue
ſit ſignatōis ſiue ꝯgtōis ſiue volūtatis ⁊c̄. ſm moduꝫ
ſcđm. In creatoē aūt put ꝯſideāt̄ ī ſe ⁊ vt cā: ñ inueit̄ ī-
tētō rctitudīs h̄ mō ſ̄ eminētori mō. Scđꝫ ꝙ ꝯſiderat̄

vt cauſa: inuenitur intentio cauſe efficientis q̄ſi vnū extremum in ratione intelligentie. ſm quā accipitur intentio vnitatis. ⁊ inuenitur intentio cauſe finalis quaſi aliud extremum ſm quā accipitur intentio bonitatis ⁊ inuenitur intentio cauſe formalis quaſi medium inter extrema non declinans. ⁊ hec eſt veritas ſm quā formantur omnia vt dicit auguſtinꝰ. ⁊ hunc ordinem monſtrat auguſtinꝰ in fine libri de vera religione vt dictum eſt. Scd̄m autem ꝙ conſideratur in ſe hoc eſt duobus modis. ſcilicet perſonaliter ⁊ eſſentialiter. ſm ꝙ perſonaliter inuenitur ſacer ordo trinitatis. quaſi vnum extremum pater: qui eſt nō ab alio quaſi alterum extremum ſpirituſſanctus: a quo nullus alius. quaſi medium non declinans filius: qui ab alio a quo alius. ⁊ ipſe eſt veritas perſonaliter ſm ꝙ ſupra expoſitum eſt. ⁊ ſm ꝙ eſſentialiter in ratione intelligētie: inuenitur eſſe. intelligere. diligere. quia deus eſt: ⁊ intelligit ſe ⁊ diligit ſe. Eſt vt vnitas. intelligit ſe vt veritatem. diligit ſe vt bonitatem. quaſi vnū extremum eſt eſſe: alterum diligere: quaſi medium nō declinans inter hec eſt intelligere. hinc igitur manifeſtum eſt qualiter intentio rectitudinis accipitur ī diſtinctione veritatis. ¶ Ad illud quod obiicit de illis in quibus modo inuenitur compatio medij ad extrema. vt in puncto ⁊ in circulo. dicendum ꝙ ratōne debite ordinationis ad eſſe quod debet ⁊ propter quod deus eſt rectitudo intelligibilis ī puncto ⁊ circulo ſicut oſtenſum eſt. ¶ Ad illud vō quod obiicit de deo. patet reſponſio quomodo intelligatur rectitudo ſm compationem medij ad extrema. ¶ Ad illud qđ obiicit. ꝙ ei non conuenit ratio debiti: iam ſupra oñſum eſt ⁊ reſponſum. Et diſtinguendum ꝙ debita ordinatio intelligitur vel in ipſa re que debet. vel in illa cui debetur. In creatura ergo eſt debita ordinatio quia debet: ſed in deo vt cui debetur vel diſtinguenda ē intentio debiti. eſt enim debitum neceſſitatis quod eſt creature: ⁊ eſt debitum congruitatis ⁊ hoc eſt in creatore. ¶ Ad illud vō quod obiicitur de bonitate ⁊ iuſticia quia ei conuenit eſſe rectitudinem ⁊c̄. maxime ſm intentionem qua dicitur debita ordinatō. ſm autem aliam intentionem dico ꝙ intentio rectitudinis dicit quaſi habitudinem medij ad extrema quia vnū extremum ponitur vnitas aliud bonitas: intētio medij non declinantis veritas. ⁊ in hac intentione non conuenit bonitati eſſe rectitudinem ſicut nec vnitati ſm autem ꝙ intentio dicit debitam ordinationem diſtinguendum eſt. ꝙ ordo creature duplex eſt ſm comparationem ad cauſam. creatura enim a cauſa deo ē vt ſit ſm cauſā. Item creatura eſt a cauſa deo vt ſm cauſam referatur ad cauſam. ſm primum eſſe attenditur ordo creature que eſt ab vnitate cauſe ad veritatem ſm quā eſt ⁊ in eſſe ſeruatur. ſm ſecundum eſſe ordo creature ad bonitatem ad quam eſt debita. ergo ordinatio creature que eſt a cauſa vt ſit ſm cauſam: eſt rectitudo que eſt veritas. debita ordinatio a cauſa vt ſit ad cauſam: eſt rectitudo que eſt bonitas. prima percipitur intelligentia mentis. ſecunda vō ſentitur affectu voluntatis. ⁊ ideo conuenienter poſſet ad differentiam voluntatis poni ꝙ dicitur mente perceptibilis. ¶ Ad vltimum vō quod obiicit de ſenſibilibus. dicunt ꝙ non intendit Anſelmus niſi de veritate intelligibilium. Sed contra. veritas ſigni non ſine ſenſu percipitur. quia ſignum eſt quod ſe ſenſui ſubiicit: ⁊ aliud intelligendum relinquit. Similiter in libro illo ipſe inducit veritatem ſenſuum ſiue ī ſenſibus. Solutio huius rei queſtione ſequenti manifeſtabitur.

## ¶ Membrum quartum

Poſtea queritur de veritate in quibus ſit. ⁊ cum vnūquodq̧ ſic ſe habet ad eē ſicut ad veritatem: in omni re erit veritas. ¶ Contra auguſt. in ſolilo. quicqđ eſt in aliquo. non poteſt manere ſi non maneat illud in quo eſt. rebus autem veris intereuntibus manet veritas: non eſt igitur veritas in rebus mortalibus. ¶ Item auguſtinus de vera religione. Inter mentem noſtram qua deum intelligimus patrem ⁊ veritatem lucem. illam interiorem per quam deum intelligimꝰ nulla interpoſita creatura eſt: quare ipſam veritatem nulla ex parte diſſimiliter in ipſo ⁊ cum ipſo veneremur. que forma eſt omnium que ab vno et ad vnum referuntur. ſi ergo veritas eſt lux interior. ergo eſt ſolum in ſpiritualibus ⁊ non in corporalibus. ¶ Item dicit Auguſtinus ſuper cañ. iohis. ꝙ veritas eſt lux intelligibilis. ſicut ergo lux ſenſibilis non eſt niſi in ſenſibilibus: ſimiliter lux intelligibilis non erit niſi in intelligibilibus. ergo non eſt veritas in ſenſibilibꝰ ¶ Reſponſio ad primum veritas in rebus duplex ē. Eſt veritas neceſſitatis ⁊ veritas contingentie. ſicut diſtinxit Anſelmus. in veritate ſignationis quēadmodum eſt eſſe neceſſarium ⁊ contingens. Loquitur ergo Auguſtinus in ſoliloquijs de veritate neceſſitatis que eſt ſolum in rebus neceſſarijs. Preterea ē veritas cauſe ⁊ veritas cauſati. ⁊ vtraq̧ veritate dicūtur res vere ſicut ⁊ bone duplici bonitate: ſcilicet bonitate cauſe ⁊ bonitate cauſati. Veritas ergo cōmuniter non eſt in rebus vt dependens ab illis. et ideo q̄uis res vere intereant: non interit veritas. veritas vō cauſati que eſt in diuino eſſe rei interit rebus veris intereuntibus. ¶ Ad aliud dicendum ꝙ veritas prima lux interior dicitur propter ſui ſubſtantialitatem ⁊ ſimplicitatem que prohibet vt non poſſet ꝯgnoſci niſi ab intellectu qui eſt vis anime interior. ⁊ tamen q̄tum ad ſuam eſſentiam: attingit omne quod ē ſicut ponit auguſtinus exemplum de ceco poſito ī ſole. ꝙ preſens eſt ei lux. ipſe tamen abſens eſt ab illa: ita ipſa ſumma ſapientia que eſt prima veritas omnium in quo eſt preſens eſt q̄uis ipſe abſens. eſt igitur omni rei preſens per eſſentiam per quam omnis res in eſſe ſaluatur. Unde primo iohis. Lux in tenebris lucet ⁊ tenebre eam non comprehenderunt ⁊c̄. in mundo erat ⁊ mundus per ipſum factus eſt ⁊c̄. ¶ Ad vltimum dicendum. ꝙ lux intelligibilis dicitur. non ſolum quia ſit in intelligibilibus: ſed ſolum intellectu percipitur. Unde notandum. ꝙ ad illđ quod obiiciebatur in precedenti queſtione. ꝙ ſenſibilium rectitudo non ſola mente percipitur ergo nō eſt in eis veritas cum percipiuntur ſenſu. Dicendum ꝙ q̄uis in intellectu non ſeparantur eſſe rei ⁊ veritas. quia ſemper cointelligitur: tamen in iudicio ſenſus ſeparantur. quia eſſe ſenſibilis vt iudicatur ⁊ accipitur ſenſu ſemper apprehenditur cum conditionibus materie. veritas autem eius apprehenditur abſq̧ omni conditione materie. ⁊ ideo ſolo intellectu vel mente. ex hoc non ſequitur ꝙ in ſenſibilibus vel in rectitudine viſibiliter non ſit veritas: ſed ꝙ non accipiatur eorum veritas ſenſu ſiue per ſenſum.

## ¶ Membrum quintum

Conſequenter inquirendum eſt de veritate. Utrum ſit vna: ita ꝙ non plures. Ad quod ſic ſm Anſhelmū. ſicut ſe habet color ad corpus coloratum: ſic veritas ad rem veram. ergo ſi multiplicantur colores ſm quod multiplicatur coloratum: multiplicabuntur ve

ritates ſm multiplicationem verorū. ergo multe ſūt veritates: cum conſtat multa eſſe vera. ¶ Item ſi veritas non ē aliud ꝙ̄ rectitudo. ſed alia rectitudo ſignationis alia voluntatis: quia hec in voluntate illa in ſignificatione habet ſuū eſſe. ergo alia veritas ſignationis. ⁊ alia voluntatis. ¶ Item vnūquodqꝫ ſicut ſe habet ad eſſe ita ad veritatem. ſi ergo non eſt eſſe vnū omnium verorum: non eſt veritas omnium verorum vna. ¶ Cōtra. Anſelmus de veritate. ſi rectitudo nō eſt in rebus illis que dicunt rectitudinem niſi cū ſunt ſm ꝙ debēt. debent autem eſſe ſm ꝙ exigit prima rectitudo que eſt prima veritas: ergo hic illis rectas et veras eſſe ſm primam rectitudinem ⁊ veritatem eſſe. eſt igitur vna rectitudo ⁊ veritas. ¶ Item Anſelmus ſicut tempus ſe habꝫ ad temporalia ſic veritas ad vera. Veritas enim eſt menſura omnium verorū: ſicut tempus omnium temporalium. Si ergo vnum tempus omnium temporalium. ꝙ̄uis diuerſa temporalia que tempore menſurantur: ergo vna veritas erit omnium verorum ꝙ̄uis multa ſunt que veritate menſurantur. ¶ Item ſm auguſtinum in ſolilo. ⁊ Anſel. de veritate. veritas radicatur in ꝑmanente: non ī nō ꝑmanente. Sed vnum eſt ꝑmanens in omni re. ſed illud non multiplicatur in hac re vel in illa: ergo veritas non multiplicatur in hac re vel in illa. ¶ Reſpōſio. veritas rei dicitur duobus modis. vno modo ſm ꝙ dicitur indiuiſio eſſe ⁊ quod ē. prout dicitur ab auguſtino veritas. ⁊ hec veritas fundatur ſuper debita principia eſſentie rerum ⁊ debitam eorum vnionem in creaturis. ⁊ hec veritas multiplicatur ſcd̄m multiplicationem eſſentie verorum. Alio modo ſm ꝙ veritas dicitur ab auguſtino lux intelligibilis: eo ꝙ ī modum lucis manifeſtat omnia vera ⁊ tenet ⁊ conſuat in eſſe. quēadmodum lux eſt principium conſeruatiuum ſuorum effectuum prout dicitur ab Anſelmo rectitudo mente ꝑceptibilis. eo ꝙ per ipſam menſurantur omnia vera: ſicut per tempus omnia temporalia ⁊ hoc modo vna eſt ⁊ ſola veritas que eſt diuina. qua manifeſtantur omnia ⁊ vera ⁊ conſeruantur in eſſe ⁊ menſurantur. primo ergo modo multe ſunt veritates ſm multiplicationem eſſentie verorum. ſecundo modo vna tm̄ veritas quēadmodum lux ⁊ rectitudo vna. Si autem queritur in hoc ſecundo ſenſu veritas huius rei vel illius. diſtinguendo veritatuꝫ differētias. vt veritas ſignationis. veritas actionis ⁊c̄. ſi nullam ab ipſis rebus accipit veritas diuerſitatem. Reſpondendum ſm Anſelmum de veritate. improprie huius rei vel illius veritas eſſe dicitur: quoniam illa nō in ipſis rebus aut ex ipſis aut per ipſas in quibus eſſe dicitur habet ſuum eſſe: ſed cum res ſm illam ſunt q̄ ſemper preſto eſt his que ſunt ſicut debēt. eſſe veritas dicitur huius rei vel illius vt veritas ſignationis. veritas voluntatis ⁊ huiuſmodi. quēadmodum tempus huius rei vel illius: cum vnum ⁊ idem ſit tempꝰ omnium que in eodem tempore ſimul ſunt. ⁊ ſi non eſſet hec res vel illa: nihilominus eſſet idem tempus nec enim ideo dicitur tempus huius rei vel illius. qꝛ tempus eſt in ipſis rebus: ſed quia ipſe ſunt in tempore. ⁊ ſicut per tempus per ſe conſideratum non dicitur tempus alicuius: ſed cum res que ī illo ſunt cōſideramus dicitur huius rei vel illius: ita ſumma veritas per ſe ſubſiſtens nullius rei eſt. ſed cuꝫ aliquid ſcd̄m illam eſt: tunc eius dicitur veritas.

## ¶ Membrum ſextum

Conſequenter queritur an plures veritates ab eterno ſint. ⁊ cum eſſe veritatem ſit eſſe quid: ſi ſunt plures veritates ab eterno. erunt plura aliq̄ ab eterno quod ē error. ¶ Item ſi diceretur ꝙ vna eſſet vnitas ab eterno ſed plura vera. ¶ Contra. cum veruꝫ nō ſit determinatio diminuens vel remouens. cum dicitur aliquid verum quēadmodum homo mortuus: ſequitur neceſſario ſi plura vera ab eterno: ꝙ plura aliqua ab eterno. ¶ Cum ergo hoc ſit falſum. relinquitur ꝙ vnum ſoluꝫ ⁊ veritas vna eſt ab eterno. ¶ Cōtra. cum dico pater generat. filius generatur. ſpiritus ꝓcedit: hic ſunt plures veritates ſicut plures perſone vel proprietates. ſed veritates iſte ſunt eterne ſine ꝑn cipio: ergo plures veritates ab eterno. ¶ Item auguſtinus dicit. ꝙ tres ſunt quibus fruendum eſt. ſed veritas conuertitur cum re: igitur tres ſunt veritates reſpondentes hmōi tribus rebus. ſed huiuſmodi res ſunt ſine initio. quia huiuſmodi vocat perſonas diuinas. ergo ⁊ tres huiuſmodi veritates ſunt ſine initio aut ratione perſonalitatis non eſſet ponere veritateꝫ in diuinis. ¶ Item deus ab eterno ſciuit omnem creaturam ſiue hanc ſiue illam. ſciuit ergo ab eterno antixp̄m fore ⁊ petrum fore. horum enim veritas fuit in mente diuina ab eterno: quia omne qḋ ſcitur quia verum eſt ſcitur. ſed antixp̄m fore non eſt petrum fore. ergo veritas huiuſmodi in mente diuina non eſt veritas illius. quia ſi hec diſtinguūtur inter ſe: ⁊ veritates earum diſtinguūtur. ſed iſte veritates ſunt ī mente diuina ab eterno ⁊ ſciuntur a deo: et pari ratione veritates omnium creaturarum. ergo plures ſunt veritates ab eterno. ¶ Solutio. dicendum ꝙ vna ſola eſt veritas cuius proprium eſt eſſe ſine initio. ⁊ hec ē veritas prima que eſt principium omnium aliarum veritatum. ⁊ prior illis cauſalitate ⁊ duratione. que omnes alias veritates tenet in eſſe ⁊ conſeruat. ¶ Ad primum obiectum dicendum. ꝙ cum dicit auguſtinꝰ tres ſunt res quibus eſt fruendum. Dicenduꝫ ꝙ res aliquando appellatur natura. aliquando res appellatur ipſa res nature. aut ergo inuocat res tres diuinas perſonas. vnde ſunt hic tres res nature ſiue tres perſone. Auguſtinus ergo ibi vocat tres res tres diuinas perſonas. Vnde ſunt hic tres res nature ſiue tres perſone: non tres res id eſt non tres nature: immo ſunt tres vnius nature. ⁊ ſunt illa natura ſcilicet diuina eſſentia. ⁊ ideo cum veritas ad eſſentiam referatur et ſuper ipſam fundetur: non eſt dicendum ꝙ ſunt harum tres veritates diſtincte immo vna ſola. Quod tamen obijcitur. ꝙ patrem generare non eſt filium generari. dicimꝰ ꝙ ſi loquamur de veritate que eſt rei relate ad intellectum: poſſet eſſe ꝙ ſint tres veritates ſm rationem intelligentie. vna tamen ſola eſt veritas eſſentie nō plures. ⁊ de hac hic loquimur ip̄a enim proprietas ad perſonaꝫ reducitur ⁊ perſona ad eſſentiam. ⁊ propter hoc veritas proprietatis ad veritatem reducitur perſone. ⁊ veritas perſone ad veritatem eſſentie. ⁊ ideo cum ſit vbi vna ſola eſſentia. relinquitur ꝙ ſit ibi vna ſola veritas. quod ſic patet. patrem enim generare nihil aliud eſt ꝙ̄ patrem eſſe. et filium generari idem ꝙ filium eſſe: ſpiritūſanctū procedere idem qḋ ſpiritūſanctum eſſe. Sed cū dico pater eſt. filiꝰ eſt. ſpūſſanctꝰ eſt: idem dico eſſe ſiue eandē eſſentiā. hoc enim eſſe dicitur de patre: qꝛ pater ē eēntia. ⁊ de filio: qꝛ filiꝰ eſt eſſentia. ⁊ ſiꝉ de ſpūſcto. quia ſpūſſctus ē eēntia. Si ḡ hec veritas pr̄ generat reducitur ad hanc que eſt patrem eſſe: reducit̄ ad eēntiam ⁊ ſic de alijs. ⁊ ita cū ad eandē eēntiā reducāt̄ ratōne

cuius eſt veritas: conſtat ꝙ ibi non ſunt tres verita-
tes ſine initio quia ad vnam indiuiſibilem veritatē
reducitur ratione cuius dicitur eſſe vna. ⁊ ꝑ hoc pa-
tet ſolutio ad primum ⁊ ſecūdum. ¶ Ad aliud dicen
dum. ꝙ licet referendo ad res extra vna non ſit alte
ra quia petrum fore in mente: nō eſt antixp̄m fore in
mente. tamen in mente diuina veritates iſte in diuer
ſe ſunt ⁊ ſunt vna veritas. Sunt enī prima veritas
ſiue diuina eſſentia. nam mundum fore anteq̄ mun-
dus ſit non eſt aliud q̄ deum fore creaturum mundū
⁊ ſimiliter petrum fore. ⁊ ſic eſt de alijs futuris. Sed
deum fore creaturum mundum: idem eſt ꝙ deum eē.
⁊ ita veritates iſte relate ad diuinam eſſentiam vnū
ſunt. quia ſunt diuina eſſentia. Unde hac ratione di
cit Anſelmꝰ. ꝙ creatura in creatore eſt creatrix eēn-
tia. vnde ſicut nos dicimꝰ de ydeis ꝙ ydee relate ad
ipſa ydeata plures ſunt. quia creature quarum ſunt
plures ſunt. nec vna cum alia. ⁊ ideo in comꝑatione
iſta vna ydea non alia: tamen comꝑatione ad ipſum
primum prout ſunt in mente diuina. omnes ydee ſūt
vnum. Sic dicimus ꝙ iſte veritates plures ſunt ī re
extra. nec vna ſit alia: ſunt tamen vna veritas prout
ſunt in mente diuina. quia ſunt idem qđ prima veri-
tas que eſt diuina eſſentia ⁊ ita ſunt vna veritas ⁊ nō
plures ſm ꝙ ſit. Sed contingit dicere ꝙ eſt veritas
plurium rerum.

## Membrum ſeptimū

Poſtea queritur de eternitate veritatis
an omnis veritas eterna ſit. Ad quod
ſic augu. nihil magis eſt eternum q̄ ra
tio circuli. ⁊ ſimiliter duo ⁊ tria eē qn-
q;. ergo aut dicetur deus eſt ratio circuli. ⁊ ſimiliter
duo ⁊ tria eſſe quinq; vel ꝙ plura ſint ab eterno: quo
rum vtrūq; eſt incōueniens. ¶ Item qđ non incepit
eſt eternū. ſed veritas huius ꝓpoſitionis antixp̄c na
ſcetur non incepit: non enim eſt dicere qn̄ incepit. er
go eſt eterna. ¶ Contra quod eſt eternum nunq̄ de-
ſinet. ſed veritas huius ꝓpoſitionis aliquando deſi-
net. poſtq̄ enim natus erit non erit amplius vera: er
go non eſt eterna. ¶ Item circa hoc queritur. vtrum
enūciabilia ſunt ab eterno. Ad qđ ſic. ab eterno fuit
verum mundum fore. aliter enim preſcientia que fuit
de hoc ab eterno. nō eſſet veri ⁊ ita de alijs: ergo enū
ciabilia fuerunt ab eterno. ¶ Item auguſtinus in li
bro ſolilog. dicit quod ſequitur. ſi mundus non fuit:
mundum non fuiſſe eſt verum. ⁊ per hoc intendit ꝓ-
bare ꝙ veritas eſt eterna. per hoc ꝙ neceſſe eſt alterā
partem contradictionis eſſe veram. ⁊ ita mundū non
eſſe fuit verum anteq̄ fieret: ergo enūciabile ab eter-
no. ¶ Contra cum dicitur mūdum fore hoc enūcia-
bile affirmat de mundo qm̄ erit. Similiter mundus
non eſt anteq̄ mundus eſſet. hec enunciatio negat de
mundo qm̄ eſt. Si ergo de hoc ꝙ omnino non eſt ni-
hil poteſt affirmari. etſi vniuerſaliter nihil eſſet. ni-
hil poſſet de altero negari. cum ergo ab eterno nō fu-
it mundus nec aliquod eorum que ſunt in mūdo: nō
erit verum dicere ab eterno mundus erit ⁊ ab eterno
mundus non eſt. ¶ Item ab eterno non eſt enūcians
nec res de qua enunciatur. ergo enunciabilia nō ſunt
ab eterno. ¶ Ad primum dicendum ꝙ veritas huiꝰ
ꝓpoſitionis antixp̄c naſcetur. ⁊ huiꝰ duo ⁊ tria ſunt
quinq;. ⁊ huiꝰ circulus eſt figura plana. poteſt retor-
queri vel ad id in quo radicatur veritas illa ſicut in
ſubiecto. ſicut dicit auguſtinꝰ ꝙ breuis diſtinctio ve-
ri eſt id quod eſt. ⁊ ſic iſte veritates non ſunt eterne.
Et quod dicit auguſtinꝰ. nihil magis eſt eternum ⁊c̄.
accipitur ibi eternum pro perpetuo vel pro eterno tē
poris. Vel poteſt retorqueri dictarum ꝓpoſitionum
veritas ad primam veritatem. ⁊ ſic eſt quelibet illarū
eterna nec ē aliud q̄ ipſe deus. nec ideo dicetur ꝙ cir
culi ratio ſit deus ſimpliciter loquēdo. ſed circuli ra
tio prout eſt in deo. ¶ Eodem modo reſpondendum
eſt de illa antixp̄c naſcetur ꝙ ſi veritas eius retorque
retur ad veritatem primam: hoc modo veritas ē eter
na. Si retorqueat̄ ad illud in quo eſt: ſic non eſt eter
na ſimpliciter: tamen in genere temporis ⁊ in eterno
poteſt dici non habuiſſe principium. ſequitur tamen
ſm ꝙ dicitur preteritorum nō eſt finis ſed principiū
in tempore. ecōtrario futurorum non eſt principium
ſed initiū tm̄. ſic enim q̄tum eſt de ordine temporis
non eſt aſſignare tempus in quo vltimo hec ſit vera:
ceſar fuit. ſed eſt aſſignare in quo primo fuit vera. ita
ecōtrario ordine temporis non eſt aſſignare tempus
in quo hec primo vera fuit antixp̄c erit: tamen erit aſ
ſignare tempus in quo vltimo erit vera. ¶ Ad hoc
quod querit de enūciabilibus. dicendum ꝙ enuncia
bile importat aptitudinem vnā ex parte enunciātis
⁊ aptitudinem aliam ex parte eius quod enunciatur
Qtum eſt de aptitudine ex parte rei enunciate: diſti
guendum. ꝙ res enunciata poteſt conſiderari in na-
tura propria. ſic nō ſunt enunciabilia ab eterno quia
in enunciabili eſt compoſitio vel diuiſio. Compoſi-
tio autem ⁊ diuiſio tunc primo venerunt in eſſe: cum
creatā proceſſit ī eſſe. in quo eſt prima compoſitio eiꝰ
quod eſt ⁊ quo eſt ⁊ rationi eius ꝙ eſt: accipitur ra-
tio ſubijciendi. ratione eius quo eſt: ratio predican-
di. Qtum vō eſt de aptitudine rei enūciate ſm ꝙ pri
ma cauſa: poſſunt dici enūciabilia eſſe ab eterno. ſed
hoc non ſimpliciter ſed ſm quid. ſm ꝙ eſſe rerum in
cauſa non eſt eſſe ſimpliciter ſed ſm quid. ¶ Ad obie
cta ergo dicendum. ꝙ veritas enūciabilium ſm quē-
dam modum eterna eſt. non tamen ſequitur ꝙ enun-
ciabilia ab eterno. vnde diſtinguēdum ꝙ eſt veritas
triplex. Eſt enim veritas rei ſm quod dicit auguſti-
nus in libro ſolilog. verum eſt id quod eſt. Eſt etiam
veritas ſigni ſm quod dicimus orationem veram eē
cum oſtenditur rem eſſe ſicut eſt. ⁊ ſm hoc veritas eſt
adequatio ſigni ad id cuius eſt ſignum. Eſt etiam ve-
ritas cauſe de qua dixit Anſel'. ꝙ vna ⁊ ſola eſt veri-
tas licet plura ſint vera. ⁊ ponit exemplum de tempo
re ſicut eſt tempus vnum licet plura temporalia eo-
dem modo menſurata. ⁊ hoc dicit auguſtinus ꝙ om-
ne verum eſt verum prima veritate. Et ſm primum
modum mundum non eſſe ⁊ mundum futurum eſſe:
non fuit verum anteq̄ mūdus ⁊ res eſſent. nulla eñ
res ſubiacebat affirmationi vel negationi: ſicut nūc
affirmationi ſubiacet compoſitio alicuius rei. et ne-
gatōi vere ſubiacet modo propria veritas. quia vna
res ſeparationem habet ab alia. Scđm modum ſm
quem dicitur veritas ſigni. cum veritas ſigni depen-
deat a veritate rei: non erit dicere ſm ſtatum illum
mundum fore vel mundum non eſſe. Scđm autē vl
timum modum prout veritas dicitur cauſe. ſubeſt ve
ritas ei ꝙ eſt mundum fore. mundum non eſſe anteq̄
mundus eſſet. ⁊ huic affirmationi mundum fore ſuffi
cit veritas ydee ſiue ratio mundi in veritate. ſiue ar-
te diuina que eſt reſpectu mundi futura. Huic autē
negationi mundum non eſſe ſubeſt veritas ipſius eſſe
diuini quod eſt vere eſſe. ratione cuius veri eſſe remo
uetur a mundo ⁊ ab vnaquaq; creatura que tunc nō
erat. Nec ex hoc ſequitur ꝙ mundus ſit vel alia crea
tura: q̄uis aliquid affirmetur vel negetur de mundo
ſicut non ſequitur ſi hyrcocerusꝰ eſt in opinione: ergo
hyrcocerꝰ eſt in eſſe ſeu habet eſſe. ſed ꝙ opinio de
hyrcoceruo eſſe habeat.

# Mēbꝛum octauū

Onſequēter queritur an veritas ſit mu
tabilis vel immutabilis. Ad quod
ſic Anſelmus.omnino in deo ipſam re-
ctitudinem immutabilem permanere.
ſed veritas eſt rectitudo:ergo veritas eſt omnino im-
mutabilis. Item auguſtinus in li.de li.arbi.veri-
tas non eſt inferioꝛ mente noſtra: quia de ea iudica-
remus qđ non eſt verum.non enim de ipſa iudicamꝰ
ſed per ipſam.nec menti equalis: quia mutaretur ſi-
cut mens eſt mutabilis.vnde dicit mentes noſtre ali-
quando plus vident aliquando minus de ipſa. Ipſa
in ſe manēs nec pꝛoficit nec deficit. ex quo videtur ꝙ
ſit immutabilis. Item obijcitur ꝙ veritas creata
ſit immutabilis. quia res quelibet veritatem habet.
quia habet ſimilitudinem cum pꝛimo.ſed ratōne eiꝰ
ꝙ habet ſimilitudinem cum pꝛimo eſt permanens:er
go ratione permanentis eſt veritas in omni re.⁊ ſu-
per ipſum permanens eſt fundata veritas.ſed ratio-
ne illius eſt immutabilis: alioquin non haberet ꝑ il-
lud ſimilitudinem cum pꝛimo qui eſt immutabilis.ğ
veritas etiam creata immutabilis. Item ſicut dici
mus de celo ꝙ ſubſtantia eius non mutatur licet mo
ueatur in tempoꝛe: ita dicimus ꝙ aliquid eſt in tem-
poꝛe quod ſm ſubſtantiam non mutatur licet ſit alte
rum ⁊ alterum. ⁊ hoc eſt nunc qđ fertur. qđ idem eſt
ſm ſubſtantiam nō mutatum ſed manet licet dicatur
alterum ⁊ alterum. ſic ille qui ſedet in foꝛo ⁊ poſt in
theatro non dicitur mutatus ſm ſubſtantiā licet mu
tetur ſm accidens.ergo cum ſupꝛa permanens funde
tur veritas.eadem erit veritas ſub hoc pꝛeſenti pre-
terito ⁊ futuro ⁊ non mutata:cum eadem ſit ſubſtan-
tia tempoꝛis pſens pterita ⁊ futura.ſed altera ⁊ alte
ra.⁊ iſta eſt immutabilis veritas. Item veritas p-
teriti dicitur reſpectu alicuius pꝛeſentis. veritas pꝛe
ſentis reſpectu eiuſdem cum eſt pꝛeſens veritas futu
ri reſpectu eiuſdem cum eſt pꝛeſens.idem ergo eſt qđ
ſubeſt veritati pꝛeſentis pteriti ⁊ futuri. Si ergo qđ
eſt verum de pterito ſemper erit verum. ⁊ qđ eſt verū
de futuro ſemper fuit verum. ⁊ qđ eſt verum de pſen
ti nunc eſt verum.cum idem ſubſit verum pſenti pte-
rito ⁊ futuro:quodlibet ergo verum ſemper fuit ⁊ eſt
⁊ erit verum. quelibet ergo veritas eſt immutabilis
ꝗuis enūciatio de vero ꝑ tpa varietur. Itē Anſel.
in libꝛo de veritate. non exiſtente ſignificatione non
perit rectitudo eius qua rectum eſt.⁊ qua exigitur vt
qđ ſignandū eſt ſignificetur. Nec ideo eſt rectitudo
in ſignificatione quia nunc incipit eſſe cum ſignifica
tur ꝙ eſt vel non eſſe qđ non eſt: ſed quia ſignificatio
tunc fit ſm rectitudinē que ſempꝛ eſt. nec ob hoc ab-
eſt a ſignificatione cum non ſicut debet aut cum nul-
la ſit ſignatio:ſed quia tunc ſignatio deꝑit a non defi
ciente rectitudine. Rectitudo igitur qua ſignatio re-
cta dicitur non habet eſſe aut aliquē motum ꝑ ſigna-
tionem quocūqꝫ ipſa moueatur ſignatio.oīuo ergo vi
deo hac ratione pꝛobari quo quomodo ipā ſint: recti
tudinem īmutabilem pmanere. Contra.diminute
ſunt veritates a filijs hominum.ergo multomagis ī
alijs creaturis ſunt diminute:cum ſit homo nobilioꝛ
creatura ⁊ magis ſimilis deo.ſed omne diminutū eſt
mutatum ſiue mutabile: ergo veritas eſt mutabilis.
Solutio.dicendū ſm Anſel.ꝙ veritas pꝛima eſt
īmutabilis. Et ſimiliter augu.loquitur de veritate p
ma in pdicta auctoꝛitate. de hac em̄ ſimpliciter verū
eſt ꝙ eſt īmutabilis. Sed de veritate que eſt in crea-
turis dicimus ꝙ in aliquibꝫ eſt veritas mutabilis.ſꝫ
duplex eſt veritas in iſtis creatis.vna ē que eſt ī cre-
atura ratione eius ꝙ habet ſimilitudinem cum deo.
⁊ illa veritas fundatur ſupꝛ aliquid vnde habent ſimi
litudinem cum deo. vnde licet tempus non pmaneat
inꝗtum hmōi in ſuis ꝑtibus:tamen in non pmanen-
do habet quādam pmanentiam.⁊ ſimiliter motus.⁊
ratione huiꝰ habet veritatem.⁊ hec veritas eſt īmuta
bilis in re.vnde hec veritas nō interit ſm auguſtinū
exiſtente re ſcꝫ que eſt fundamentum veritatis nec va
riatur ſm ſucceſſionē motus ⁊ tempoꝛis. Sed ē alia
veritas que eſt adequatio rei ⁊ intellectus.⁊ hec veri
tas eſt in re non ſolum in ratōne eius qđ habet ſimi-
litudinem cum pꝛimo: īmo eſt ratione diſſimilitudi-
nis.vnde res coꝛruptibilis inꝗtum hmōi non habet
ſimilitudinem cum pꝛimo.tamen habet veritatem ꝗ-
tum ad hoc vnde intellectus appꝛehendit ⁊ intelligit
ꝙ hec res eſt coꝛruptibilis. ⁊ hec eſt veritas rei in ſe.
⁊ hec eſt veritas mutabilis ſicut ⁊ res mutabiles ſūt
hec enim variatur ſm variationem ⁊ mutationē eo-
rum que accidunt circa eſſentiam rei que eſt ſubiectū
veritatis inuariabilis.ſm hanc autem variationē
ſub ſignis diuerſis accipitur ſiue apta nata eſt acci-
pi res ab intellectu.vnde quādoqꝫ ſub conſignatione
tempoꝛis talis vel talis. quādoqꝫ ſub tali accidente.
quādoqꝫ ſub oppoſito. pꝛopter hoc illa veritas que ē
rei ſm hanc variationem accepte variabilis eſt. non
eſt ergo auctoꝛitas ps.contraria ei ꝙ dicitur veritatē
eſſe immutabilem.quia loquitur de alia veritate ⁊ ſic
patet reſponſio.

# Membꝛum nonum

Onſequenter queritur an pꝛima veri-
tas ſit cauſa omniū veritatum. Ad qđ
ſic.ſumma bonitas ſe habet ad bona ſi
cut ſūma veritas ad vera. Si ergo ſū-
ma bonitas eſt cauſa omnium bonoꝛum: ergo ſūma
veritas eſt cauſa omnium veroꝛum.ergo ⁊ omnis ve-
ritatis. Item.j.Coꝛinth.xij.nemo poteſt dicere do
minus ihs niſi in ſpirituſancto.glo.omne verum a q
cūqꝫ dicatur a ſpirituſancto eſt verum: ergo ⁊ a pri-
ma veritate eſt verum. Item Anſelmus in libꝛo de
veritate.vides quoniam pꝛima rectitudo ſit cauſa om
nium veritatum ⁊ rectitudinum. ⁊ nihil ſit cauſa illi-
us. ⁊ reſpondet video ⁊ animaduerto in alijs tm̄ eſſe
effecta. quaſdam vo cauſas ⁊ effecta vt cum veritas
que eſt in rerum eſſentia ſit effectiuum ſūme verita-
tis ipſa vo cauſa eſt veritatis que eſt cognitionis. et
eius que eſt in pꝛopoꝛtione. ⁊ iſte due veritates nul-
lius cauſa ſunt veritatis. Contra.omne verum pꝛi
ma veritate eſt verum. ſed iſtum foꝛnicari vel ꝙ iſte
foꝛnicatur eſt verum demonſtrato aliquo foꝛnicante.
ergo a pꝛima veritate eſt verum.ſed eſſe ⁊ eſſe verum
conuertuntur:ergo a pꝛima veritate habet eſſe ꝙ iſte
foꝛnicatur.ergo a deo habet eē ꝙ iſte foꝛnicat. Itē
veritas que eſt in pꝛopoſitione creata eſt a veritate q
eſt in re.ſicut dicit Anſelmus.ſi ergo veritas foꝛnica
tionis que eſt in re non eſt a pꝛima veritate: ergo nec
veritas pꝛopoſitionis qua enunciatur iſtum foꝛnica-
ri.non ergo omne verum a quocūqꝫ dicatur a ſpiritu
ſancto eſt verum. Item ſi dicatur.ꝙ cum dico foꝛ-
nicationem: dico actum inoꝛdinatū ⁊ defoꝛmem.ve
ritas actus eſt a pꝛima veritate inꝗtum actus eſt:nō
inꝗtum actus eſt defoꝛmis vel inoꝛdinatus.obijcitur
verum eſt iſtum actum eſſe defoꝛmem vel inoꝛdinatū
ergo verum eſt defoꝛmationem vel inoꝛdinationem
eſſe in hoc actu.veritas ergo qua iſtud eſt verum:vel
eſt a pꝛima veritate aut non.ſi ſic: ergo a pꝛima veri-
tate eſt defoꝛmatio ⁊ inoꝛdinatio in hoc actu quod eſt
falſum.ſi non:hoc verum nō eſt verum a veritate pꝛi-
ma. Reſponſio ſcđm Anſelmum in libꝛo de cōcoꝛ-
dia pſcientie ⁊ li.ar.deus facit in omnibꝫ voluntatibꝫ
⁊ operationibꝫ bonis ꝙ eſſentialiter ſunt: ⁊ qđ bona
ſunt.in malis vo non ꝙ mala ſunt:ſed tm̄ ꝙ ꝑ eſſenti-

am ſunt.ita per hunc modum dicendum. ꝙ in malis
facit ꝙ per veritatem ſunt non ꝙ mala ſunt. q2 hoc ꝑ
defectum veritatis ſunt.dicendum ergo ꝙ ſicut a pri
ma eſſentia eſt omne qđ eſt inquantum eſt. ⁊ a prima bo
nitate omne qđ bonum eſt inquantum bonū eſt:ita a ſū
ma veritate eſt omne verum inquantū verum eſt. ¶ Ad
primo ergo obiectum dicendum.ꝙ cum ſit veritas q̄
conſiſtit in adequatione rei ⁊ intellect9. ⁊ veritas rei
vt accipitur res generaliter ad bonum ⁊ malum.mu
tatio ꝑdicamenti eſt cum arguitur a veritate dicti ad
veritatem rei.⁊ ideo cum dicitur iſtum fornicari ē vl'
ꝙ iſte fornicatur eſt verum.copulatur veritas dicti n̄
veritas rei. Sequitur ergo iſtuz fornicari eſt veritas
ſeu verum veritate prima.quia hoc dictum vel hec ꝓ
poſitio eſt a veritate prima. Et cum arguit vlterius.
ꝙ ergo fornicatur eſt a voluntate prima: procedit ad
veritatem rei. Sed deberet arguere ergo habet eē di
ctum vel enūciatum a veritate prima. ¶ Ad ſcđm di
cendum.ꝙ ſicut in malo non dicitur eſſe ſimpliciter ſ
ſm quid.ſcʒ ratione ſubſiſtentis boni non ratōne de
fectus a quo nomīatur malum:ita dicitur habere ve
ritatem in re ſm quid ſed non ſimpliciter. cum ergo
dicitur fornicatio habere veritatem in re ſm quid di
citur. Nam fornicatio dicit deformitatez actus talis
ſcʒ coire ratione actus ſubſiſtentis.deformitas habʒ
eſſe in re.⁊ veritatem ratione defectus.vel carētie for
malitatis vel ordinis dicit defectum ab eſſe ⁊ verita
te.tamen veritas fornicationis dicta de malo vl' for
nicatore habet veritatem ⁊ eſſe ſimpliciter.quia con
ſiſtit in adequatione dictionis ad rem que ſimplicit̄
eſt.q̄uis res nō ſimpliciter habeat eſſe. Non ergo ſe
quitur. q̄uis veritas enūciationis cauſetur a verita
te rei.ſi veritas rei non eſt a veritate prima:ꝙ nec ve
ritas dicti. quia veritas hmōi ſm quid eſt a veritate
prima non ſimpliciter: tamē cauſa eſt veritatis dicti
non ꝙ ſit ipſa veritas ſm quid.immo eſt veritas ſim
pliciter.quia de eo ꝙ eſt ſm quid:contingit enuncia
re verum ſimpliciter. ¶ Ad tercium quod dicit verū
eſt deformationem vel inordinationem eſſe in h actu
Dicendum quia copulatur veritas dicti: concedēdū
ꝙ veritas qua hoc eſt verum: eſt verum veritate pri
ma ſed non ſequitur ergo deformatio eſt in actu a ve
ritate prima.quia procedit a veritate dicti ad verita
tem rei. ſed ſequeretur ergo dictum vel enunciatum
de deformatione in actu eſt a veritate prima.

# Queſtio.xvj.de falſitate.

ORdine ſubſequē
ti queritur đ falſitate. Primo an fal
ſitas ſit in rebus. Secundo an ſit in
ſenſu vel ī intellectu. Tercio an cau
ſa falſitatis ſit res vel rei ſimilitudo
Quarto an falſitas ſubſtantificetur in vero ſicut ma
lum ſubſtantificatur in bono. Quinto vtrum verita
ti prime ſit oppoſita falſitas.

## Membrum primum

AD primum arguitur ſic. Auguſtinus ī
ſecūdo ſolilo. Si verum eſt id quod eſt.
falſum non eſſe vſpiam cōcludetur quo
uis repugnante. ¶ Item in libro de ve
ra religione. Si vna eſt roma que eſt circa tyberim.
falſa eſt illa quā cogitans fingo.ſi vnus eſt ſol:falſus
eſt ille quem cogitans fingo.ex hoc relinquitur mani
feſtam falſitatem eſſe qua id putatur eſſe quod nō eſt.
Relinquitur igitur ꝙ falſitas eſt in ſola mentis eſti
matione. ¶ Item cū falſitas dicitur a fallēdo.cū res
non fallunt ſicut dicit augu.in libro de vera religiōe.
quia nihil aliud oſtendūt q̄ ſuaʒ ſpeciem quā pro ſue
pulchritudinis acceperunt gradu.relinquit̄ igitur ꝙ
in rebus non erit falſitas. ¶ Item falſitas dicitur de
rebus non entibus: cum ſcʒ dicūtur eſſe ſicut de enti
bus cum dicūtur non eſſe. Relinquit̄ igit̄ ꝙ falſitas
non eſt in reb9. ¶ Contra.augu.ſcđo ſolilo.falſuʒ ſo
let dici qđ a veri ſimilitudine longe abeſt. ſed tamen
habet ad verum nōnullam imitationem.ſed qđ oīno
non eſt non poteſt habere alicui9 imitationem relin
quitur igitur ꝙ falſum habet eſſe in re. ¶ Item augu
ſtinus in eodem. non attendis eam rem que oīno nul
la ſit nec falſum poſſet dici.ſi enim falſum eſt:eſt.ſi n̄
eſt:non eſt. ¶ Item auguſtinus in eodem. eas res fal
ſas nominam9 quas veriſiles deꝓhendimus.hinc ho
mo pictus dicitur falſus homo. relinquitur igitur ꝙ
falſum eſt in rebus. ex quo res falſe nomiantur ꝓpter
veri ſimilitudinē. ¶ Rn̄.ſicut diſtinguit Anſelmus
ꝙ eſt veritas rei ⁊ veritas cognitionis ⁊ ſignatōnis
ſic falſitas multipliciter. falſitas rei vt homo pictus
eſt homo falſus. ⁊ falſitas cognitionis vt montes au
rei falſi montes. ⁊ falſitas enūciationis vel ſignatio
nis vt hominem eſſe azinum eſt falſum.dicendū ergo
ꝙ falſitas rei eſt in rebus. falſitas cognitionis eſt in
anima.prout dicitur in ꝑs. Anima mea impleta ē il
luſionib9.falſitas enūciationis eſt in voce prout eſt ſi
gnum. ¶ Ad primū ergo quod obijcit dicendum ſm
auguſtinū in ſolilo. falſum in re dicitur qđ fingitur
eſſe qđ non eſt.aut oīno eſſe tendit.⁊ ſi nō eſt fingit eē
quod non eſt.vt traged9 finxit ſe eſſe priamū ⁊ non eſt
priamus. ⁊ ypocrita ſe bonū ⁊ non eſt bonus. tendit
eſſe ⁊ non eſt vt imago tua in ſpeculo quaſi tuipē vult
eſſe ⁊ ideo falſa.quia nō eſt. Silr̄ ea que dormiētes vl'
furentes cernūt.⁊ picture ⁊ ſimulachra id eſſe tendūt
cui9 ſimilitudineʒ repſentāt.⁊ eo tamen falſa ſunt:q2
id quo tendunt eſſe non poſſunt. falſum ergo incidit
rebus ex defectu eſſe:ſicut malū incidit ex defectu bo
ni.⁊ ideo nō dicitur eſſe vſpiam eo ꝙ falſum: q̄uis ta
men habeat eſſe ratione ſubiecti. quod dicitur eē fal
ſum inquantum deficit ab eſſe ad quod tendit vel fingit
vt ī theatro roſti9 falſa tuba:ſed natura verus homo
⁊ hō pict9 vera pictura eſt:ſed falſus hō. ¶ Ad ſcđm
dicendū ꝙ dicitur falſitas in re ⁊ falſitas in cognitō
ne. Primo modo falſitas dicitur qua id putatur eſſe
quod non eſt in ratione cauſe mouentis per rei imi
tationem. ſm quem modum dicit auguſ.in ſolilo.ꝙ
falſum eſt quod ad ſimilitudinem alicuius accomo
datum eſt.nec illud tamen eſt cui9 ſimile apparet.nec
tamen ex hoc ſequitur ꝙ falſitas non habeat eſſe ī re
Secundo modo falſitas qua id putatur eſſe qđ non
eſt ratione cauſe formalis.ſm quem modum dicit au
guſtinus falſum eſt aliquid quod aliter q̄ eſt videtur
⁊ hec falſitas in re ⁊ cognitione habet eſſe.primo mo
do falſitas in vidente eſt.ſecūdo modo ī re viſa. ¶ Ad
tercium reſponderunt ſm auguſtinum in de vera re
ligione. Corpora intantum fallunt inquantum non im
plent illđ quod conuincunt̄ imitari. quod ergo obij
citur ꝙ res non fallunt. dicenduʒ ꝙ non fallunt cau
ſaliter ſed occaſionaliter. vel dicendum ſm auguſ.ꝙ
ex eo ꝙ ſunt nō fallunt:ſed ex eo ꝙ non ſunt. vnde di
cit in libro de vera religione. Sed nos fallit rerū viſi
bilium pulchritudo. nō ex eo qđ eſt nos fallere dicit̄:
ſed ex eo qđ non eſt. ¶ Ad vltimū dicendū ꝑ interem
ptionē.ꝙ falſitas nō eſt in reb9 non entib9.tamen di
citur falſitas in dicto vel enūciatione que eſt de reb9
non entib9 ⁊ ipſa enūciatio vel dictū que eſt de re nō
ente eſt.vnde augu.in ſolilo. Multū intereſt inter ea
que dicim9:⁊ ea de quib9 dicim9.nā oīa que dicim9
ſunt entia ea autem de quib9 dicim9 ⁊ nō entia.

## Membrum ſecundū

Deinde queritur an falſitas habeat eſſe in ſenſu an etiam in intellectu. Ad qđ auguſtinus ī ſoliloquio. apparet nos in omnibus ſenſibus ſiue in equalibus ſiue in deterioribus rebus ſimilitudine lenocinante falli. aut etiam ſi non fallamur ſuſpendentes conſcientiam noſtram. aut etiam differentias dinoſcentes: tamen eas res falſas nominamus quas veriſiles depꝛehendimus. ergo in ſenſibus contingit eſſe falſitatem. ¶ Item auguſtinus inducit per ſenſus oẽs ex quo contingit ratiocinari veriſimilitudine falſitatem. vt nauigantibus aquaꝫ videtur turris moueri que ſtat ⁊ in horologijs auditis videtur cantus merule aut corui. ¶ Item Anſel. in libro de veritate. eſt quidem in ſenſibus corporis veritas ſed non ſemper. naꝫ fallũt nos aliquando. Nam cum video aliquando per medium vitrum aliquid fallit me viſus. quia aliquando renunciat mihi corpus quod video vltra vitrum eiuſdem eſſe coloris cuius eſt vitrum cuꝫ alterius ſit coloris. aliquando vero facit me putare vitrum habere colorem rei quã vltra video cum nõ habeat. Multa ſunt alia in quibus ſenſus viſus ⁊ alij ſenſus fallunt. ¶ Contra. auguſtinꝰ de vera religione. ipi oculi non fallunt. non enim enunciare poſſunt animo nõ affectionem. ꝙ ſi non ſolum ipſe ſed etiam omnis corporis ſenſus ita nunciãt vt afficiũtur. quid ab eis amplius exigere debemus ignoro. ex hoc relinquitur ꝙ in ſenſibus non eſt falſitas. ¶ Item ſi quis remum ī aqua fractum opinatur ⁊ quando aufertur integrari non malum habet internuncium ſed malus eſt iudex nam ille pro ſui natura non potuit aliter in aqua ſentire nec aliud debuit. Si enim aliud eſt aer aliud aqua: iuſtum eſt vt aliter in aqua ⁊ aliter in aere ſenciatur. Relinquitur igitur ꝙ falſitas non habet locum in ſenſu. ¶ Reſponſio ſm Anſel. in libro de veritate. Eſt ſenſus exterior ſiue particularis in quo ñ accidit falſitas. Et eſt ſenſus interior ſiue cõmunis ad quem pertinet iudicare differentias. et cõmunia ſenſuum cõponere ⁊ diuidere de ſenſibilibus ⁊ in ipo accidit falſitas ſicut dicit Anſelmꝰ his verbis. Non mihi videtur falſitas in ſenſibus eſſe ſed in opinione ipſe nãqꝫ ſenſus interior ſe fallit: non illi mentitur exterior. quod facile cognoſcitur. Cum enĩ puer timet ſculptum draconem aperto ore: facile cognoſcit quia non fallit viſus ſed puerilis ſenſus interior. qui non dum bene ſcit diſcernere inter rem ⁊ rei ſimilitudinẽ. Quod auteꝫ dicis de vitro ideo eſt. quia cuius viſus tranſit per corpus aliquod aerei coloris nõ aliter impeditur aſſumere ſimilitudinem coloris quem vltra videt. ꝙ̃ cum tranſit per aera. niſi inq̃ntum illud corpus quod trãſit ſpiſſius aut obſcurius eſt aere. vt cũ tranſit per vitrum ſui coloris. i. cui nullus alius admixtus eſt color. aut per puriſſimam aquam. aut per criſtallum. aut per aliquid ſimilem habens colorem cum vero tranſit idem viſus per alium colorem vt p vitrum non ſui coloris ſed cui alius color eſt additus: ipſum colorem qui prius occurrit accipit. Quapropter quoniam poſt vnum acceptum colorem ſm ꝙ illo affectus eſt: alium quicũqꝫ occurrat. aut nullatenꝰ aut minus integre ſuſcipit. ideo illuꝫ qui prius cepit aut ſolum aut cum eo qui poſt occurrit renũciat. Si enim viſus quãtuꝫ capax eſt coloris tantum afficitur priori colore: non poteſt alium ſimul ſentire colorem. Si autem minus ꝙ̃ colorem ſentire poſſit afficitur priori poſt alium ſentire. vt ſi tranſit per aliquod corpus velut per vitrum. quod ita ſit perfecte rubicundum vt omnino viſus afficiatur eius rubore. neqđ diuerſo ſimul affici colore. Si autem non tam perfectũ inuenit ruborem: qui prior occurrit quãtum coloris capax eſt quaſi non dum plenus adhuc alium valet aſſumere colorem inq̃tum eius capacitas priori colore non eſt ſaciata. Qui autem hoc neſcit putat viſum renunciare. quia omnia que poſt aſſumptum coloreꝫ ſentit: aut omnino aut aliquatinꝰ eiuſdem ſunt coloris. vnde contingit vt ſenſus exterior culpam ſuã imputet ſenſui interiori. Similiter cuꝫ baculus integer cuius pars intra aquaꝫ ⁊ pars extra putatur fractꝰ non culpa ſenſuum eſt qui renunciant quod poſſunt quoniam ita poſſe acceperunt: ſed iudicio anime imputandum eſt. ꝙ non bene diſcernit quid illi poſſint. aut quid debeant. hec Anſel. ¶ Itẽ queritur an poſſit eſſe falſitas in intellectu. auguſtinus de vera religione. Ego vnus ſum. ⁊ hoc loco ſentio corpus meũ. ⁊ tamen figmento cogitationis pergo quolibet ⁊ loquor cum quolibet. falſa ſunt hec nec quiſq̃ intelligit falſa. Non ergo intelligo cum iſta ꝯtemplor quia verum eſſe oportet quod intellectu cõtemplor. Cum ergo ea que fiunt in intellectu fiant in intelligendo: cũ falſitas non poſſit intelligi. non poteſt fieri in intellectu. ¶ Contra. auguſtinꝰ: lux vera eſt qua hec omnia non eſſe vera cognoſcis. ſed conſtat ꝙ illa eſt prima veritas que eſt lux ſolius intellectus. Intellectu ergo cognoſcuntur predicta falſa non eſſe vera: ergo intellectus apprehendit ipſa falſa. quomodo igitur ſi falſa ſunt in intellectu: non erit falſitas in eodem. ¶ Item nonne contingit errare contra intelligibilia que non percipiuntur ſenſu vt cõtra diuina. ergo falſitas erit in intellectu: non ſolum apprehendendo ſed credendo vel aſſentiendo. ¶ Reſponſio. rectitudo eſt principium cognoſcendi rectum ⁊ obliquum. ⁊ ars principium cognoſcendi virtutem ⁊ vicium. ⁊ lux pͥncipium cognoſcẽdi luminoſum ⁊ tenebroſum. ⁊ ſe lucem ⁊ tenebras: non tamen obliquitas eſt ī recto nec vicium in virtute nec tenebre in luce. ſic lux recti intellectus que eſt veritas eſt principium cognoſcendi tenebras falſi. Nec ſequitur falſitatem eſſe in intellectu: quia non cognoſcitur per ſe ſed per accidens hoc eſt per aliud ⁊ illud eſt verum ſicut obliquum cognoſcitur per rectum inq̃tum eſt per declarationem a recto. Et q̃tum ad hoc patet reſponſio ad primo obiectum. ¶ Ad ſecundum dicendum. ꝙ eſt intellectꝰ rectus: ⁊ non rectus. rectus eſt cum eſt ad quod eſt. ſcilicet ad cognoſcendum rem ſm ꝙ eſt. vnde intellectꝰ dicitur ab intus loquendo quia intuetur prout ſe habet veritas interius: non prout apparet exterius. ⁊ hͦ modo nihil contemplamur intellectu quod nõ ſit verum. Intellectus non rectus eſt. cum incidit in quod natus non eſt. non eſt autem natus vt iudicet per rei apparentiam ad hoc enim nata eſt fantaſia que dicitur a phanos quod eſt apparitio. que ſcilicet nata eſt ad diſcernenda ea que apparent. cuꝫ ergo hoc modo iudicat intellectus: iam eſt non rectus ſed fantaſticꝰ. ⁊ in eo contingit eſſe errorem. vnde Auguſtinꝰ de vera religione dicit. ꝙ hoc modo fantaſmata dici ſolẽt vnde anima mea impleta eſt illuſionibus.

## Mẽbrum terciũ

Poſtea queritur de cauſa falſitatis. An ſit in re an ī rei ſimilitudine. Ad quod auguſtinus in libro ſoliloquioꝝ. quod oculi vident non dicitur falſum niſi habeat aliquẽ ſilitudinẽ veri. vt homo queꝫ videmus ī ſomnis non eſt verus homo ſed falſus: eo ipſo ꝙ habet veriſimilitudinem. ⁊ ſic de alijs. Similitudo ergo rerum mater ẽ falſitatis. ¶ Item in eodẽ. apparet

in omnibus ſenſibus ſimilitudine lenocinãte nos falli. ⁊ eas res falſas nominamus: quas veriſimiles deprehendimus. ergo ⁊c. ¶ Item in eodem. dubitari nõ poteſt eſſe falſum quicq̃ niſi veri imitatione. ¶ Contra obijcit auguſtinus. imago in ſpeculo deprehenditur eſſe falſa. eo ꝙ nõ tenet nec viuit nec ſonat. ¶ Itẽ homines quos videmus in ſomnis tenere loqui ⁊ viuere. ſi poſſent teneri viuere ⁊ loqui. ⁊ ab illis quos videmus vigilantes non differrent: veri homines eſſent. ſed ex hoc ꝙ differunt ⁊ diſſimiles ſunt: veri homines non ſunt. veri aut eſſent ſi nõ eſſent diſſimiles Similitudinem igitur veritatis matrem ⁊ diſſimilitudinem falſitatis fatendum eſt. ¶ Item auguſtinus de vera religione. falſitas ex his eſt que imitant̃ vnũ non inq̃tum illud imitantur. ſed inq̃tum implere nõ poſſunt. ⁊ loquitur de primo puta vno quod eſt p̃mũ principium. Sed inq̃tum non poſſunt implere diſſimilia ſunt illi vni: relinquitur ergo ꝙ diſſimilitudo mater erit falſitatis. ¶ Itez auguſtinus ibidem dicit ꝙ prima veritas eſt ſumma ſimilitudo principij. qua nulla eſt diſſimilitudo ex qua falſitas oritur. ¶ Itez obijcit auguſtinus ĩ ſolilo. cum conſidero illud quod falſum vocamus. conſidero aliquid ſimile habere veri. ⁊ aliquid diſſimile. aut ergo nominatur falſum ex eo ꝙ ſimile aut ex eo ꝙ diſſimile. Si ex eo ꝙ diſſimile nihil eſt quod falſum dici non poſſit. nihil enim ẽ qđ alicui diſſimile non ſit. Si ex eo ꝙ ſimile: qua reclamant que ex eo vera ſunt quo ſimilia. ¶ Item auguſtinus in eodem. ſi quis dicat lapidem eſſe argentuz dicit falſum. nec ex hoc ꝙ lapis habeat argenti imitationem aliquam vel ꝙ videatur argentum ⁊ non ſit. falſum igitur dicitur non habens veri imitationem aliquam. ¶ Item ſi falſum dicitur propter ſimilitudinem veri cum non ſit verum. ſicut dicitur plumbũ falſum argentum quod aſſimilatur argento: ⁊ nõ eſt argentum. ¶ Nũquid querit auguſtinus poteſt dici argentum falſum plumbum: quod tamen aſſimilat̃ plũbo ⁊ non eſt plumbum. ¶ Reſponſio ſcḋm auguſtinuz ꝙ ſimilitudo ſimilis inq̃tum hmõi mater ẽ veritatis. vnde prima veritas eſt ſũma ſimilitudo vnitatis principij. que ſicut ipſe dicit id implere potuit ⁊ id eſſe qđ eſt ipſa. que illud ſicut eſt oſtendit. vnde ⁊ recte ⁊ verbum ⁊ lux eius dicitur. Cetera illius vnius ſimilia dici poſſunt inq̃tum ſunt ⁊ in tantũ vera ſunt. hec aũt ipſa eſt eius ſimilitudo. ⁊ ideo veritas. vt enim veritate prima ſunt que vera ſunt. ⁊ ſimilitudine ſimilia ſunt: quecũq3 ſimilia ſunt. ⁊ inq̃tum vera ſunt: illius principalis vnius ſimilia ſunt. vnde auguſtinus ĩ ſolilo. falſum eſt quod a veri ſimilitudine longe eſt. ſed tamen habet ad verum nõnullam imitationẽ. Idem de vera religione. corpora in tantũ fallunt: inq̃tuz nõ implent illud quod conuincũtur imitari. ¶ Ad auctoritates hincinde obiectas iam patet reſponſio. ꝙ nõ diſſimilitudo tm̃ nec ſimilitudo mater eſt falſitatis: ſed diſſimilitudo eius quod eſt ſimile inq̃tum huiuſmodi. ¶ Ad illud võ quod obijcit. de illo qui dicit lapidem eſſe argentum. qui dicit falſum: ⁊ tamen non eſt ſimilitudo lapidis ad argentum. Dicendũ ſcḋm auguſtinum ꝙ eſt falſitas dicti vel enunciationis vel rei ⁊ ideo ſimilitudo eſt in dicto vel enunciatione. quia ſicut dicit auguſtinus. falſa enunciatio imitatur veras ſententias. que ſi non creditur: eo ſolo imitatur quod ita dicitur. ꝙ ſi ei non creditur: eſt tm̃ falſa non etiam fallens. ſi autem fidem impetret: imitatur creditas veras. ¶ Ad vltimum quod querit. dicendum ſcḋm auguſtinum in ſolilo. non dicitur argentum falſum plumbum. quia argentum melius eſt ⁊ quaſi in contumeliam id dicitur. plumbi autem velut honor eſt: ſi falſum argentum vocetur. Similiter imago dicitur falſus homo. non homo falſa imago: quia ſicut ipſe dicit falſum eſt quod ad ſimilitudinem alicuius accomodatum eſt. nec id tamen eſt cuius ſimile apparet. non autem homo ad ſimilitudinem hominis imaginis ſed econuerſo. eſſe enim ad imitationem alicuius dicit dignitatem in illo ad cuius imitationem dicitur.

## ¶ Membrum quartum

Deinde queritur an falſum ſubſtantificetur in vero. Ad quod ſic. falſum dicitur de eo quod omnino nõ eſt. ſed illud qđ omnino non eſt nõ ſubſtantificatur nec eſt ſubſtantificabilis in aliquo. ergo falſuz huiuſmodi non ſubſtantificatur in vero. ¶ Item ſi falſum opponitur vero oppoſitum ſubſtantificatur in oppoſito. ¶ Contra. ſicut ſe habet bonum ad malum ſic verum ad falſum. Si ergo vt dicit beatus dyoniſius đ diuinis nominibus bonum ſubſtantificat ſuam priuationem ſui participatione quod eſt malum: omnino enim bono abeunte non erit bonum neq3 mixtum neq3 malum ergo ſimiliter verum ſubſtantificabit ſuam priuationem que eſt falſum. ¶ Item auguſtinus in ſolilo. Tragedus qui repreſentabat alienas perſonas in theatris non eſſet falſus hector ſi nõ eſſet verus tragedus. Similiter equus pictus non eſſet falſus equus niſi eſſet vera pictura. Similiter non eſſet falſa enunciatio niſi eſſet vera locutio. ⁊ ſic in omnibus alijs. omne ergo falſum ſubſiſtit in aliquo vero. ¶ Reſponſio. concedo ꝙ falſum ſubſtantificetur in aliquo vero. quia ſicut dicit auguſtinus. res que omnino non eſt: non poteſt dici falſa. ſi enim falſum eſt omne: ergo falſum ſubſiſtit in ente. Sed omne ens ẽ verum. quia conuertuntur verum ⁊ ens. ergo omne falſum ſubſiſtit in vero. ¶ Ad illud quod obijcit primo ꝙ falſum dicitur de eo qđ omnino non eſt. reſpondendum per interemptionẽ quod patet. quia falſum dicitur aut in enunciatione aut in re. Si in enunciatione falſum ſubſiſtit in ſermone: quod habet verum eſſe ſermonis q̃uis non habeat verum eſſe ſignationis. Si in re dicitur: tunc dicitur de aliquo quod eſt in imitatione alicuius. ſed illud non eſt vt equus pictus falſus equus: ſed vera pictura. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ falſum opponitur vero. generaliter tamen falſum non opponitur vero in quo ſubſiſtit. ſed opponitur vero in quo non ſubſiſtit. vt falſus equus non opponitur picture equi: ſed vero equo. immo ſicut dicit auguſtinus in ſolilo. in hmõi ad ſuum verum eis prodeſt ꝙ ad aliud falſa ſunt. ¶ Nam vnde vera hominis in ſpeculo imago. ſi non eſſet falſus homo. aut vnde pictura eſſet: ſi falſus equus non eſſet.

## Membrum quintum

Reſtat nunc querendum. an prime veritati opponatur falſum. Ad quod ſic. ſũme bonitati non opponitur malum: ergo ſumme veritati non opponitur falſũ nec aliud. igitur ⁊c. ¶ Item ſi opponitur. ergo aliquo genere oppoſitionis: non ſicut affirmatio ⁊ negatio vt aliquid ⁊ nihil. ¶ Nam negatio nullum ens ponit falſum. aut habet ens ſubſiſtens ſicut dictum eſt ſcḋm auguſtinum. relinquitur igitur ꝙ prime veritati non opponitur falſum. vt affirmationi negatio. ¶ Item nec vt priuatio habitui. quia prima veritas ſicut dicit auguſtinus eſt ſimilitudo ſumma. in qua nulla eſt diſſimilitudo a qua falſitas orit̃. ergo nulla eſt ei priuatio oppoſita. Preterea ſi eẽt habit⁹ priuabil'. eẽt mutabil': qđ ẽ falſũ. ¶ Itẽ nec ſic ↄtraria. q2 ↄ̃tria nata ſunt

fieri circa idem. ergo circa idem ſubiectum eſſet falſi
tas ⁊ prima veritas. caderet igitur in deo falſitas qđ
eſt impoſſibile. ¶ Item nec oppoſitione relationis.
quia vnum relatiuorum ponit alterum. veritas v̄o ⁊
falſitas ſe remouent. nullo ergo modo veritati prime
opponitur falſitas. ¶ Contra ſicut ydolum ⁊ deꝰ op
ponuntur in ſcriptura. ita veritas ⁊ mendacium. ps
Queritis mendacium. i. ydola que vana ſunt ⁊ a ve
ro eſſe aliena. Similiter hiere. viij. apprehenderunt
mendacium. glo. mendacium dicūtur ydola. ergo ve
ritas prima habet oppoſitionem cum mendacio. ſed
mendacium illud falſitas eſt: ergo habet falſitatem
ſibi oppoſitam. ¶ Item dicit phus falſum dicitur eſſe
vmbra vel ſantaſma rei. ſed he creature ſunt vmbre ⁊
fantaſmata reſpectu veritatis increate. cum ergo co
luntur: ſicut inter vmbram et lumen eſt oppoſitio et
fantaſma ⁊ ſpeciem veram: ita erit hic oppoſitio tan
ꝙ falſitatis ad veritatem quia falſum dicitur vmbra
ergo habet ſibi oppoſitam falſitatem. ¶ Solutio ſm
quoſdam dicendum eſt. ꝙ falſitas eſt oppoſita verita
ti prime. vnde dicitur deutro. x. Ne forte decepti fa
ciatis vobis ſculptam ſimilitudinem ⁊ imaginē. hec
ſimilitudo eſt mater falſitatis cum ipſa eſt deficiens.
¶ Ad rationem in contrarium dicendum ꝙ non eſt
omnino ſimile de ſummo bono ⁊ de vero. Nam ma
lum dicitur dupliciter. Uno modo quia deficiens in
bono. Alio modo dicitur quia pōt nocere bono. Qđ
ergo dicit auguſtinus. ꝙ ſumme bonum non eſt ma
lo oppoſitum. intelligitur ꝙ̄tum ad illam rationem q̄
dicitur malum quod poteſt nocere: quia ſummo bo
no nihil poteſt nocere. Sed alio modo dicitur maluꝫ
oppoſitum bono quia ſcilicet deficit a ſummo bono.
falſum autem dicitur ſemper opponi vero quia defi
cit: ⁊ nō ꝙ poſſit nocere. ⁊ ideo licꝫ poſſet dici aliquo
modo malum non opponi ſummo bono: tamē falſuꝫ
opponitur ſummo vero. ¶ Ad ſecundo obiectum di
cendum. ꝙ oppoſitio veri ad falſum eſt. non ſicut af
firmationis ⁊ negatōnis ſimpliciter vt eſt aliquid q̄
ſi nihil: ſed ſicut affirmationis ⁊ negationis in gene
re. vt homo ⁊ nonhomo eſt terminus infinitus. ſicut
dicitur falſus deus ſiue falſum numen opponitur ve
ro deo. vt cū dicitur nonhomo: non negatur ens ſim
pliciter: ſed ens homo. ita cum dicitur falſus deꝰ nō
negatur ens ſimpliciter ſed ens deus. vt vnde falſus
deus ens aliud ꝙ̄ deus. Sed melius videtur eſſe dicē
dum. ꝙ ſummum verum dupliciter conſideratur. ſci
licet in ſe: et vt participatur a creatura. ſummo ergo
vero primo modo non opponitur falſum aliquo mo
do. quia ſm hoc nihil eſt in ipſius imitatione. falſum
eſt autem ſicut dictum ē quod eſt longe a ſimilitudine
veri: dum tñ habeat ad verum nōnullam imitationē.
Secundo modo prout conſideratur in participatio
ne ſm quā creatura eſt in imitatione ſummi veri. di
citur opponi falſum ſicut luci opacum vel obliquo re
ctum. ⁊ reducitur hec oppoſitio ad oppoſitionem pri
uationis vel habitus. non ꝙ habeat eſſe circa diuinā
naturam: ſed circa naturam que habeat eſſe in par
ticipatione veritatis prime. ⁊ ex participatione eſt ei
habitus ex defectu participationis ad quam nata eſt
priuatio que eſt falſitas.

## ¶ Queſtio. xvij. de boni tate diuina.

Illuſtrante gra
tia xpi poſt inquiſitionem de vnita
te ⁊ veritate diuina inquirendum ē
de bonitate ⁊ primo increata conſe
quenter de creata. Ad intelligentiaꝫ
faciliorem ⁊ perfectiorem inquirenda ſunt hec de bo
nitate intētionis.
Primo ſi oīno ſm ratōeꝫ intētōis ſit idē bonū ⁊ ens.
Scđo vtꝝ ſit idē ſm ratōeꝫ intētōis pulchꝝ ⁊ bonū
Tercio an intētō boni dicaꝛ ſm intētōeꝫ cauſe finaꝛ.
Quarto vtꝝ eadem ſit bonitas in omnibꝫ rebꝫ.
Quinto que ſint differētie boni.
Sexto de ꝯueniētia bonitatis ī bonis.
Septimo an notio ⁊ amor ſummi boni ſint nobis a
conditione indita ⁊ impreſſa menti.
Octauo an ſummū bonū dicat additōeꝫ ad bonū.
Nono vtꝝ a ſūmo bono fluāt oīa ſm rōꝫ bonitatis.

## ¶ Membrum primum

Ad primum quo queritur. Si oīno ſm
rationem intentionis ſit idem bonuꝫ ⁊
ens. Qꝛ ſic videtur. qđ per ſe ⁊ per ſuā
intentioneꝫ appetitur ⁊ optatur eſt per
ſe bonum ⁊ ſm intentionem. quia ſicut dicit Boeciꝰ
in libro de conſolatione omnium expedendorum ſum
ma atq; cauſa eſt bonum. Qđ enim nec re nec ſimili
tudine nullum ī ſe retinet bonum. id expeti nullo mo
do poteſt. cum ergo omnia boni gratia expetentur. re
linquit quaſi deſcriptionem. ꝙ bonum eſt quod deſi
deratur ab omnibus. cum ergo eſſe ſm ſe ⁊ ſm ſuam
intentionem deſideretur ab omnibus: eſt idē eſſe ſm
intentionem quod bonum. Qꝛ autem ſm ſe appetatuꝛ
eſſe. probatur per auguſtinum in libro de lib. arbi. cō
ſidera quātum potes. ꝙ̄ magnum bonum ſit ipſum eē
quod ⁊ beati ⁊ miſeri volunt. ¶ Item ſi dicat aliquis
mallem non eſſe ꝙ̄ miſerum eſſe ⁊ ita non per ſeipſum
appetitur. Contra obijcit auguſtinus. qui dicit mallē
hoc ꝙ̄ illud. aliquid eligit. non eſſe autem non eſt ali
quid ſed nihil: ergo inconuenienter dicitur mallē nō
eſſe ꝙ̄ miſerum eſſe. ¶ Item qui eligit ſe non eſſe: con
uincit ſe nihil eligere. ergo non eſſe nō poteſt eligi vꝉ
optari per ſe. igitur optatur eſſe. ¶ Item ſi obijciatur
de illis qui ſe interimunt ex impatientia vel deſpera
tione. nam illi videntur optare non eſſe: reſpōdet au
guſtinus in codē. Nemo cum ſeipſum necat aut quo
libet modo mori cupit. habet in ſenſu ꝙ poſt morteꝫ
non ſit futurus. etſi aliquātulum hoc in opinione ha
beat. nam opinio aut in errore aut in veritate ratio
cinantis vel credentis eſt. ſenſus autem aut conſuetu
dine aut natura valet. poſſe autem fieri vt in opinio
ne ſit aliud: in ſenſu aliud. quod ex hoc cognoſci faci
le eſt. quia plerūq; aliud faciendūꝫ eſſe credimus ali
ud facere delectat. ¶ Contra auguſtinus. viij. de tri
nitate. ꝙ ſicut duo ſunt verba ꝙ dicitur animus bo
nus: ita ex cis verbis duo quedam intelligo. aliud q̄
animus ⁊ aliud quo bonus. ¶ Item eſſe non recipit
magis ⁊ minus bonū vero recipit. ergo non ſunt idē
eſſe bonum ſm intentionem. ¶ Item Boecius in li
bro de ebdomadibus. intueor ī rebus aliud eſſe ꝙ ſūt
bona: aliud ꝙ ſunt. ¶ Reſponſio. non eſt idem ſm
intentionem ens ⁊ bonum ꝙ̄uis ſcđm rem. tamē mul
tipliciter bonum ſicut ens. vnde ſicut eſt eſſe entis p̄
mum ſcilicet ꝙ eſt eſſe nature. ⁊ ſcđm qđ eſt eſſe ordi
nis ſiue bene eſſe: ſic bonum in creatura ꝙ̄uis in deo
non differat dupliciter. bonum nature quod eſt ideꝫ
ꝙ eſſe nature. ⁊ bonuꝫ ordinis qđ idem eſt in re ꝙ be
ne eſſe primum bonum inſeꝑabile ab eſſe. ſcđm ſeꝑa
bile. Unde auguſti. viij. de trinitate auertēdo a ſum
mo bono. amittit animus vt ſit bonus animus. non
autem amittit vt ſit animus ⁊ cum hoc iam bonū ſit
corpore melius: ratōe tamē differt. quia ens dicit pri
mum intelligibile abſolutum. vt ſine ꝯſideratōe actꝰ
id eſt complemēti vel vtilitatis ſiue ordinis. Bonuꝫ
v̄o dicit ens cū actu. i. cū ꝯplemēto ſiue vtilitate ſiue
ordie. ⁊ ideo addit enti ratōeꝫ appetibilis ſiue deſide
rabilis. nec eſt deſiderabile: niſi inꝙ̄tum ꝯplemētum

ſiue vtile ſiue deſiderabile. ¶ Ad illud quod obijcit.
ꝙ eſſe per ſe appetitur. Dicendum ꝙ hoc per ſe exclu-
dit per accidens. verum eſt ſi per ſe excludit: per aliã
intentionem falſum eſt. ens enim vel eſſe non appeti-
tur niſi inq̃tum conſideratur cum actu ſine vtilitate
vel delectabilitate. ¶ Ad aliud v̓o quod obijcit de in-
terimendo ſe. Dicendum ſm auguſtinum in libro de
lib. arbitrio. cum quiſq; credens ꝙ poſt mortem non
erit. intolerabilibus cum moleſtijs ad cupiditatẽ mor
tis impellitur ſiue cũ arripit mortem in opinione ha
bet errorem omnimode defectionis: in ſenſu ante na-
turale deſiderium quietis. quod autẽ quietum eſt nõ
eſt nihil: imo magis eſt q̃ id quod eſt inquietum. In-
quietudo autẽ variat affectiones ⁊ altera alterã peri
mit. quies autem habet conſtantiam in qua maxime
intelligitur quod dicitur. eſt omnis appetitus ille in
voluntate mortis nõ vt qui moritur non ſit: ſed vt re-
quieſcat intenditur ita vt errore credat non ſe futurũ
natura tamen quietus eſſe. hoc eſt magis eſſe deſide-
rat. per hoc patet reſponſio ad obiecta.

## Membrum ſecundum

Item queritur ſi ſm intentionẽ idem
ſit pulchrum ⁊ bonum. Ad quod ſic be
atus dyoni. in li. de diui. no. Bonum
quod eſt deus laudatur a theologis vt
decorum ⁊ vt decor. vt dilectio ⁊ vt dilectum. decor q-
dem dicitur eo ꝙ ab omnibus entibus vnicuiq; pro-
prius decor ĩpartitur. pulchrum ergo ſiue decorũ di
citur: quia diffuſiuum ſiue diſtributiuũ decoris. ſm
hec eſt ratio boni ſcʒ diffuſiuum ⁊ diſtributiuum. er
go ſm intentionem idem bonum ⁊ decorum. ¶ Item
in eodem. pulchrũ eſt diligibile vt finalis cauſa. pro
pter decorem enim omnia facta ſunt. Sed intentõ fi
nalis cauſe ⁊ diligibilis eſt ratio intentionis boni. g
⁊c. ¶ Item idem decor eſt idem bono quia decorum ⁊
bonum. omnẽ. i. perfectam cauſam omnia affectant.
⁊ non eſt quid entium quod non pticipet decore ⁊ bo
no. ¶ Contra decor dicitur ſm intentionẽ cauſe for
malis vnde in deo ſm intentionẽ exemplaris dicitur
vnde dyoni. pulchrũ eſt exemplar quia ſm ipm om-
nia diſtinguũtur. In creatura v̓o ab eodem dicit̃ de-
corum ⁊ ſpecioſum. a ſpecie que eſt forma rei dicitur
res ſpecioſa. Bonum v̓o dicitur ſm intentionem cau
ſe finalis. ergo non ſunt idem ſm intentionẽ pulchrũ
⁊ bonum. ¶ Item augu. xxij. de ciui. dei. omnis pul-
chritudo eſt partium congruentia cum quadam ſua-
uitate coloris. ergo in ſimplicibꝫ ⁊ ſpiritualibꝫ non
erit pulchritudo ſed in eis bonitas. maxime in deo: ⁊
deinde in ſpiritualibꝫ. Relinquitur ergo ꝙ nõ ſit idẽ
ſm intentionem bonitas ⁊ pulchritudo ſiue pulchrũ
⁊ bonum. ¶ Reſponſio ſm auguſ. in li. lxxxiij. queſt.
cum bonum dicatur dupliciter honeſtum ⁊ vtile. ho-
neſtum dicitur quod propter ſe expetendum eſt: vtile
v̓o quod ad aliquid referendum eſt. honeſtatem autẽ
voco intelligibilẽ pulchritudinem quã nos ſpiritua-
lem dicimus. vtilitatem v̓o diuinam prouidentiam. q̃
propter quamq̃ multa ſint pulchra viſibilia que mi-
nus proprie honeſta appellantur: ipſa tamen pulchri
tudo ex qua ſunt quecũq; pulchra ſunt. nullo modo ẽ
viſibilis. Item multa ſunt vtilia viſibilia. ipa tamen
vtilitas ex qua nobis proſunt quã diuinã ꝓuidentiã
dicimus: viſibilem non eſt. Ex hoc patet ꝙ bonũ ſm
ꝙ dicitur honeſtum dicitur pulchrum. q̃uis bonum
quod dicitur vtile non idem. differt tamen: nam pul-
chrum dicit diſpoſitionem boni ſm ꝙ eſt placitũ ap-
prehenſioni. bonũ v̓o reſpicit diſpoſitionem ſm quã
delectat affectionem. ⁊ ſic differunt ſm intentionem
cauſe finalis. Item intentione cauſe efficientis bonũ
reſpicit quod fluit a cauſa ſm indiſtinctionem. pul-
chrum v̓o quod fluit a cauſa ſm diſtinctionem. vnde
dyoniſius. bonum primum decor dicitur: quia ab eo
omnibus entibus proprius decor impartitur. Item
in ratione cauſe exemplaris ſimili modo bonum di-
cit exemplar ad conuenientiam: inq̃tum finis eſt ve-
lud ars ⁊ regula operanti ad vnum terminum. vnde
beatus dyoniſiꝰ de diuinis nomĩbus. lux intelligibi-
lis dicitur bonum ⁊ ſequitur intellectualia ⁊ ratõna-
lia omnia colligens ⁊ cõglomerans. etenim ſic̃ igno-
rantia diuiſiua eſt errantium: ſic intelligibilis lucis
preſentia collectiua eſt ⁊ vnitiua eſt illuminatorum
⁊ etiam conuerſiua ad vere ens. Pulchrum v̓o dicit
ipſum exemplar inq̃tum ars ad diſtinctionem ⁊ ar
moniam differentium. vnde dicit dyoniſius ꝙ eſt ex-
emplar ſm quod omnia diſtinguuntur. ¶ Ad illud
quod obijcit. ꝙ pulchrum dicitur ſm intentionẽ cau-
ſe formalis. bonum ſm intentionem cauſe finalis. di
cendum ꝙ ſicut forma aliquando dicitur ſm intentõ
nem finis ⁊ recipit intentionem finis inq̃tum ẽ finis
ſiue terminus eſſe: ſic finis accipit intentionem forme
inq̃tum eſt ars ⁊ regula operanti ſm enim finem ar
tifex regulat opꝰ. Simili modo pulchrũ inducit na-
turam boni ⁊ bonum pulchri: q̃uis prima intentio
pulchri magis videatur ſumi ex parte exemplaris ſi-
cut prima intentio boni ex parte finis. ¶ Ad ſecũdũ
dicendum. ꝙ auguſtinus diffinit pulchritudinem vi
ſibilem ſiue corporalem. tamen dicitur de pulchritu-
dine corporali ſenſibili inq̃tum ducit ad intelligibi-
lem ſiue ſpiritualem. ſicut enim pulchritudo corporũ
eſt ex congruentia compoſitionis partiũ: ita pulchri
tudo animarum ex conuenientia virium ⁊ ordinatõ
ne potentiarum. ⁊ pulchritudo in diuinis ex ordine
ſacro diuinarum perſonarum. qua vna perſona non
ab alia. a qua alia per generationem: a quibus tercia
per proceſſionem.

## Membrum tercium

Conſequenter queritur an intentio bo-
ni dicatur ſm intentionem cauſe fina-
lis. Ad quod eſt illud Boecij de conſo-
la. omnium expetendorum ſumma at-
q; cauſa eſt bonũ. cum ergo finis ſit gratia cuiꝰ alia
expetant̃: relinquit̃ ꝙ intentio boni ⁊ finis eſt eadem
vnde deſcriptõ Boecij eſt. bonum eſt qđ deſiderat̃ ab
omnibꝫ. ¶ Contra dyoni. in li. de diui. no. Bonum
vt eloquia dicũt ẽ ex quo oĩa ſubſiſtunt: ⁊ ſunt tãq̃ ex
perfecta cauſa producta. ⁊ in quo omnia ſubſiſtũt: tã
q̃ in omnipotẽti profundo cuſtodita ⁊ cõtenta. ad qđ
omnia conuertũtur: quelibet tanq̃ ad finem ſuum et
quod omnia affectant. Sed ex quo alia ſubſiſtunt di
cit intentionem efficientis. in quo etiam omnia ſubſi
ſtunt: dicit intentionẽ cauſe formalis. ⁊ ad qđ omnia
conuertũtur: dicit intentionẽ cauſe finalis. bonũ igi
tur dicitur ſm intentionẽ cauſe efficientis formalis
⁊ finalis. Qđ ſi eſt: nulla erit diſtinctio que poſita ẽ
in p̃cedentibꝫ. cum tractauimꝰ de intentionibꝫ vniꝰ ⁊
veri. ꝙ vnum dicitur ſm intentionẽ efficientis. verũ
ſm intentionem cauſe formalis. bonum ſm intentio-
nem ſiue rationẽ cauſe finalis. ¶ Item cum Boeciꝰ
deſcribat bonũ ſm ꝙ deſiderat̃ ab omnibꝫ. cum non
conueniat niſi ſũmo bono: nõ ẽ bene aſſignata. ¶ Itẽ
cum alie aſſignentur vt extrahitur a beato dyoniſio.
Bonum diffuſiuum vel cõmũicatiuũ ſui eſſe. ex quo
videt̃ in infinitũ bonorũ diffuſio. Et iterũ bonũ ẽ indi-
uiſio actꝰ a potẽtia. Et iterũ bonũ eſt ſm dyo. ex q̃ oĩa
ſubſiſtũt. ⁊ ĩ q̃ oĩa ꝯſubſtãtiãt̃ alꝰ ꝯſuãt̃ ⁊ ad qđ oĩa
ꝯuertũt̃. que ẽ ratõ huiꝰ diuĩe notificatõis boni. ¶ Re
ſpõſio q: cã finalis ẽ cauſa cauſarũ ſicut ptʒ ĩ inferio-

B. R. L. C. I. R. Z.

ribus. quia finis mouet efficientem. efficiens motus
querit materiam ad opus prout congruit fini. vt ad
finem ſectionis querit ferrum ex quo fiat ſerra. dein-
de imprimit formam in materia ſm intentionem fi-
nis. Inde eſt ꝙ finis induit rationem aliarum cauſa-
rum. que principaliter ſunt cauſe efficientis inquantum
mouet agentem. formalis inquantum regula eſt agentis
ad hoc ꝙ perficiat opus ſuum. finalis vero inquantum cõ-
pletur opus: materialis autem cauſa non dicit eam
que agat ſed de qua agatur aliquid. ⁊ ideo minus ve-
re cauſa ſit cum finis ſit. Bonum ipſum bonum in-
quantum mouet induit ratõnem agentis. inquantum regu-
lat rationem artis vel exemplaris. inquantum complet
eſt in ratione proprie cauſe finalis. ¶ Ad aliud dicẽ-
dum ꝙ intentio boni poteſt conſiderari vel in ratio-
ne finali vel in ratione efficienti vel in ratione forma-
li. In ratione finali bonum eſt qd deſideratur ab om-
nibus. In ratione efficienti bonum eſt diffuſiuuz ſui
eſſe. In ratione formali bonum eſt indiuiſio actus a
potentia. ⁊ hec notificatio expoſita eſt in queſtione de
vnitate ſimul. In ratione omnium dicitur. bonũ eſt
ex quo omnia ſubſiſtunt. ¶ Ad aliud quod obijcit de
hoc. bonum eſt quod deſideratur ⁊c. Dicendũ ꝙ hec
diffinitio abſolute dicta eſt ſummi boni. ſed ſm men-
ſuram bonitatis in vnoquoqz cõtrahitur vt ſic intel-
ligatur bonum in vnoquoqz genere: eſt quod deſide-
ratur ab omnibus illius generis ſicut ſanitas bonũ
eſt quod deſideratur a ſenſibili. Similiter dicenduz
ꝙ bonum eſt diffuſiuum ⁊c. abſolute dicta eſt de ſum-
mo bono: tamen contrahitur ad omne bonum ſubſtã-
tialiter quia in omni bono ſubſtantiali eſt eſſentia a
qua eſt potentia. ⁊ a potentia actio: ⁊ actio reſultat
in finem.

## Membrum quartum

Poſtea queritur an eadem ſit bonitas ĩ
omnibus bonis. Ad qd ſic arguit Bo-
ecius de conſo. philo. omnia vnum de-
ſiderant. ſed vnum ipſuz monſtrauim9
eſſe quod eſt ſummum bonum: cuncta igitur bonum
petunt quod ita deſcribas. Bonum eſt qd deſidera-
tur ab omnibus. ex quo relinquitur ꝙ vnum eſt bo-
num ⁊ bonitas in bonis omnibus. ⁊ illud ſummum
bonum. ¶ Item auguſti. vij. de trinitate. bonum eſt h
bonum eſt illud. tolle hoc tolle illud ⁊ vide ipſum bo-
num ſi potes. ita deum videbis. non alio bono bonũ
ſed omnis boni bonum. ¶ Item auguſtin9 in eodem.
pudeat cum alia non amentur niſi quia bona ſũt eis
inherendo: non amare bonum ipſum vnde alia bona
ſunt. ergo ipſum bonum quod amaẽ eſt in bonis vnũ
¶ Item auguſti. in eodem. cum animus placet nobis
vt eum luci corpore preferamus. non in ſeipſo nobis
placet: ſed in illa arte de qua factus eſt. inde eniz ap-
probatur factus vbi videtur faciendus. hec eſt veri-
tas ⁊ ſimpliciter bonum. ex hoc relinquiẽ. ſi nõ alio
approbatur ⁊ placet quam ſimplici bono. ꝙ non eſt bonũ
niſi primum in bonis. ¶ Item cum dicitur res ẽ bo-
na. aut predicatur prima bonitas: ⁊ tunc habetur ꝓ-
poſitum. aut bonitas alia a prima: queritur ergo de
illa cum ſit ipſa bona. aut eſt bona bonitate prima:
aut alia. erit ergo deducere in infinitum. aut dicetur
ꝙ bonitas que predicatur eſt bona ſeipſa. ſi hoc ergo
eſt prima bonitas. ¶ Item iuxta Boecium de ebdo-
madibus. ſublato primo bono mente et cogitatione
ea que ſunt bona ſunt: nõ tamen ſunt bona. relinqui-
tur ergo ꝙ primum bonum de omnibus bonis predi-
catur cum dicantur bona. ¶ Contra bonum conuer-
titur cum ente: ⁊ bonum eſſe cum eſſe. ſi ergo non eſt
vnum eſſe in entibus omnibus: ergo nec vnum bonũ
vel bonitas ſed differens in omnibus bonis. ¶ Item
ſi conuertuntur eſſe ⁊ bonum. quia quicqd eſt in eo
qd eſt bonum eſt: vt dicit Boecius. Et auguſti. cum
dicitur hoc bonum: eſt qd predicatur bonum qd eſt
deus. ergo ⁊ eſſe quod eſt deus. ergo ⁊ omnia habent
eſſe quod eſt deus qd eſt falſiſſimuz. ¶ Item duobus
modis dicitur animus bonus ſm Auguſtinũ in. vij.
de trinitate. voluntate ⁊ natura. ſed bonitas que eſt
animus bonus voluntate eſt accidentalis nec eſt pri-
ma bonitas. ¶ Item bonitas que eſt bonum natura
ſui generis non eſt prima bonitas. qr illa eſt ſm quã
differt a bonitate corporis. et dicitur animus corpo-
re melior. vnde dicit auguſti. vt ſit animus bonus: vi-
deo agendum eſſe voluntate. non ꝙ idipſum quo ani-
mus eſt non eſt aliquid boni. ¶ Nam vnde iam dicitur
⁊ veriſſime corpore melior. ⁊ conſtat ꝙ vtrũqz multi-
plicatur in creaturis bonis. relinquitur igitur ꝙ plu-
res ſunt bonitates in bonis alie a prima bonitate. et
ꝙ prima bonitas non predicatur cum dicitur hoc eſt
bonum. ¶ Item auguſti. in de li. arbi. ſicut multa et
diuerſa ſunt que in luce ſolis homines vident. lux ta-
men vna eſt: ita multa ſunt bona atqz diuerſa ex qui-
bus vnuſquiſqz eligat ad fruendum ſibi ſummuz bo-
num. ipa tamen lux ſapientie qua hec videri poſſunt
omnibus ſit vna cõmunis. ¶ Reſpondetur ſm di-
uerſos differenter. quidam enim diſtinguunt ꝙ dico
bonum abſolute ⁊ ꝙ dico bonum aliquid tale vel ta-
le: ſicut eſſe abſolute ⁊ eſſe tale ſiue aliquid ſm qd di-
cit porretanus in cõmento libri de ebdomadibꝫ Boe-
tij. exponens illam ebdomodaz diuerſum eſt eſſe ⁊ id
quod eſt. hic cõmemorandum videtur. ꝙ diuerſorum
phõruz in diuerſis facultatibus vſu diuerſo eſſe ⁊ eẽ
multipliciter dicuntur. ¶ Nam ſm theologos diuina
eſſentia quã de deo predicamus cum dicimus. de9 eſt
omnium creaturarum dicitur eſſe. cum enim dicim9
corpus eſt vel homo eſt vl' huiuſmodi: theologici hoc
eſſe dictum intelligunt quadam extrinſeca denomĩa-
tione ab eſſentia ſui principij. non enim dicunt corpo-
ralitate corpus eſſe ſed eſſe aliquid. Et ſimiliter vnũ-
quodqz ſubſiſtens eſſentia ſui principij. predicant nõ
eſſe aliquid ſed eſſe. illa vero que de ipſa ſũt creata ſub-
ſiſtentia ſicut cum corporeitate eſſe ſubſtantiam quã-
tum quale ⁊c. non eſſe abſolutuz ſed eſſe aliquid. Et
ad eundem modum quicquid operante ſummo prin-
cipio eſt eadem principali ⁊ increata eſſentia debent
eſſe: ſuo vero quolibet genere aliquid eſſe. Illorum vero
phariſeorum quibus ſue facultatis genera ſunt ſola
illa que ex principio eſſe ceperunt. alij qlibet illa ora-
tionum ſuarum themata id eſt materias de quibꝫ lo-
quuntur eodem quo debent eſſe debent etiam eſſe ali-
quid. vnde etiam hoc verbum eſt: dicunt de omnibus
equiuoce predicari. Alij vero diuidunt ⁊ ea que ſubſi-
ſtunt dicunt eſſe ſubſiſtentijs ⁊ eſſe aliquid his q̃ ſub-
ſiſtentias comitantur inter valleribus ſcilicet menſu-
ris et qualitatibus. ceteris vero ſeptem generum pre-
dicamentis eadem ſubſiſtentia nec eſſe nec aliquid eẽ
concedunt. Similiter ⁊ nullum horum que abſtra-
ctio mathematica ab his de quibus predicantur di-
uidit vel eſſe vel aliquid eſſe conſentiunt. Ergo cum
dicitur diuerſum eſt eſſe ⁊ id quod eſt eſſe ſm theolo-
gicos quidem intelligitur eſſe id quod eſt principiuz
id vero quod eſt: eſt illud quod ex principio ẽ. Sed ſm
alios philoſophos eſſe ſubſiſtentium ſole illorũ que
predicatur ſubſiſtentie. que vero ſunt ea tantum que il-
las in ſe habendo ſubſiſtunt. ſic ergo ſm theologos ⁊
ſm alios philoſophos recte poteſt dici diuerſum eſt
eſſe ⁊ id ꝙ eſt. Simili modo dicendum de bono. quia
ſm theologos bonitas qua id quod eſt eẽ habꝫ bonũ

eſſe aliqd vel tale vt bona natura. bonus anim⁹. bonum corpus eſt multiplex in bonis et multipliciter in bonis. Scd̃m primum modum diuerſum eſt id quod bonuꝫ ab eſſe bonum ſicut diuerſum eſſe et quod eſt. eſſe enim rerum et eſſe bonum dicitur eſſentia principij et eſſentia finis. id v̕o quod eſt vero ē ip̄a ſubſtantia rei create. ⁊ id̕o non ſequitur ꝙ habent eſſe deus qa hoc modo non eſt p̄dicatio formalis. cum dicitur res eſt bona abſolute: ſed eſt predicatio per denominatōneꝫ a cauſa. ſicut dicitur opus humanum. non quia humanitas inſit operi vel opus idem humanitati ſed humanum quia ab homīe. ita res dicitur bona quia a bono principio vel ad bonum finem. Scd̃m modum ſecundum cuꝫ dicitur hec eſt bona natura vel bonus homo ⁊c̃. eſt predicatio per inherentiam. Scd̃m v̕o philoſophos bonitas qua habet res eē bona et eſſe bonuꝫ tale: eſt bonitas ſue ꝑfectionis. et ē multiplex bonitas in omnibus bonis: tamē propter relatōnem quam habent ad ſummam bonitatem dicitur bonitas: abſolute v̕o ipſa rei eſſentia. ¶ Alijs v̕o viſum eſt aliter dicendum. cum dicitur creatura eſt: ſupponitur duplex eſſe. ſcilicet eſſe creatum quod eſt in creatura: et eſſe deum vt a quo eſt illud eſſe. eodem modo cuꝫ dicit̃ qcqd eſt bonum ſm ꝙ intelligitur de ſubſtantijs: ſic ponit̃ duplex bonitas ſcilicet creata et increata. Bonitas creata vt que ineſt ipſi ſubſtantie. bonitas autem increata vt ad quam om̄is bonitas creata. quia bonitas naturalis cuiuſlibet ſubſtantie nihil aliud eſt q̃ ſubſtantialis differētia. que dicitur bonitas ſm comparatōnem quam habꝫ ad primam bonitatem. id eſt ſm ꝙ eſt ductiua vel ductibilis ad primam bonitatem. ex hoc patet ꝙ circumſcripta prima bonitate. et re ⁊ intellectu nihil eſt bonum vel intelligitur eſſe bonum: ſed aliquid eſt album aliqd rotundum ſicut dicit boecius. Ex hoc patet veritas auctoritatis aug. ſupradicte. quoniam omnis creatura eſt bonum hoc bonum illud bonum. ſi ſublatum fuerit hoc et illud: non remanebit niſi bonum quod eſt deus. ¶ Item ſm hoc intelligūtur amari in arte in qua facta ſunt. cū ſcilicet referuntur ad cauſam ſummam quod eſt primuꝫ bonum. ¶ Preterea. ad hoc quod obijcit cuꝫ dicitur. bonitas eſt bona. aut p̄dicatur bonitas p̄ma ⁊c̃. Dicendū ꝙ in rectitudine p̄dicatur bonitas creata: ſed in obligata increata: quia intelligitur bonitas que eſt ad primaꝫ bonitatem. que aliter dicitur de re bona quod dicit̃ bonum: aliter de bonitate qua dicitur res bona. Cum eniꝫ dicitur hec res eſt bona. p̄dicatur bonitas ꝑ inherentiā quia bonitas ineſt huic rei. Cum v̕o dicitur bonitas huius rei eſt bona: p̄dicatio dicitur ꝑ idemptitatem. Et cū infertur. ergo eſt bona ſeipſa ⁊ non alia bonitate. diſtinguendum: quia ſi qd̕ dicitur de ipſa excludat aliaꝫ bonitatem formalem: verum eſt. ſi excludit aliam bonitatem effectiuam vel finalem: falſa eſt. Et ideo non ſequitur. ergo eſt prima bonitas: ſed ſequitur ergo nō informetur alia bonitate q̃uis ſit ab illa bonitate ad aliam bonitatatem que eſt prima bonitas. Sed cum ens dicatur abſolute ſm intentōnem cauſalem. bonum v̕o dicatur ſm intentōem cauſalem. nō videtur habere veritateꝫ quod inducunt de ente. ꝙ ſcilicet cum de creatura dicitur eſt: intelligit̃ ens primū niſi per ꝯſequentiam quia ſequitur eſt: et nō ens a ſeipſo. ꝗ ab alio et illud eſt ens primuꝫ et ita ens primum intelligitur in ente creato. Sed q̃tū ad primam intentionem boni. intelligitur bonum increatū. quia ſi intelligitur bonum creatum intelligitur bonum per ꝑticipatōnem. in eo ꝙ eſt per ꝑticipatōnem bonum neceſſario intelligitur qd̕ ꝑticipatur bonum: et illud eſt bonum ſummū. Breuiter ergo dicendum ſm Auguſtin. viij. de trinit̃. ſi poteris ſine illis que participatione bona ſunt perſpice ipſum bonum cuius ꝑticipatōne bona ſūt. ſimul enim et ip̄m intelligis et audis hoc bonuꝫ et illud bonum. Dicendum ergo ꝙ bonum ꝑ eſſentiaꝫ eſt idem in omnibus bonis. et illud eſt ſummuꝫ bonū. Bonum v̕o per participatōnem ſiue bonitas differens et ex dictis patet ſolutio ad obiecta mota.

## Membrum quintū. que ſint differentie boni.

Deinde queritur que ſint differentie boni. Nam cum bonum ſequatur ens: in quot differentias multiplicabitur ens ⁊ bonuꝫ ſed ens mltiplicatur ſm genera ergo ⁊ bonum. ¶ Contra. bonum dictum de ſubſtantia de qualitate et quantitate dicitur ſm eandem differentiam boni ſcilicet boni nature: ſed non dicitur ſm eandem differētiam entis. relinquitur ergo ꝙ non erunt eedem differētie entis et boni. ¶ Itē q̃uis vnuꝫ ſequatur ad ens. nō tamen differentie vnius multiplicātur ſm decem genera: immo ſolum ſm quatuor modos. nam ſm ſubſtantiam dicitur idemptitas. ſm quantitatem equalitas. ſm qualitatem ſimilitudo. ſm ſitum et vbi ſimultas: et iterum alijs modis ſicut dictum eſt prius. ¶ Item ſimili modo nec differentie veri multiplicantur ſm differentias generum. immo ſm Anſelmum veritas diſtinguitur in veritate ſigni et veritate rei. Et veritas rei in veritatem que eſt ſeipſa vt veritas diuina. et veritatem que eſt ab alia vt veritas creata. Et hoc multipliciter. nam eſt veritas naturalis. et veritas cogitatoinis. et veritas voluntatis et veritas actionis. Preterea veritas ſigni diuiditur in veritatem complexi: et veritatē incomplexi. Et veritas incomplexi in veritatem vocis et intellectus et yconie ſiue imaginis et actus. pari ergo ratōne nec differētie boni accipiuntur ſm differentias entis ſicut nec differētie vnius et veri. ¶ Item ſi dicatur ꝙ eſt multiplicatō materialis et hoc modo multiplicatur bonum per differentias entis. et eſt alia multiplicatio formalis que multiplicatur per differentias ſue intentōnis. hoc modo diuidit̃ in bonum per eſſentiam et in bonum per participatiōeꝫ et bonum per participatōneꝫ: in bonum nature. bonum ex genere. bonum moris. bonum gratie. et bonuꝫ glorie queritur quare non multiplicatur ſm rationem formalem ſm differentias entis? Si dicatur ꝙ intentio boni addit ad ens comparatōnem ad actum. i. relationem ſiue finem. Et ratione huius comparationis eſt formalis multiplicatio boni. Contra. obijcitur de poſitis differentijs. Nam omnes differentie cauſarum incidunt ī predictis differentijs boni. Nam bonitas prime cauſe ē bonitas per eſſentiam. bonitas v̕o cauſati eſt per participationem: ſed per comparationeꝫ ad efficiens dicitur bonum nature. ſic enim res bona dicitur: quia a bono vt dicit Boetius per comparationem ad efficiens dicitur bonum in genere. Naꝫ forma actionis contracta ad materiam propriam dicitur bonum in genere. vt paſcere eſurientem. per comparationem ad cauſam formaleꝫ que eſt ſm circumſtantias et modum actionis. bonū moris ſm virtutes conſuetudinales. et bonum gratie ſm virtutes gratuitas per comparationem ad finem bonuꝫ gratie. non ergo differentie boni accipiuntur ſm comparationem ſiue intentioneꝫ cauſe finalis tm̄: immo ſm comparationem ad omnia genera cauſarum. ¶ Iteꝫ cū aſſignantur differentie boni tres ſcilicet honeſtum vtile delectabile. quomodo accipiuntur cum precedentibus. ¶ Item auguſtinus in libro de libe. arbit̃. diſtinguit bona. maxima. magna. minima. et maxima virtutes: minima ſpecies inferioris quarumlibet: magna potentie anime. quomodo cum precedentibus differentijs ſe habebunt? Reſponſio ſm ꝙ dicit ꝯmentator libri Boecij de ebdomadibus. Bonum duob⁹ modis dicitur. abſolute: et in comparatōne. Abſolute bonum dicitur quod ſm ſe bonum: ſicut deus. vel hec res dicitur in ſe bonū. in comparatione quod eſt bonum ſm vſum. hoc eſt cuius vſus eſt bonus. quemadmodum deus dicitur bon⁹ nobis vel panis bonus dicitur eſurienti. accipiunt̃ ex-

go differentie boni ſm ꝙ conſideratur abſolute q̃tū ad rem cuius eſt. et hoc modo aſſignantur ſm differentem rationem indiuiſionis actus a potētia que eſt abſoluta ratio boni aut ergo indiuiſio actus et potentie que ſunt idem. hoc modo ē indiuiſio bonitatis in deo in quo idē actus. id eſt perfectio et complementum et potētia. Aut eſt indiuiſio actus ⁊ potentie que ſunt diuerſa vt ī creatura. Aut ergo eſt indiuiſio actus et potentie ſm ꝙ eſt. id eſt ſm eſſe rei aut actionis. ſm ꝙ actio: aut actus qui acquiritur rei per actōnem. Si eſt indiuiſio actus a potentia ſm ꝙ eſt et ſic eſt bonum nature. et ſi eſt actōnis ſm ꝙ actio ſic eſt bonum ex genere. Nam forma actionis generalis contracta ad materiam dicitur bonū in genere: vt paſcere eſurientem. Si eſt actus rei qui acquiritur per actionem. aut igitur acquiſitio illius actus ſiue perfectōnis principiū habet in nobis. aut extra nos aut habet partim in nobis. Si habet principium in nobis ſic eſt bonum moris. id eſt virtutis pollicite quod acquiritur voluntaria conſuetudine. Si habet principiū extra nos: ſic eſt bonū glorie qd a ſolo deo hʒ p̄ncipium. ſi hʒ p̄ncipiū intra nos et extra: ſic ē bonū grē. ſic eñ dicit beatus bern̄. de gratia ⁊ li. ar. tam abſq̧ conſenſu recipientis q̄ abſq̧ gratia dantis. ⁊ loquitur de gratia ſm ꝙ in adultis. nam ad hoc requiritur infuſio ex parte di: et conſenſus ex parte liberi arbitrij. quemadmodum in paruulis miniſterij ſacramenti ex parte hominis ⁊ operatōne indiuiſibilis dei. Scđm vͦ ꝙ bonum conſideratur ſm vſum. duobus modis contingit. nam conſideratione generali boni ſiue creati ſiue increati: accipiuntur differentie iſte honeſtum delectabile vtile. ſed honeſtum dicit diſpoſitōnem ſm quam vſus boni mouet rationabilem. quia ſicut dicit auguſti. honeſtas eſt pulcritudo intelligibilis. delectabile: diſpoſitōnē ſm quam mouetur concupiſcibilis. vtile: diſpoſitōnem ſm quam mouetur iraſcibilis. vtile enim includit arduum et difficile ⁊ hmōi. Ardua enim ⁊ triſtabilia conferentia vt ſectationes ⁊ huiuſmodi que conferunt ad ſanitatem ex quadā ſtrennuitate et ſm vigorē animi appetim⁹. et hoc appetitu iraſcibilis. Item ꝯſideratione ſpeciali ſm ꝙ vſus boni coartatur ad bonum creatum. accipiuntur differentie boni ſm aug. de li. arbi. in maxima in minima ⁊ in media. Nam bonum quo non cōtingit male vti ſunt virtutes ⁊ ideo maxima. Bonum vͦ quo ꝯtingit bene et male vti ⁊ tamen nō vtuntur ſunt ſpecies corꝑales. Bona vͦ quibꝫ eſt bene et male vti ⁊ tamen vtunt̄ alijs ſunt potentie anime. Concedendū igitur. ꝙ non accipiuntur differentie boni formaliter ſm differentias entis et hoc quia bonum addit intentōnē cauſe finalis. ¶ Ad illud ergo quod obijcit. ꝙ ſm intentōnem finis nō accipiūtur predicte differentie. dicendum ꝙ immo. nam bonū aut eſt finis ⁊ ſic eſt bonum per eſſentiam. aut eſt ad finem. et ſic eſt per participatōnem. Et ſi ad finem. aut ergo ſm id quod ſumus. ⁊ ſic eſt generalis diſpoſitio in om̄i creatura: ⁊ ſic eſt bonum nature. aut ſm id ꝙ bene ſumus: et hec eſt diſpoſitio rationalis creature. aut ergo in finem ſm quandam poſſibilitatem additam voluntati que eſt ex bono in genere. aut eſt ſm ſuꝑadditam quandam diſpoſitōnem vt diſpoſitio virtutis pollitice. aut ſm quandam neceſſitatem. et ſic eſt bonum gratie. diſpoſitō enī gratie in voluntate eſt. ſicut diſpoſitio neceſſitatis in materia ad ſuſceptōnem forme. aut ſm vltimam completionem et informationem ſic eſt bonum glorie. ¶ Ad illud vͦ quod obijcit dicendum. ꝙ actus ſumptus ſm quatuor cauſas non pertinet ad bonum niſi ſm comparationem quam habet vnaquaq̧ cauſa ad cauſam finalem. Cauſa enim finalis ratio eſt aliarum cauſarum. faber enim ſerram facit de ferro acutam. quare de ferro: q̄a aptior eſt ad ſecādū. quare acutā: quia ad ſecandum. cauſa igitur materialis ⁊ formalis. ſm finalem. ſimiliter efficiens: nam finis mouet efficientem.

## Membrum ſextum

Queritur conſequenter de conuenientia bonitatis in bonis. et videtur ꝙ nō poſſit eſſe commune ſm aliquid rei. dictum enim de ſummo bono eſt idipſum. quia ſicut dic auguſtinus in libro de trinitate. non eſt in deo alterum eſſe deum. ⁊ eſſe bonum: vel eſſe et eſſe bonum. ergo bonū dictum de deo eſt indifferens illi: ergo non poteſt eſſe cōmune in ſummo bono et in creato bono: ſicut nec hoc ipſum deus. ¶ Item ſi eſt ꝯmune. ergo eſt accipere quod ē commune ⁊ quod eſt ꝓprium: ergo compoſitionē quandam. ¶ Si forte dicas bonum eſſe ꝯmune ſm communē habitudinē ad conſimilem effectū in creaturis. ⁊ ſic bonum non oportet ponere in primo niſi eſſentiam ipſam. ſed preter hoc habet quandam relationem ad quandam effectum in creatura. Contra. ſi bonum eſt ex hac ratione commune: ſed eque ſe habet creatura ad ſuam effectionem ſicut deus ad ſuam: ergo bonum aliqualiter participabile. quia ſicut ab hac egreditur ita ab illa. ¶ Item ſm hoc bonum trahit rationem a poſteriori ſcilicet ab effectu. cum aliter determinnetur intentiones ſm ꝙ ſummum bonum ſicut bonum per ſe: et ꝙ illa ſunt bona ab ipſo. Propter hoc aliter dicendum eſt in bono. et in his que non manifeſte exprimunt actum inſpicientem creaturā ſpecialiter. ⁊ aliter in illis qui exprimunt. in illis enim eſt ꝯmunitas ſm ꝯparationem aut habitudinem q̄ eſt in effectu. vt in illis que cōnotantur. vt punit. iuſtificat. iſta non ſunt contraria niſi q̃tum ad effectum cōnotatum vnde punit dictum de deo nihil copulat creatum ſed connotat. dictum de creatura copulat quod pri⁹ connotat: ſed in illis qui non exprimunt aliter eſt communitas preter predictam: quia per ſe et propter ſe conuenit deo. creaturis ſm ꝙ ab ipſo ⁊ ad ipſum. et hec eſt cōmunitas ſm prius ⁊ poſterius. et hoc manifeſtum eſt. quia oblique intelligitur in illo. Bonum enim de deo dicitur quia finis bonum. de creatura quia per ordinationē habet ad finem ſicut ens: ſed prius de ſubſtantia que eſt ꝑ ſe ens: ſm poſterius de accidente quod eſt per ſubſtantiam. et ita indirecte ⁊ per poſterius de creatura. et ibi eſt accipere commune et propriū q̃tum ad modum dicendi.

## Membrum ſeptimum

Conſequenter queritur. an notio et amor ſummi boni ſint nobis a conditione indita et impreſſa menti. omnes enim volūt eſſe beati. ſed beatitudo eſt ſummum bonū vt dicit boecius de conſolatione: ergo om̄es volunt ſummum bonum. ergo amor ſummi boni eſt omni rationali nature impreſſus. ¶ Item bonum ſummum eſt quod deſideratur ab omnibus ſed quod omni conuenit eſt imp̄ſſum nature: ergo deſiderium et amor ſummi boni eſt impreſſus nature. ¶ Item auguſ. ij. de li. ar. anteq̄ꝫ beati ſumus impreſſa eſt nobis notio bonitatis. per hanc ſcim⁹ et ſine vlla dubitatōne dicimus beatos nos eſſe velle. nemo autem beatus eſt niſi ſummo bono: ergo notio ſummi boni ⁊ btitudinis eſt nob imp̄ſſa. ¶ Item boe. in li. de ꝯſolatōne. om̄s hoīes boni ⁊ mali pariter indiſcreta intentōne ad bonū ꝑuenire nitūtur. Cont̄. om̄is voluntas directa ad id ad qd nata ē: recta ē laudabilis. ſi g̊ voluntas ⁊ intentō rōnalis ē ad summū bonū nata: cū om̄is volūtas ſiue bonoꝝ ſiue maloꝝ ſit nata ad ſūmū bonū g̊ oīs volūtas ſiue oīm volūtates ſūt rcte. qd ē maifeſte falſum. ¶ Itē igrantia veri boni inuenit̄ in mltis. g̊ ſil' erit ſuba et igrantia boni. Reſ̄ſio ſm boeci. de ꝯſo. Summum bonum qd eque bonis ⁊ malis ꝓpoſitū eſt. boni q̄dem natali officio vͦtutū petūt: mali vͦ per malā cupiditatē. quod naturale officiū adipiſcēdi boni nō ē idipm q̄ conat̄ adipiſci. amor g̊ ⁊ notio ſūmi boni nob imꝑſſus

eſt ſm habitum et ſenſum nature ꝗuis a bono ꝯtingat aberrare et deuiare ſm opinionem et appetitum elationis praue. ¶ Ad illud quod obijcit diſtinguendum ſm dam. ꝙ eſt voluntas naturalis ſm quam omnes recte appetunt ſummum bonum. ⁊ voluntas electiua ſiue cōſiliatiua ſm quam eligitur quod nō eſt ſummuꝫ bonū et prefertur ſummo bono: et ideo eſt non recta. In malis ḡ eſt volūtas naturalis recta ſine errore. electiua ñ recta et cū errore. Vñ aug. i. ij. de li. ar. inq̄tum oēs homines appetunt vitam beatam non errant. inq̄tum vo quiſq; non tenet eam vite viam que ducit ad beatitudinem errat. cum fateantur nolle niſi ad beatitudinem ꝑuenire. Errorem enim conſequitur aliquid quod non ad id ducit quo volumus ꝑuenire. ¶ Ad illud vo quod obijcit dicendum. ꝙ notio eſt in ſenſu nature. ignorantia vo in peruerſitate opinionis erronee. vnde nota qḋ dicit aug. in li. de libe. arbi. ſenſus aliquando verацior eſt ꝗ opinio. ſi illa de errore ille de natura eſt: velut cuꝫ eger plerunq; aqua frigida condulcibiliter delectatur quam tamen ſi biberit credit eſſe nocituram. Aliquando veracior opinio ꝗ ſenſus. ſi credit arti medicine obeſſe frigidam: cum reuera oberit et tamen bibere delectet. Aliquando vtrunq; in veritate eſt. cum id quod prodeſt non ſolum ibi creditur ita: ſed etiam libet. Aliquando vtrūq; inerit cum id quod nocet et prodeſſe nō creditur et bibere nō deſinit.

## ¶ Membrum octauum

Deinde queritur an ſummum bonum dicat additōnem ad bonum. Ad quod ſic. quecunq; ſe habent vt vnum. non addat aliquid ſuper alterum nec vtrūq; addit ſuper tercium aliquid: ſunt eadem ſimpliciter. Genus enim et ſpecies propter hoc differētiam habent. ꝙ vnū non ſit alterum. quia vnum addit ſuper alterum. ſpecies em̄ addit vltra genus differentiaꝫ. Similiter riſibile addit ſup rationale in homine. quia potentia ridendi qua dicitur homo et potentia ratiocinādi qua dicitur ratōnale: nō ſunt eedem. et propter hoc addunt ſuper tercium: ſed ſummuꝫ bonum nō addit aliquid ſup bonum ſimpliciter ſic nec ſic. nec ſunt plures modi additōnis vnū: igit̄ nō addit ſup alterū: ſed ſunt eadē ſimpliciter. Minor patꝫ. nam ſi ſummū bonū addit aliqd ſup bonū. aut addit bonuꝫ: aut non bonū. Non addit non bonum. quia ſic eſſet ex bono et non bono: qḋ eſſet inconueniēs nec eſſet ſummū. Si addit bonū. aut ideꝫ ſibi aut diuerſum. Nō idem: qm̄ idem nō additur ſibi. Si diuerſum: ḡ ſummū eſt ex bono et bono. ḡ eſt ꝯpoſitum. ẜ hoc ē falſum: qm̄ ipſum ē ſumme ſimplex. ſummum ḡ bonū nihil addit ſup bonū ratōne cuiꝰ dr̄ ſummum. Si dicat̄ ꝙ bonū ſimplr̄ eſt ꝯmune. et diſtrahit̄ ꝑ ſummū et nō ſummū: vñ bono ſimplr̄ aliquid addit̄ vt fiat ſummū. Obijcit̄ in contrariū. qa nō eſt additio alicuiꝰ ad alterū niſi eiꝰ qḋ eſt p̄ter ipſum: ẜ illud additū nō ē p̄ter bonū: qa nō ē nō bonū nec aliḋ bonū. ḡ idē ſeqtur qḋ prius. ¶ Iteꝫ aug. in. viij. li. de trini. bonū ẜ bonū illud. tolle hoc tolle illud: ⁊ vide ipm̄ bonū ſi potes. et ita deū videbis: ⁊ nō alio bono bonū ſed bonum om̄is boni. Ex hac aucte patet. ꝙ bonuꝫ in omnibꝫ eſt ipm̄ bonū ſummū. ¶ Contra. bonum diuidit̄ per ſummum et nō ſummū. ergo poſſum intelligere bonum in hac creatura nō cointellecto ſummo. et hoc eſt qḋ dicit boecius. circūſcribat̄ p̄mum per intellectum: adhuc eſt intelligere hominē ſub intentōne hominis. ſicut poteſt intelligi ens ſm ꝙ ſit non intellecto ſummo ente. contingit ergo intelligere hoc bonum circūſcripto ſummo bono: ſicut hoc ens circūſcripto ſummo ente. Bonum ergo et ſummū bonū nō ſunt eadem ſiue ꝯuertibilia. ḡ aliquid addit ſummū bonū ſup bonum. ¶ Solutō. dicendum ꝙ ſummū bonum non addit aliquā rem ſuper bonū ſimpliciter. ſummū enim bonuꝫ ſimplex eſt. Unde non conſtat ex pluribus bonis: ſed non ſummū bonum nō eſt ſimplex bonum: ideo poſſum ibi intelligere bonum et bonum. quia in creatis materia non cointelligit formam quoꝝ vtrūq; eſt bonum et econuerſo. ſiue illud qḋ eſt ad modū materie ꝗ illud qḋ ē ad modū forme et econuerſo. Ideo ergo bonum ſummū ſimpliciter bonum eſt. nec facit aliquā additionem ſm rem ſuper bonum. imo idem ſunt ſm rem. ⁊ equalis eſt ambitus in ſuo ordine cum bono: ſed differunt in hoc. ꝙ dicendo ſummuꝫ bonum: determino ipſum in cauſando. dicendo bonum determino ipſum in predicando ſiue in dicendo. Et licet in predicando ſiue in dicendo bonuꝫ ſummū determinetur et ſpecificetur. quia non eſt dicibile de omni bono: cōmune eſt tamen in creando ſicut bonum in predicando et equalis ambitus. quia ipſum ē cauſa omnis boni: id autem eſt dicibile ḋ om̄i bono. ¶ Quod autem dicit auguſti. tolle hoc tolle illud ⁊c̄. dicenduꝫ ꝙ ipſe procedit ab effectibus ad cauſam. ſm ꝙ bonum in effectibus dat intelligere bonū in cauſa. Vñ quod dicit bonum omnis boni videbitur: verum ē bonum omnis boni in creando non in dicendo. immo ꝗtum ad hoc dicit determinatōneꝫ rationis. ¶ Ad rationem in contrariū. dicendum ꝙ non eſt ſimile de eſſentia ſiue de ente ⁊ bono. Ens enim vel eſſentia non dicit comparatōnem ad cauſam ſicut bonum. immo cum loquimur de re ſm ſuam eſſentiam: loquimur de ea abſolute: ſed bonum notat comparationem ad cauſam: bonum enim dicitur quia a bono et quia ad bonum. ⁊ iō cum loquimur de re ꝙ bona ſit: loquimur per comparatōnē ad ſuam cauſam. Et ideo cum bonum nō ſummum ſit a bono ſummo tanꝗ a ſua cauſa efficiente. et in ipſo tanꝗ in conſeruante: et ad ipſum tanꝗ ad finem: ideo nō poteſt intelligi iſto nō cointellecto.

## ¶ Membrum nonum

Conſequens eſt inquiſitio an ſummū bonum ſecum compatiatur naturarum diuerſitatem. Et iterum ſcḋo. an requirat pluralitateꝫ. Sed iſte inquiſitiones terminantur eiſdem ratōnibus quibꝫ ſupra oſtenſum eſt de vnitate diuina. ꝙ non compatiatur ſecū pluralitatē naturarū ſed requirit eius ꝑfectio pluralitatē ꝑſonaꝝ ſupra queſtionē de diuina vnitate. Item querendū eſt ꝯſiter an ſumma bonitas reqrat coexiſtentiā creature. ſed hec queſtio terminata ē ſupra queſtione de eternitate. vbi oñditur eternitatis incoīcabilitas: ꝯtra ponentes mundū eternū. ¶ Sequit̄ ḡ querere de fluxu aliorū bonoꝝ a ſummo bono. Querit̄ ḡ an a ſummo bono fluant om̄ia ſm rōnem bonitatis. Qḋ aſtruit̄ ꝑ boecium in li. de ebdomadibꝫ. Om̄ia bona: qa a bono. et ꝑ btm̄ aug. qa deus ē bonus ſummꝰ: querit̄ ergo q̄re nō ſilr̄ ſm ratōnem vnitatis veritatis ⁊ iuſticie. ¶ Ad qḋ obijcit̄ hoc mō. in deo potentie rñdet vnitas. ſapientie veritas. volūtati bonitas. ẜ ſicut ꝓceſſus creaturaruꝫ a creatore ē ꝑ voluntatē: ita ꝑ potentiā ⁊ ſapientiā. immo p̄ma rō proceſſus ad potentiā refert̄. quia em̄ ē potens: ideo ꝓducit eas de nihilo. Iterum ad ſapientiā: cū ſit agens ꝑ cognitōnē ⁊ ordinē. ſic̄ ergo creatura dicitur bona qa ꝓceſſus eſt ꝑ vnitatem cui reſpondet bonitas: ita debet dici potens et ſapiens. quia a poteſtate et ſapientia. et ſic̄ bonitas reſpectu voliti eſt ratō ꝓceſſus: ita et vnitas et veritas. ¶ Item voluntas diuina eſt principalis et prima reſpectu rerum fiendarum. ergo vnaqueq; res debet dici volens et habere diſpoſitioneꝫ volentis. quia ē a volente: ſicut dicitur bona qa eſt a bono. Similiter queritur quare non dicitur iuſta quia a iuſto: et ad hoc dicit boetius in libro de hebdo-

madibus. bonum eſt generale iuſtū vero ſpeciale. nec ſpecies deſcendit in oīa: idcirco alia quidē iuſta alia vō aliquid aliud ſed omnia bonū. ¶ Sed contra. vniuerſe vie dñi miſcdia et veritas: et veritas ibi ſumitur pro iuſticia. ergo iuſticia et miſericordia ſunt ī omnibꝫ diuinis opibus. ergo reſpiciūt omnem modum creature et vniuerſalem ratōnem creandi. Juſtum ergo et generale eſt ad omnia dei opa. ergo ſicut eſt proceſſus ſm ratōnem boni: ita ſm ratōnem iuſti. ¶ Aliam rationem ponit boecius in eodem libro. ꝙ iuſtum reſpicit actū. bonum vō naturam. idez aū eſt in eo ſcz in deo eſſe quod agere. idem eſt ergo in deo bonum eſſe ⁊ iuſtū. nobis vero non eſt idem eſſe quod agere. non eſt igitur idem nobis bonus eſſe ꝙ iuſtus: ſed idem eſt eſſe in nobis quod ſumus. oīa igitur ſunt bona ſed non iuſta. ¶ Sed contra obijcitur. qm̄ in creaturis non eſt hoc verum ꝙ bonum dicat eſſentiam vt viſum eſt. nulla enim creatura eſt ſua bonitas et tamen hoc ſupponit̄ in predicta reſponſione. ¶ Item dama. ſi bonum ſi iuſtuz dixeris de deo. non naturam dices ſed id quod ē circa huiuſmodi naturam. huiuſmodi autē ſunt actus ergo bonum ita dicit actum ſicut verum. ¶ Solutio. dicendū ꝙ in deo eſt quedam trinitas que relucet et repreſentatur in omni creatura. et ſm hoc dicitur veſtigiuz. ⁊ hec attenditur ſm hec tria. vnum. verum. bonum. Alia eſt in qua habundat ipſa rationalis creatura. ratione cuius dicitur imago. que ſolum relucet in ipſa. ⁊ attenditur penes iſta: ſapientia. potentia. voluntas. Jn rationali eīm creatura dicimus potentiam volendi ⁊ potentiam diligendi. cum igitur ꝓceſſus creaturarum reſpiciat omnem creaturam. et non ſolum rationalem: conſtat ꝙ non debet determinari ratio ꝓceſſus penes iſtaz trinitatem in qua habeat creatura ratōnalis: ſed potius penes primā. et non eſt ꝓceſſus in ratione potentis vel ſapientis vel volentis. eſt autem ille proceſſus ſm rationem boni. et ratio huius eſt. nam ſicut videmus in rationali creatura ꝙ ſicut voluntas eſt voluntas agendi. et dicitur agens per voluntatem: licet ſimilit̄ ſapientia et potentia ſit principiū. et hoc eſt quia voluntas que ꝑ̄ncipaliter ponit neceſſitatem in opere. ipā tamen non agit niſi moueatur a bono. vnde bonum mouet voluntatem ad agendum. nec agit niſi illud videat eſſe bonum. cum autem illud cognoſcit eſſe bonum: tunc erit in opus. vnde voluntas non mouet ſeipſam ſed mouetur a bono. ſic dicimus in primo. ꝙ licet potentia et ſapientia et voluntas que ſunt in ipſo producant res: ipſa tamen voluntas eſt principalior cauſa ꝓductionis. quia ponit neceſſitatem in productione. inde eſt ꝙ non determinatur proceſſus rerum per potentiam ſapientiam: vt dicantur res egredi ſm ratōnez potentis vel ſapientis. ſimiliter nec ſm rationem volētis ſed boni. quia licz diuina voluntas ſit principalis cauſa huius ꝓductionis ponens in ea neceſſitatem: voluntas tamen diuina in ratione volūtatis nunq̄ ſe mouet ad agendum: ſed in ratione bonitatis. vnde ipſa bonitas quaſi mouet voluntatem. voluntas in ratione bonitatis mouet ſe ad producendum res. tunc enim vult producere quando videt quod bonum eſt. Bonum igitur motiuum eſt in proceſſu rerū. nō vnum nō verum. cum vnum referatur ad potentiam: verum ad ſapientiam. Et iterum. proceſſus eſt ſm rationem boni creaturarum a creatore: non ſm rationem vnius veri potentis ſapientis volentis. ſil'iter nec ſm rationem iuſti: qꝛ iuſtum non eſt motiuum. bonum enim trahit ipſaz voluntatem ad actum producendi ⁊ non alia. ¶ Ad illud quod obijcitur de iuſto. dicendum ꝙ licet iuſtum dicat condecētiam bonitatis diuine tamen vltra ponit relationem et connotat effectum in creaturis. cum dicit̄ deꝰ iuſtus ratione cuius connotati iam ponit creaturas ineſſe. Juſtum enim in deo eſt illud ſm ꝙ alij tribuit et reddit quod ſuum eſt. tribuere autem alij hoc iam ponit creaturas eſſe in actu. et propter hoc nō reſpicit iuſtum proceſſum ſiue egreſſum creaturarum ſm earum actualem exiſtentiam prout iam ſunt extra cauſam in eſſe completo. et ideo non dicit rationem productōnis earū. bonum autez nō connotat effectum talem. Unde non eſt ſimile de bono et iuſto. ¶ Ad illud quod obijcitur. ꝙ iuſtum eſt generale. dicendum ꝙ iuſtum dicitur dupliciter. vno modo prout determinatur in retributione pene vel ꝑmij ſm exigentiam meriti vel demeriti. ⁊ hoc modo dicitur ſolum per comparationem ad hominem cui ſolum ſit retributio ſm meritum et demerituz. Alio modo dicitur iuſticia condecentia bonitatis diuine. et hoc modo dicitur iuſticia in omni opere. et poſſz eſſe ꝙ res egrediuntur ſm rationem iuſticie. id ē ſm condecentiam bonitatis. ¶ Ad aliud dicendum. ꝙ damaſcenus non dicit ꝙ bonitas non ſit natura: ſed dicit nō dices naturā. vnde refert illud ad rationē dicendi. qui eſt eniz nomen principij ſicut ipſe vult dicens eſſentiam nihil addendo nihil connotando eſſentie: ſꝫ bonum dicit ens communicatiuū ſui vt dicit dama. vnde licet bonitas ſit ipſa eſſentia: tamen dicit aliquod additum ſuper primam intentionem eſſentie a quo perficitur intētio huius nominis bonitas. que eſt vt ad quod omnia conuertuntur: vel eſt communicatiuum ſui. et ideo in intentione dicendi addit. et ideo dicit: non dices naturam ſimiliter et iuſtum. quia dicit eſſentiam: ſed vltra addit qđ tribuat alij. et ideo connotat effectū

## ¶ Queſtio. xviij. de bonitate creata.

Conſequenter queritur ſm quid determinetur bonuz in creatura. Scđm aug. determinat̄ per modum. ſpeciem ⁊ ordinem. Ad pleniorem ergo intellectum querendum eſt de his hoc modo. Primo. vtruz iſta tria videlicet modus ſpecies ⁊ ordo reperiant̄ in omni creatura. Secūdo. ſuppoſito ꝙ ſic. ſm quid accipiunt̄ in illis. vtruz ſcz ſm aliquid ſubale vel accidentale. Tercō. ſm qđ differat aſſignatio hoꝝ differens. Quarto. an iſta tria ſint eadē in omni creatura. Quinto. penes qđ attendat̄ bonum in creatore ⁊ creatura. Sexto. vtrū vnūquodqꝫ in q̄tuz eſt: bonū eſt. Septimo. vtrū vnūquodqꝫ bonū creatuz ſit bonū ꝑ eſſentiā vel ꝑ ꝑticipatōez. Octauo. vtrū bonū creatū ſit īmutabilit̄ bonuz. Nono. vtrū tm̄ bonū ſit effectiua cauſa mali culpe. Decimo. de bono vniuerſitatis. et hꝫ tres articulos. Primꝰ. an deus ꝑmittat mala fieri in vniuerſitate. Scđs. an vniuerſitas eſſet melior ſine malis. Tercius. an vniuerſitas eēt melior ſi oīa eſſent eq̄liter bona.

## ¶ Membrum primum

Primo querit̄ vtꝝ iſta tria videlꝫ modus ſpēs ⁊ ordo reꝑiant̄ ī oīm creatā. Qꝫ ſic: videt̄ ꝑ auctez ſap. xj. Oīa nūerc ponderē ⁊ menſura diſpoſuiſti. ⁊ ꝑ auctez aug. in li. đ natura boni loq̄ns de mō ſpē ⁊ ordine. vbi hec tria ſunt mag̃: ⁊ magnū bonū ē. vbi ꝑua ꝑuū. vbi nulla: nullū bonū ē. oīe aū qđ ē inq̄tum ē bonū ē. nullū ģ eſt ens in q̄ nō ſint. ¶ Cont̄. pc̄m diffinit̄ ꝑ ꝑ̄uatōz modi ſpēi ⁊ ordinis. ģ circa idē ⁊ ſolum nata ſūt fieri pc̄m ⁊ illa tria: ſꝫ pc̄m nō ē poſſibile fieri in oīm eo qđ ē: ģ nec illa tria. ¶ Itez ſi in oīm creatā reꝑiant̄ modꝰ ſpēs ⁊ ordo. tūc q̄rit̄ de mō. aut ē creator aut creatā. nō creator: qꝛ ī ipō nō cadit nec termīatio nec foꝛatio nec hmōi. ſm ꝙ dic aug. ad oroſiū. ꝙ deꝰ ē mēſura ſine mēſura. Preterea. ſi ſolū dicerēt aliqd in creatore illa tria. ģ nihil eēnt in creatā: qđ nō eſt verū. ģ nō eſt modꝰ aliqs in creatore: erit ergo creatura. ſi ergo omnis creatura habet modum ſpeciez ⁊ ordinē: hēbit modū ſpēm ⁊ ordinē. Sed

tunc poteſt queri de illo modo ſpecie et ordine aut ergo ibitur in infinitum: aut ſtabitur in aliquo modo q̄ non habet modum alium. et ita ſi modus eſt creatura non erit in omni creatura modus. Similiter opponi poteſt de alijs. ¶ Item ambro. in exameron. lucis natura ē vt non in numero non in menſura nō in pondere vt alia creatura ſit. cum ergo lux ſit creatura nō ſunt illa tria in omni creatura. ¶ Item queritur cum Auguſtinꝰ vtatur his tribus verbis. modꝰ ſpecies et ordo. quare Sapientie. xj. non dicitur omnia diſpoſuiſti in modo ſpecie et ordine. aut quare auguſtinus non vtitur verb̄ ibi poſitis. ¶ Solutio. dicimus ꝙ modus ſpecies et ordo dicuntur dupliciter. Uno modo proprie ſolum ſm ꝙ reperiunt̄ in om̄i creatura rationali: ſm ꝙ ab omnibꝰ alijs creaturis differt. et hec ſunt illa que nata ſūt corrumpi per peccatum. et ſic non ſunt in omnibus ſicut oſtendebat obiectō prima. Alio modo dicitur communiter non ſolum in rationali creatura prout differt ab alijs: ſed in ipſa ſm ꝙ conuenit cum alijs: et hoc modo reperiunt̄ in omni ente. ¶ Ad illud quod obijcitur. ꝙ ſic ibitur in infinitum aut erit modus ſine modo. dicendum ſm auguſtinum ſuper geñ. ꝙ cum dicitur omnia habent modum ſpeciem et ordinem. li omnia diſtribuit pro creatis abſolute. omnia enim talia habent modū ſpeciem et ordinem: ſed non diſtribuit pro concreatis abſolute que ſunt rationes referendi creata ad ſua p̄ncipia vel ad ſuas cauſas. Unde non ſequitur. ſi omnia creata habent modum ſpeciem et ordinem: ꝙ modꝰ habeat hec tria: et eſt exemplū auguſtini. Omnia corporalia facta ſunt in colore. color tamen non eſt factus ī colore. Aliter poſſet dici etiam ſm auguſtinum. querit enim omnia diſpoſuiſti in numero pondere et mēſura. hec autem numerū pondus menſurā vbi diſpoſuit: et reſpondet qꝺ in ſeipſo qui eſt numerꝰ ſine numero. pōdus ſine pondere: et ſic non ibitur in infinitum ſed ſtabitur in ipſo deo. ¶ Ad illud quod poſtea obijcitur de auctoritate ambroſij dicens. ꝙ quidam voluerunt eam exponere de luce ſpirituali ſolum: ſed adhuc iſta via ñ poſſet exponi niſi de luce increata hec enim reuera nō eſt creata in numero pondere et mēſura. et ſic nulla eſſet difficultas in illa auctoritate: ſed de luce ſpirituali que eſt angelica natura nō poſſet exponi: illa enim non caret numero pondere ⁊c̄. Nos autem dicimus ꝙ ambroſius ibi loquitur de luce corporali: ſed nō ſimpliciter reſpectu oīm que ſunt: ſed ſolum reſpectu horū corporaliū comparando cā ad ipſa. comparando enim ad lucem increatam de qua. j. thi. vj. lucem habitat inacceſſibilē. ſm ꝙ illa dicitur eſſe vbiq̄: ꝯſtat ꝙ hec lux ē terminata. non enī eſt vbiq̄ cum ſit aliquid creatum. Ideo habet modū ſm quem refert̄ ad efficiens. habet etiam ſpeciē ſm quam refert̄ ad formam. habet etiā ordinem cum ordinet̄ ad ſummum bonum ad quod ipſa eſt ſicut ad finem: ſed comꝑando ad corporalia non eſt ita dicere ꝙ ſit menſurata et numerata. Non enim eſt in quibuſdam corꝑalibus virtus lucis tm̄ ſed etiam in omnibꝰ etiā in opacis. vt in terra. nō ſolū in terre ſuꝑficie poteſt videri virtus eius: ſed etiam in corde terre. Aliter enim non poſſent fieri generatōnes que ibi fiūt. Unde ambroſiꝰ in eodem non in ſplēdore tm̄ ſed in omni virtute natura lucis probatur. et propter hoc reſpectu aliorum corporum eſt verū qꝺ dicit. ꝙ non eſt ī numero creata et pondere ⁊c̄. ſicut alia. ¶ Ad hoc quod q̄ritur quare auguſtinus non vtitur verbis ſumptis Sapientie. xj. dicimus ꝙ reuera idem ſunt in ſubſtantia. modus ſpecies et ordo: et numerus pondus et menſura. vt referatur numerus ad ſpeciem: modus ad menſuram: pondus ad ordinem. Sed in hoc eſt differētia quoniam hec tria menſura numerus et pondus dicūt diſpoſitionem ipſius rei vt eſt in fieri. hoc poteſt videri in cementarijs. cum enim faciunt: tunc menſurant numerant et ponderant quotquot ſunt neceſſaria ad faciendum. Et ideo quia in ſapientia loquitur de rebꝰ ſm ſuum fieri. quod patet per hoc ꝙ dicitur diſpoſuiſti: ideo proprie vtitur tribus predictis. ¶ Modus autē ſpecies et ordo proprie dicunt diſpoſitionem rei vt iam facta eſt. quia igitur auguſtinus loquitur de conditionibus rei vt iam facte ſunt: proprie vtitur illis tribꝰ. modus ſpecies et ordo.

## Membrum ſecundū

Conſequenter querit̄ ſuppoſito ꝙ hec tria recipiantur in omni creatura ſm ꝙ accipiuntur in illis. vtrū ſm aliquid ſubſtātiale vel accidentale: et hoc eſt querere. vtrum hec ſint accidentalia vel ſubſtantialia. Qꝛ autē eſſentialia ſint videtur. quia dicit auguſtinus vbi hec magna ſunt: magnum bonum eſt: ergo videtur ꝙ non ſit ſine his: ſed quod non eſt bonum ſm naturam: non eſt. Omne enim quod eſt. ſm ꝙ huiuſmodi: bonum eſt vt dicit auguſtinus de doctrina xp̄iana. ergo nullū ens poteſt eſſe ſine his ergo ſunt eſſentialia. Reſpōdebit ꝙ non ſequitur hoc non poteſt eſſe hoc. ergo eſt eſſentiale illi: ſed addi oportꝫ nec poteſt intelligi ſine illa. cignus enim non poteſt eſſe ſine albedine cum intelligi poteſt ſine albedine. vnde albedo nō eſt eſſentialis cigno. Similiter neq̄ propria paſſio eſt eſſentialis vt ſit de eſſentia ſubiecti: non tamen poteſt eſſe ſubiectum ſine illa. Sed ꝙ nec res poſſit intelligi ſine iſtis. oſtenditur primo ſic. Omne quod perfecte intelligitur a nobis. oportet intelligi ſicut informatum relatum ⁊ ordinatum. aliter non contingeret illud intelligere perfecta comprehenſione: niſi intelligamus et comprehendamus vt terminatum: ſed ſolum intelligeremꝰ illud ſicut intelligimus deum quem non poſſumus intelligere comprehenſione perfecta. conſtat autem ꝙ differens eſt modus in nobis intelligi deū et creaturas: ſed omne quod intelligitur vt terminatum: intelligitur ſub modo ſpecie et ordine. g̃ ſicut nec eſſe ita nec intelligi poſſunt ſine modo ſpecie et ordine. ¶ Item ſi res non cognoſcitur niſi ſm ꝙ habet eſſe. eē autē non habet niſi a ſuis p̄ncipijs pꝫ ꝙ nō cognoſcitur res complete niſi per comparatōnem ad ſua principia: ſed modus ſpecies et ordo dicūt comparatōnem rei ad ſua principia: modus enim ſm relatōnem rei ad ſuum efficiens. ſpecies ad ſuā formā extra. ordo ad ſuum finem: ergo res nō poſſunt intelligi ſine modo ſpecie et ordine. Qꝛ autem hec tria dicāt relatōnem ad ſua principia et ꝙ dicant terminatōnem et formatōnem et ordinatōnem rei ad finem. dicit Auguſtinus ſuper geñ. plane his verbis. menſura vnicuiq̄ rei modum prefigit. numerus omni rei ſpeciem prebet. pondus vō eſt qꝺ ad quietem et ſtabilitatē trahit. et illud pōt extrahi in parte. ex glo. geñ. ſuꝑ illud compleuit deus ⁊c̄. vñ in omnibꝰ rebꝰ ſunt ⁊ in corꝑalibꝰ et in ſpūalibꝰ. in corꝑalibꝰ tamen facilius ꝯprehendūtur ꝙ̄ in ſpūalibꝰ nō ita faciliter. Si g̃ idem ſunt numerus menſura ⁊ pondus qꝺ modus ſpēs ⁊ ordo. ⁊ nulla res nec eſſe nec intelligi pōt ſine iſtis. g̃ ſīliter ſine mō ſpē ⁊ ordīe. ſic g̃ videt̄ ꝙ illa ſint eſſentialia. ¶ Contra dyoniſius. nihil exiſtentiū corrumpit̄ ſm ꝙ exiſtentia vel natura. g̃ ſm ꝙ fit corruptio ꝓprie: eſſentiale non ē. fit autem corruptio ſm modum ſpeciem ⁊ ordinem: ergo non ſunt eſſentialia. ¶ Item prius eſt intelligere rē eſſe q̄ꝫ eſſe ordinatā vel terminatā. ergo primꝰ rei intellectꝰ ē eſſe ipſiꝰ. ſed eſſe qꝺ ē in additiōe ad primū intellcēm non ē eſſentiale: ergo hec nō ſunt eſſentialia. ¶ Itē prius eſt rem eſſe q̄ꝫ eē ordinatā vel terminatā. g̃ primꝰ rei intellectus eſt eſſe ipſius: ſed eſſe quod eſt in additione ad primum intellectum non eſt eſſentiale. ergo et hec non ſunt eſſentialia. ¶ Preterea. ſm eſſe communiter

dictum poſſumus dicere ꝙ conueniat creatura cū crea
tore. ſed ſm modum ſpeciem et ordinem non. hec enim
non conueniunt deo: ergo ſi prius eſt illud ſm qd con-
uenit creatura cum creatore. ꝙ illud ſm quod differt
prius erit eſſe rei ꝙ modꝰ ⁊c̄. Videtur ergo ꝙ illa tria
ſint ex additōne ad eſſe rei. ſed q̄ talia ſūt nō ſunt eſſen-
tialia rei: ergo nec illa tria. ¶ Item contingit rem com
pare ad ſua principia extrinſeca et intrinſeca. Queri-
tur ergo que eſt prior harum comparationum. Cōſtat
ꝙ illa que eſt ad intrinſeca ſcilicet ad illud quod eſt et
quo eſt. hec enim eſt omnino eſſentialis. Si ergo mo-
dus ſpecies et ordo non ſumuntur penes relationē rei
ad ſua principia intrinſeca. apparet ꝙ ſunt poſteri-
ora eſſe rei: ſed que talia ſunt non ſunt eſſentialia. ergo
modus ſpecies ⁊ ordo non ſunt eſſentialia. ¶ Solutō
dicendum ꝙ aliquid eſſentiale dupliciter dicitur vl' ga
fit de rei eſſentia vel eſſe primo vt cadat in compoſitō-
ne eius. et ſic dicuntur quod eſt et quo eſt eſſentialia.
Et ſic dicimus ꝙ illa non ſunt eſſentialia ſicut probāt
vltime rationes. Alio modo dicuntur eſſentialia nō ſo
lū ex quibus componitur aliquid: ſed illa que referūt
ipſum ad ſuas cauſas eſſentiales. ſine quibus non fu-
iſſet. et ſic ſic̄ poſſumꝰ dicere ꝙ cauſe ſūt eſſentiales cau
ſato: non enim poſſumus dicere ꝙ accidunt illi: ita poſ
ſumus dicere ꝙ relationes ad cauſas iſtas ſunt eſſenti
ales. et ſic modus ſpecies ⁊ ordo que dicunt relatōnes
ad ſuas cauſas eſſentiales ſunt. Modus enim dicit re
lationem ad deum vt ad efficientem. ſpecies vt ad for-
mā. ordo vt ad finem. Et ſm hoc dicit auguſtinus. v.
de ciui. dei. Hec tria querimus. quis fecit rem. quomō
facta eſt. propter quid facta eſt. ſi ergo oſtēditur ꝙ nō
ſunt eſſentialia: dico ꝙ non ſunt eſſentialia primo mo-
do dicendi eſſentiale. et ſic currunt rationes ille alit̄ au
tem non. Si ergo queritur que ſit prior comparatio vl'
rei ad ſua principia ꝙ eſt ⁊ quo eſt. vel ſm hoc que ſunt
modus ſpecies et ordo. dico ꝙ prior poteſt dici duplici
ter. vel prior quia vniuerſalior: ⁊ hoc modo prior ē com
paratio que eſt ſm modum ſpeciem et ordinem: ꝙ ea q̄
eſt ad materiam ⁊ formam. vniuerſalior enim eſt. ⁊ ſm
hanc etiam cognoſcuntur materia ⁊ forma. tum enim ī
materia tum in forma oportet ponere modum ſpeciem
⁊ ordinem. Vel pōt dici prior. i. propinquior rei cogno
ſcende ſm ꝙ dicitur primū ⁊ immediatū idem. et ſic di
citur prior quia immediacior. ⁊ hoc modo prior cogni-
tio que eſt ꝑ cōparatōnem ad principia intra: ꝙ illa que ē
ſm modū ſpeciē ⁊ ordinē. primo autem mō erat ecōuer
ſo. non enim pōt intelligi aliquid eſſe neqꝫ ipa materia
nec forma: nō intellecto ꝙ ab aliquo ſint ⁊ hmōi.

## Membrum tercium

DEinde querit̄ ſm quid differt aſſignatio
hoꝝ differens. ad quod opponit̄ hoc mo-
do. In ſummo bono nō ſolū dicimꝰ trini-
tatem ꝑſonaꝝ ſed vnitatem eſſentie. ſi er-
go ipſiꝰ cauſe relucet veſtigiū in creaturis. ſicut nō eſt
ibi tm̄ trinitas ꝑſonarū ſed vnitas eſſentie: ita videtur
in rebꝫ creatis nō tm̄ debent eſſe illa bona in quibꝫ re-
lucet veſtigium trinitatis: ſed etiā quantum ſm ꝙ eſ-
ſet veſtigium vnitatis. ¶ Dicetur forte ꝙ ita eſt. ꝙ ī cre-
aturis eſt trinitas illorum bonorum que reſpondet tri
nitati increate: ⁊ eſt vna eſſentia ſubſiſtens illis tribus
bonis cuius eſſentie vnitas reſpōdet vnitati eſſentie ī-
create. Contra. videtur ꝙ vnitas nō ſit ponenda quar
tum illorum. nec eſſentia ſil'iter ſm ꝙ contineatur ſub
altero illorum trium quod eſt modus ſpecies et ordo.
¶ Augꝰ. in li. de vera religio. Omne quod eſt habet ꝙ
vnum eſt. ꝙ ſpecie diſcernatur ꝙ rerum ordinem non
excedat. et loquitur quomodo illa tria modus ſpecies
et ordo ſunt in qualibet re. Si ergo hoc quod dico ꝙ ꝓ
pria ſpecie diſcernatur retorquetur ad ſpeciem. ꝙ reꝝ
ordinem non excedat ad ordinem. patet ꝙ vnum eſſe re
torquetur ad modum: ergo non erit vnitas quartum ſꝫ
contentum ſub modo. ¶ Item quod ipſa eſſentia vel eſ-
ſe ſimiliter nō ſit quartum ſed comprehenditur ſb mo-
do. videtur ꝙ ſic: vt patet per auguſtinū in libro. lxxxiij.
queſtio. in omni eo qd eſt. aliud eſt quo conſtat aliud q̄
diſcernitur. aliud quo ſuis partibus congruit. ⁊ retor-
quentur hec tria ad illa tria modus ſpecies et ordo. ſi
ergo quo diſcernitur referatur ad ſpeciem. quo parti-
bus congruit ad ordinē: patet quo conſtat refertur ad
modum: ergo ſi quo eſt vel quo conſtat eſſentia eſt. pa-
tet ꝙ eſſentia refertur ad modum: et ita nō ponet̄ quar
tum. ¶ Item auguſtinus volens oſtendere trinitatem
perſonarum in creaturis dicit. ꝙ non ſunt niſi tres q̄-
ſtiones de re. ſ. ſi eſt. quo eſt. et vtrum probandum vel
improbandum eſt. Si ergo vtrum probandum ſit vel
improbandum ſpectet ad ordinē. probatio enim vel im
probatio attenditur penes relationem ad finem. quid
eſt autem ſpectet ad ſpeciē. patet ꝙ ſi eſt ſpectat ad mo
dum: ſi ergo eſt ſi eſt queſtio eſt de eſſentia vel de eē: pa-
tet ꝙ eſſentia continetur ſub altero illorū trium quod
eſt modus. ¶ Preterea. duo genera cauſarum contin-
git aſſignare in rebus. eſt enim cauſa vniuerſalis et a-
lia particularis. Queritur ergo ſi non ſolum per cām
vniuerſalem eſt res ſed et per particularem habet eſſe
et cognoſci. proprie videtur ꝙ magis deberet ⁊ modus
et ſpecies et ordo attendi penes relationem rei ad cau-
ſas particulares ꝙ ad vniuerſalem cauſā aut ſi ſumūt̄
et q̄tum ad vniuerſalem cauſam: quare non ſumuntur
ſimiliter q̄tum ad particularem. ¶ Item Sapient. xj.
ſuper illum locum omnia numero pondere et menſura
diſpoſuiſti dicit glo. in menſura qualitas. in numero
quantitas. in pondere ratio attenditur. Sed queritur
quomodo hec habeant veritatem. videtur enim ꝙ ma-
gis deberet dici in menſura quantitas. conſtat enī ꝙ
ad quantitatem pertinet ratō menſurandi. Similiter
potius deberet dici in numero qualitas. ſpecies enim
reſpondet numero. ſi ergo qualitas ſpecies eſt: videtur
retorquenda ad numerum magis ꝙ ad menſuram.
¶ Item cum inueniantur hec alijs nominibus et diffe-
rentijs aſſignari qualiter accipitur omnium horū diffe
rens aſſignatio. ¶ Solutio. concedimꝰ ꝙ ſicut illud ī-
creatum cuius anima rationalis habet imaginem nō
eſt ſolum trinitas perſonarum ſed vnitas in trinitate:
ita non ſolum eſt triplex bonum veſtigium creationis
in nobis: ſed hec ſm ꝙ fundantur ſupra vnitatem eēn-
tie que rn̄det vnitati increate. ¶ Ad illud quod obijcit̄
ꝙ vnitas ꝯtinetur ſub bono quod eſt modus: nec ē po-
nere quartum. Rn̄deamus ad primā auctem. ꝙ vni-
tas increata dupliciter accipitur. vno modo eſſential'r
vt cum dicit̄ vna eſſentia. et hec vnitas habet vnitatem
eſſentie in creatura veſtigiū ſui. Eſt autē alio modo di-
ctum vnitas a ꝓprietate. ſm hoc ꝙ vnitati ꝯuenit ratio
ꝑncipij primi. eſt eñ principiū ad om̄ē numerū. et ſic
appropriatur patri vt patet in hac trinitate appropriato
rū vnitas veritas bonitas. ⁊ huic vnitati rn̄det ꝓ mo
do illa vnitas que ꝯtinet̄ ſub modo: ⁊ ſic currit illa ꝓpo
ſitio. ¶ Ad ſecūdo obiectum dicimꝰ. ꝙ ipm̄ eſſe dicitur
aliqn̄ vt eſſentiale in diuinis. ⁊ ſic ſimpl'r eſt eiꝰ veſtigi
um eſſe creatū. Aliqn̄ autē dicit̄ appropriate patri. ⁊ ꝫ
patet qa eternitas et ſi ſit eſſential'r dicta: tñ appropria
tur patri in illa trinitate eternitas eq̄litas eternitatis
eq̄litatiſqꝫ cōnexio. Cum ergo eternitas nihil aliud ſit
niſi eſſe ſemꝑ durans. patet ꝙ eſſe aliquādo appropri-
atur patri. Vn̄ aug. in li. de anima et ſpiritu. hec omni
exiſtenti inſunt. eſſentia qua ſunt. ſpecies qua differūt.
vſus quo proficiunt. eſſentia in patre. ſpecies in ima-
gine. vſus in munere. ⁊ hoc modo reſpondet illi eē cre-
atum quod reducitur ad modum. Poſſet tamen aliter

ſolui faciēdo vim in hoc ꝙ dicitur quo conſtat. quo cō-
ſtat enim plus dicit ꝙ̃ quo eſt: dicit enim conſtare fixi-
onem eſſe. et ita ſi ꝯſtare reducibile ſit ad modum: non
tamen quo eſt. quia conſtare ex additōne poteſt reduci
ad eſſe. ¶ Ad id qđ obijcitur de tribꝫ queſtiōibꝫ dicimꝰ
ꝙ ſi eſſe ꝯmuniter dictum. non diuidatur ꝯtra ſpeciem
et ordinē ſicut modus. quia ſic eſt ſuſtinens illa tria eſ-
ſe: tamen prout ꝓpriate dicit̃ poteſt condiuidi alijs
duobus. et cadit ſub ratōne modi. eſſe em̄ creature eſſe
terminatuʒ eſt ex eo ꝙ creature eſt īpoſſibile. eſt em̄ eſſe
creature infinitum eſſe. ¶ Conſtat autem ꝙ aliquid aliđ
eſt dicere eſſe terminatū. et eſſe formatum vel diſtinctuʒ
et eſſe ordinatū. ¶ Materia em̄ quantuʒ eſt de ſe. et ſi ha-
beat eſſe terminatum: non tamen diſtinctū. niſi capaci-
tas ſua aſſignetur ei pro diſtinguente. tamen ꝓprie lo-
quendo nec terminatōeʒ perfectam nec diſtinctōeʒ ha-
bet ſine forma: et ita diſtinguitur ibi eſſe contra queſtio
nem querentem de ſpecie et ordine. ¶ Sed notandum.
ꝙ cum legitur in ſcriptura ꝙ omnis res habet moduʒ
ſpeciem et ordinem. de ordine fit ſermo dupliciter. Eſt
enim duplex ordo. vnus quē habent res inter ſe in vni-
uerſo. et etiam quē habent ex ſuis partibus ex quibus
ꝯponuntur. et ſm hoc dicit auguſti. quando loquitur
de pertinente ad ordinem quo ſuis partibus congruit
Eſt etiam ordo omnium rerum relatione ad deuʒ ſicut
ad finem. et ſm hoc aliter dicitur de ordine ꝙ eſt illud
ſm ꝙ res ad ſummum bonum ordinatur. Vn̄ ſi diuer-
ſe rationes inueniantur aliquando de ordine: non eſt
mirandum. ¶ Ad aliud dicimus. ꝙ cauſa vniuerſalis
omniū vna eſt ſcilicet deus. cauſa particularis non eſt
vna omnium ſed diuerſorum differentes. et in aliquibꝫ
non eſt differentia cauſe vniuerſalis ad particularem:
ſicut patʒ in angelis et in illis que deus nullo alio agē-
te operatur. relatio ergo rerum ad cauſam vniuerſaleʒ
ponit eſſe ſm rationem vel rationes om̄es. relatio au-
tem ad cauſas particulares cum ille ſint multe nō poſ-
ſunt eſſe vnius modi. Preterea. relatio ad cauſam ꝑti-
cularē non facit reʒ cogitare ſm illud quod habet dei-
forme in ſe: ſed relatio ad cauſam vniuerſalem que de-
us eſt. facit cogitare rem ſm illud quod habʒ deiforme
quia theologi eſt ꝯgſcere res non ſm proprias ratiōes
ſed magis ſm illud quod habent de deiformi. Et quia
etiam non poſſent inueniri communes rationes referē-
di res ad cauſas particulares ſicut ad vniuerſalem. et
ita exigeretur ad vnitatem ſcientie: ⁊ ideo magis acci-
piuntur modus ſpecies et ordo penes multiplicatōneʒ
ad cauſam vniuerſalem ꝙ̃ ad particulares. ¶ Si ergo
obijcitur. ꝙ in alijs ſcientijs modus ſpecies et ordo nō
exiguntur ad cognitōnem rerum. dicimus ꝙ ſi cogno-
ſcantur res ſine illis: nō cognoſcantur cognitione the-
ologica: ad illam enim neceſſaria ſunt. ¶ Si obijceret
aliquis. quia ſicut in theologia cognoſcūtur res in re-
latione ad cauſam vniuerſalem ſic in alijs ſcientijs co-
gnoſcūtur res in relatione ad cauſam ꝑticulareʒ. ergo
ſicut in alijs ſcientijs ꝑticularibus demōſtrant̃ res et
diffiniunt̃ per ſuas cauſas: ita in theologia manifeſta-
tio ⁊ diffinitio vniuſcuiuſqꝫ erit per cauſam vniuerſa-
lem que deus eſt: vel dicat̃ quare nō. ¶ Ad quod dici-
mus. ꝙ aliter eſt in cauſis vniuerſalibꝫ et ꝑticularibꝫ
reſpectu cognitōnis faciende in cauſatis. Cauſe enim
particulares ducunt nos in cognitōnem ſeu compꝛ̄hen-
ſionem certam ſuorum cauſatorum. poſſumus em̄ cer-
te compꝛ̄hendere aliquando cauſas in ſe. et tunc ex cau-
ſis deuenimus in cauſata vbi demonſtrant̃ et diffiniun-
tur res per cauſas. Cauſam vͦ que deus eſt vniuerſa-
lem nō poſſumꝰ compꝛ̄hendere. nec etiam intelligere ſm
ꝙ eſt ꝙ̃diu hic ſumꝰ. vnde oportet ꝙ̃diu hic ſumꝰ ꝙ per
cognitionem cauſatoꝝ deueniamus in cognitionē cau-
ſe prime. Aliter enim nullatenus intelligeremus eam.
et ideo non eſt ſimile de cauſis particularibus ⁊ đ vni-
uerſali ꝙ̃diu ſumus hic. Unde modus ⁊c̃. magis du-
cunt nos a rebus creatis ad ipſum creatorem. in futu-
ro erit econuerſo. ibi enim cognoſcemus ſicut et cogni-
ti ſumus. quia ergo ſeipſo ſumus cogniti a deo: ibi ſili-
ter cognoſcemus ipſo deo. ¶ Ad aliud dicimus. ꝙ non
loquitur glo. illa proprie ſed magis ſm tranſlationem
ſicut enim videmus ꝙ in figuris ſunt duo. eſt enim ibi
contentiuū. et ratione huiꝰ eſt dicere ꝙ non ſunt quali-
tates ſed magis quantitates. eſt etiam ibi figuratō ta-
lis vel talis que reſultat ex clauſione ſpacij contenti. et
ꝙ̃tum ad hoc figura eſt in quarto genere qualitatis.
Scđm hunc vltimum modum per ſimilitudinem loq-
tur glo. illa. cum enim ſuo modo menſuratur vnaque-
qꝫ res. et dicit̃ tantū extenditur et nō plus. ſicut ex ſpa-
cij clauſione in ſenſibilibus reſultat figura que dicit̃
qualitas rei: ita ſimiliter ex hoc ꝓplicatōne modi ad
ipſam rem cum dicitur. tantum poteſt et non vltra. hic
enim eſt quaſi quedam clauſio ⁊ reſultat quaſi figura-
tio quedam potentie ipſius rei. et hoc eſt ꝙ in illa glo.
appellatur qualitas: et ita patʒ ꝙ ſm hoc recte dicitur
in menſura qualitas. ¶ Similiter cum dicit. ꝙ in nūe-
ro quātitas: dicimus ꝙ in corporibus vbi eſt partium
multitudo determinatorum ſub vnitate forme. ħ quod
dicitur quantitas accipitur ibi pro ipſa quantitate vel
numeroſitate partium. vnde intelligenda eſt in talibus
ꝙ̃tum ad numerum qualitas materialis ſcilicet ratio-
ne partium. Sed vniuerſaliter non poſſet ita dici ī ſpi-
ritualibus vbi non eſt multitudo partium. non em̄ po-
teſt dici ꝙ id quod eſt quantitas accipiatur pro nume-
roſitate partium. et ideo in huiuſmodi non poteſt dici
ꝙ quantitas accipitur ibi non pro numeroſitate parti-
um: ſed vnitate forme vel vnitate ſpeciei ſm quam eſt
diſtinctio ab alijs. et ſm hoc eſt principiū connumerā-
di ipſam rem cuiuſlibet alij a qua ipſa eſt diſtincta. qn̄
autem connumeratur aliquid alij: habetur quantitas
diſcreta. que eſt numerus: et ſic patet ꝙ dicitur in nūe-
ro quantitas: in tercō auteʒ. ſ. pondere nō ē vis. ¶ Ad
illud vͦ quo queritur de differenti aſſignatione horū
ſm differentes intentōnes vocabulorum. dicendum ꝙ
cum ſint in creatura vt veſtigium trinitatis. creatura
autem ſm omnem ſue bonitatis ſiue eſſe variam conſi-
deratōnem ſic veſtigium variatur horum conſideratio
in creaturis. ¶ Vnđ nota. ꝙ ī hac via aſſignat̃ veſtigiū
trinitatis multipliciter. primo in re ſm quam fit. et ſic
accipitur in. xj. ſapientie. menſura numero et pondere
Vn̄ augu. ad oroſiuʒ. ſi in numero menſura ⁊ pondere
diſpoſuit deus omnia. nūerum et pondus ⁊ menſuraʒ
vbi diſpoſuit. numerus pōdus et menſura ipſe eſt deꝰ.
numerus ſine nūero a quo eſt omnis numerus. menſu-
ra ſine menſura a quo eſt omnis menſura ⁊c̃. Idem er-
go eſt qui omnia in ſe diſpoſuit: nō enim creaturaʒ ex-
tra ſe vidit ſicut homo qui retinʒ in memoria que facit
Secūda trinitas eſt ſm quam res eſt. et hec eſt vnitas
ſiue eternitas. veritas et bonitas. vnde bern̄. ſuꝑ can̄.
O beata trinitas veritas bonitas eternitas. primū fi-
lio. ſecundum ſpirituiſancto. tercium patri coaptatur
Tercia eſt ſm quam res perfecte eſt. ſcilicet modꝰ ſpe-
cies ⁊ ordo. Aug. in li. de na. ſū. bo. vbi hec mag̃ ſunt
magnū bonū ē. vbi mīma: mīmū. vbi mediocria: medi-
ocre. Quarta ē ſm quā res diſponit̃ ad actū. ſuba. ſpe-
cies. ⁊ vͦtus. vn̄ ꝑ̄s. Bonū ē ꝯfiteri dn̄o. vͦſiculo ⁊ ſtul-
tus nō intelligit hec. ibi glo. potētia forā ⁊ vͦtꝰ. Quīta
eſt ſm ꝙ ī actu ē. ⁊ hec ē eēntia. vͦtus. ⁊ opatio. hāc po-
nit dyo. ī celeſti hierarchia ca. q̄r angeli dicunt̃ vͦtutes
Sexta ē ſm ꝙ res ad ꝯgnitōeʒ diſponit̃. ſba. ſpēs. ratō
hāc poīt trimegiſtꝰ phs. Septīa ē ſm ꝙ ē in ꝯgnitōe. et
ſm ħ ꝙ ꝯſtat. q̊ ꝯgruit. q̊ diſcernit̃. hāc poit aug. in lib.
lxxxiij. qō. his vͦbis. oē qđ ꝯſtat. aliud ē q̊ ꝯſtat: aliud q̊
diſcernit̃. aliud quo cognoſcit vniuerſa: ergo creatura
ſi eſt ⁊ ab eo qđ ipā nō eſt diſtat. et ſuis partibus ſibi-
met congruit: cauſam eius trinam oportet eſſe. qua ſit
qua ħ ſit qua ſibi amica ſit. Creature aūt cauſaʒ deuʒ

dicimus. oportet ergo trinitatem eſſe qua nihil preſtātius intelligētius beatius queat nominari. Ideo cum veritas querit̄. non plura q̄ tria genera queſtionuꝫ eſſe poſſunt. vtrum hoc omnino ſit. vtrum hoc an illud. vtrum ꝓbandum vel inprobandū ſit.

## Membrum quartum

Poſtea queritur an iſta ſunt eadem in omni creatura. conſtat enim ꝙ omni rei create inſunt. eo ꝙ creata eſt. nec ſolum eēntie ſed etiam potentijs et omnibus q̄ ſunt voluntas ergo cum ſit quedam potentia: habebit modum ſpeciem et ordinem ſm ꝙ creatura eſt. cum autem non contingat modum ſpeciem et ordinem que inſunt cuiuſlibet rei corrumpi per peccatum. quoniaꝫ ipā voluntas non ſolum vt creatura ſed etiaꝫ vt eſt potēs peccare: habet modum ſpeciem et ordineꝫ. que ſunt corruptibiles vel diminuibiles per peccatum. Queritur ergo vtrum modus ſpecies et ordo que inſunt voluntati in eo ꝙ creatura. et in eo quod eſt potens peccare: ſm idem inſunt aut ſm diuerſa. Illud autem ſm ꝙ inſunt modus ſpecies et ordo omni creature ſit. a. Illud autē ꝙ inſunt modus ſpecies et ordo que ſunt diminuibiles per peccatum ſit. b. tunc queritur. b. non ſolum habet ſpeciem modum et ordinem vno modo ſed duplici cum ſit creatura. quia ſi non haberet modum ſpeciem et ordinem niſi prout inſunt omni creature: tunc. b. non eſſet illud ſm ꝙ modus ſpecies et ordo que ſunt diminuibiles per peccatum ipſi voluntati inſunt. Si ergo. b. vtroqꝫ modo habet ſpeciem modum et ordinem: tūc q̄ritur illi duplices modus ſpecies et ordo: aut inſunt illi ſm idem. aut ſm diuerſa. ita ſemper querēdo poteſt abiri in infinitum qđ non eſt poſſibile. oportet ergo ponere ꝙ ſm idem aliquando inſunt illi duplices modus ſpecies et ordo: ſed ſicut ſtaret̄ alibi ita poteſt ſtare ī p̄mo. ſic ergo voluntas que eſt potentia ſm idem erit habens modum ſpeciem et ordinem. vt communiter ſunt in omni re: et vt ſunt corruptibilia per peccatum. Aut ergo illud erit eodem modo ſe habens aut non. ſi eodē ergo cum ſm modum ſpeciem et ordineꝫ vt ſunt in omni re non fiat diminutio. ſm aūt modū ſpecieꝫ et ordinē alio mō ſumptos fiat diminutio: tunc ſm idem ⁊ eodē modo ſe habens. fieret et non fieret diminutio quod ē inconueniens. Relinquitur ergo ꝙ erit ideꝫ ſed aliter et aliter ſe habens ſm ꝙ inerit voluntati modus ſpecies et ordo. et prout ſunt diuiſibiles per peccatū. ¶ Nos concedimus dicimꝰ enī. ꝙ eadem voluntas eſt que habet vtroſqꝫ modum ſpeciem ⁊ ordinem. eadem dico ſm ſubſtantiam: ſed et aliter cōſiderata. dicimus enim ꝙ ipſa voluntas poteſt ꝯſiderari vt natura quedam. vel vt volūtas. ſm ergo ꝙ natura ē: ſic habet modum ſpēꝫ ⁊ ordinem. q̄ ꝯſequunt̄ vnam rem. ſicut et alie creature et ſic nō ſunt diuiſibiles per pctm. Secđm autem ꝙ ipā ꝯſideratur vt voluntas. ſic eſt ordinabilis ad gratuitū bonū voluntarie qđ nō repitur in alijs creaturis ſic in ipſa reperiunt̄ modus ſpēs et ordo q non ſunt in rationabilibꝫ creaturis: et hi ſunt diuiſibiles per peccatum vnde ſm hoc dicimꝰ. ꝙ duplex eſt vertibilitas eſt enim quedā vertibilitas que ꝯcomitatur omnē creaturaꝫ eo ꝙ creatura eſt. et hec vertibilitas ꝑ naturam eſt đ eſſe in nō eſſe. ⁊ hec vertibilitas r̄ndet mō ſpeciei et ordini ꝓut ſunt in omni creatura. Eſt aūt vertibilitas alia q̄ nō eſt in nō eſſe ſimplr̄ ſed in nō eſſe moris qđ eſt malū et hec vertibilitas eſt electōnis. et hec r̄ndet modo ſpēi et ordini q̄ ſunt in ratōnabilibꝫ tm̄. ¶ Sed poſſet queri cū ſm hanc v̄tibilitatē corrumpat̄ modus ſpēs et ordo vt inſunt ratōnabilibꝫ et hoc ꝑ pctm. cum modus ſpēs ⁊ ordo vt inſunt om̄i rei nō ſunt vertibilia ꝑ pctm vt dictuꝫ eſt. quid erit cauſa illiꝰ vertibilitatis aut corruptionis illius q̄ corrūpunt̄ modus ſpēs et ordo ſm ꝙ inſunt omni rei. Ad quod intelligendū eſt qđ dicit augꝰ. in. xj. ꝯfeſſionum. domine duo feciſti. vnum prope te. et aliud prope nihil. prope nihil appellat̄ ibi materia quātuꝫ eſt de ſe. prope deum appellatur angelica natura ſiue quecūqꝫ a materia ſepata inter creaturas. Quanto ergo minus habꝫ creatura de eo qđ eſt prope nihil: tāto minus habet de vertibilitate ꝯmuniter dicta. quāto aut magis habet creatura de eo qđ eſt prope nihil: tanto magis habet de vertibilitate et corruptibilior eſt. ſic ergo peccatum ſm aliquam vertibilitatem erat corruptum modi ſpeciei et ordinis que inſunt rationabilibꝫ tm̄: ita acceſſus ad prope nihil ſm hanc vertibilitatem que ineſt omni creature eſt corruptiuus modi ſpeciei ⁊ ordinis ꝯmuniter dictorum. vnde etiam ſm hoc ē differentia inter iſtas duas vertibilitates. Corruptio enim que eſt ſm vertibilitatem electōnis eſt prope et ſolū ꝑenes receſſum et elongationem a ſummo bono: et nō penes acceſſum ad oppoſitum. Corruptio que eſt ſm vertibilitatem ꝯmunem: eſt ſm acceſſum ad nihil: vel ad id quod eſt prope nihil.

## Membrum quintum

Conſequēter querit̄ penes qđ ꝯgnoſcatur vel attendat̄ bonū in creatore vel in creatura. an ſcꝫ penes modū ſpeciem ⁊ ordinē Ad quod ſic aug. in li. de natura ſummi boni. om̄is modus ſpecies ⁊ ordo a deo ſunt. quantuꝫ moderata ſpecioſa ordinata: tantū bona ſunt. Ex quo obijcitur. ſi ea q̄ ſunt: ex eo ꝙ ſūt magis moderata ſpecioſa ordinata: magis bona ſunt: ſed penes modum dicuntur moderata. penes ſpēm ſpecioſa. ab ordine ordinata: ḡ ordinatur vel dinoſcitur bonuꝫ penes iſta tria Item auguſtinus in li. lxxxiij. queſti. vbi eſt aliqua ſpecies neceſſario eſt aliquis modus: et modus aliqđ boni eſt. Summum ergo malum nullum modum habet caret enim bono. et ſimiliter cuꝫ careat modo et ſpecie caret et ordine. quoniam ordo ponit ſpeciem et modū. ergo cognitio boni in creatura eſt per iſta tria. qꝛ alit̄ non diceretur ſummū malum quod caret iſtis. ¶ Contra auguſtinus ſuper Geneſis ad litteram accipit hāc auctoritatem Sapientie. xj. omnia diſpoſuiſti in nūero pondere ⁊ menſura. ⁊ dicit ꝙ hec tria ſunt in omni creatura. vnde dicit. menſura omni rei modum p̄figit. ⁊ numerus om̄i rei ſpeciem p̄bet. ⁊ pondꝰ omnē rem ad quietem ad ſtabilitatē trahit. ille primitus eſt ſingulariter et veraciter: iſta eſt que terminat omnia ⁊ format omnia et ordinat omnia. Inq̄tum terminat omnia dicitur cauſa efficiens que dat menſuram vel modū. Inq̄tum autem format cauſa formalis dicitur et dat nūerum ſiue ſpeciem. inq̄tum eſt cauſa finalis trahit rem ad ſtabilitatem ⁊ quietem: ſicut facit pondus in corporibus. Ex quo pꝫ. ꝙ ordo refertur ad cauſam finalem Sed bonum dicitur ſm boeciuꝫ dicitur quia ad bonū tendit. vnde bonum dicit operatōneꝫ ad finem. ḡ bonū ſm ordinem ſolum determinatur et dinoſcitur et n̄ ſm illa tria. ¶ Item aug. in li. lxxxiij. queſti. ꝙ totum nomen mali de ſpecie priuatione repertum eſt. maxima ḡ eſt opinio mali contra ſpeciem. ergo bonum quod opponitur malo maxime conſiſtit circa ſpeciem ſicut ergo notificatio mali eſt per ſpeciei priuatōnem: ita notificatio boni ſolum per ſpeciem. ¶ Item virtus eſt de genere boni. ſi ergo virtus determinatur penes ſuperfluum et diminutum: ergo et bonum. Sed medium iſtud reducitur ad modum. ergo ſolum penes modum determinatur bonuꝫ. ¶ Item auguſtinus de natura ſummi boni dicit. ꝙ iſta recipiunt determinationem mali. Unde dicitur malus modus. mala ſpecies: malus ordo. Sed bonum non poteſt cadere in maluꝫ. ergo penes iſta nō determinatur vel dinoſcitur bonum. ¶ Solutio dicendum ꝙ penes hec tria determinatur et dinoſcitur bo-

num in creatore et creatura. Bonum enim increatum ſicut dicit dyoniſius dicitur. ex quo omnia ſubſiſtunt. et ſic ſe habet in ratione cauſe efficientis ad bonuz creatum: ꝙ ab ipſo eſt. et dicitur bonuz increatum in quo omnia contenta ſunt. et ſic ſe habet in ratōne cauſe formalis ad bonum creatum qđ in ipō eſt et tanq̄ in cōtinente. Iterum bonū increatum dicitur quod omnia affectant et ad quod omnia ↄuertantur. et ſic habet intētionem cauſe finalis. Bonum vō creatuz dicitur quia a bono. quia in bono: quia ad bonum. Modus autez ſumitur ex comparatōne creature ad efficientem quia ipſa dat modum. Species ex ordinatione rei ad cauſaz formalem. ordo vō ex comparatione ad cauſam finalē. Inq̄tum ergo bonum creatum dicitur quia a bono habet modum. inq̄tum dicitur bonum quia in bono dicitur habere ſpeciem. inq̄tuz dicitur bonum quia ad bonum dicitur habere ordinem. licet ante hec omnia iudicent bonum: principaliter tamen ſm ordinem dinoſcitur quia ſpecies in intellectu ſuo ponit modum. ordo autem dat preintelligere modum et ſpeciem et nō econuerſo. vnde ponit illa: et ideo tanq̄ per ſummū notificatur per ordinem. quia notificatio illius per ordinem eſt notificatio illius per modum et ſpeciem: cum ordo ille preintelligat. ¶ Ad illud quod obijcitur. ꝙ bonum dinoſcitur penes ordinem cum dicat bonuz ad comparationem ad finem principalr̄: hec tamen comparatio non excludit comparatōnem eius ad formam et efficiētem. quin ſcilicet dicatur bonum quod ex bono quod ī bono. immo potius ponunt illā: quia cauſa finalis induit rationem aliarum cauſarum. ¶ Ad aliud dicenduz. ꝙ ſpecies dicitur duobus modis. Uno modo ſpecies dicitur quo res diſtinguitur. et ſic condiuidit̄ contra modum et ordinem: quia modus eſt quo res limitetur: ſpecies quo diſtinguitur: ordo quo ad aliud ordinatur. Alio modo dicitur ſpecies quo res placet et accepta eſt. et hoc modo dicit rationem boni decurrentis per illa tria. Et ſic intelligitur totum malum de ſpeciei priuatōne deſcendere. ¶ Ad vltimū dicendum. ꝙ iſta nō poſſunt cadere in malum in ſe manentia ſm idem. ſed ſicut dicitur de eo quod eſt bonum natura ꝙ ē malum voluntate vt de homine malo. et dicitur bonū malum ſed non ſm idem. quia bonum ſm naturam: malum ſm voluntatē. ſic modus ſpecies et ordo dicuntur mali non ſm idem. verbigratia. malus modus in anima praua que ↄſeruat modum nature q̄uis non volūtate. vel quemadmodū dicit aug. in li. de natura boni. Malus mod⁹ vel mala ſpecies vel malus ordo aut idō dicuntur. quia minora ſunt q̄ eſſe debuerunt: aut quia non his rebus accomodant̄ quibus accomodāda ſunt et ideo dicunt̄ mala ꝙ ſunt aliena ⁊ incongrua tanq̄ ſi dicatur aliquid non bono modo egiſſe quod min⁹ bene egit q̄ debuit. aut quod ita egit ſicut in re tali nō debuit. vel amplius q̄ optebat: vel non cōuenienter. vt hocipſum quod reprehenditur malo modo actum. non ob aliud iuſte reprehendatur: niſi quia ibi non eſt ſeruat⁹ modus. ¶ Item ſpecies mala vel in ↄparatione dicitur formoſioris atz pulcrioris ꝙ iſta ſit minor ſpecies iſta maior. non modo ſed decore. Aut quia nō congruit huic rei cui adhibita eſt vt aliena et inconueniens videatur: tanq̄ ſi nudus homo in foro deambulet: quod non offendit ſi in balneo videatur. Similiter et ordo tunc malus dicitur. cum minus ſpecie ordo ſeruatur. Unde non ibi ordo ſed potius inordinatio mala eſt. cum autem minus ordinatum eſt q̄ debuit: aut non ſicut debuit. vbi tamen aliquis modus aliqua ſpecies aliquis ordo eſt: aliquod bonum et aliqua natura eſt. Ubi autez nullus modus nulla ſpecies nullus ordo eſt: nullū bonum et nulla natura eſt.

## ¶ Membrum ſextum

Conſequenter inquirendum eſt ſi vnumquodqꝫ inq̄tum eſt bonum eſt. Ad quod eſt auctoritas Boecij in libro đ ebdomadibus. Item auguſtinus in libro de libe. arbi. et alijs locis. ¶ Contra. ſi vnumquodqꝫ inq̄tum ē bonum eſt: erit bonum per eſſentiam. ergo eſſentialiter bonum: ergo bonum ſicut deus. Si reſpondeatur iuxta boeciuz in libro de ebdomadibus ꝙ bonū dr̄ duobus modis. Primum eſt quod eſt vere bonum. quoniā bonum eſt in eo quod eſt id ē ſue eēntie veritate. Secundū ꝙ eſt bonum nō eſſentie ſue veritate ſed denominatōne ſue cauſe. quia fuit a bono vel eſt ad bonum. quemadmodum humanū dicitur duobus modis vt dicit Porretanus generis ꝓrietate vt animal humanum homine demonſtrato. Denominatōne ſue cauſe. quia ex eo fluxit cuius humanuz ē eſſe. et hoc modo dicitur opus vel artificium humanū. et vtrunqꝫ ſiue hoc animal demonſtrato homine: ſiue hoc opus quod eſt ab homine dicit̄ humanum in eo ꝙ eſt ſed differenter. quia hoc animal humanum in eo ꝙ eſt quia eius eſſe eſt humanum eſſe. Hoc vō opus. non quia eius eſſe eſt humanuz eſſe: ſed quia fluxit ab homine cuius eſſe eſt humanum. Similiter cum dicitur deus bonus. in eo ꝙ eſt hoc eſt. quia eius eſſe eſt bonitas. cuz dicitur creatura bona in eo ꝙ eſt. ſcilicet quia a bono eſt: hoc eſt ab eo cuius eſſe ē bonitas et ad illud eſt. vnde auguſtinus in encheridion. nature omnes quia conditor earum eſt ſumme bonus: bone ſunt. ¶ Contra obijcitur. nam cum humanuz cū dicitur de opere poſt factum eſſe non ponat aliquid in opere ergo bonum non ponit aliquid in facto eſſe creature quod eſt falſum. Cum ergo bonum ponat in ipſa creatura relinquitur ꝙ non dicuntur bonum ſicut humanum. ¶ Item obijcitur de yle ſiue prima materia de qua auguſtinus in libro de natura boni. yle non per aliquam ſpeciem ſentiri ſed per oīmodam priuationem ſpeciei cogitari vix poteſt. Cum ergo determinetur bonitas ſm modum ſpeciem et ordinem vt dictum eſt. yle autem inq̄tuz eſt intelligitur priuata modo ſpecie ⁊ ordine: relinquitur ꝙ non erit bona inq̄tum eſt. ¶ Item fornicatio vel culpa eſt in fornicatōne vel peccante. ſi ḡ vnumquodqꝫ inq̄tum eſt bonum eſt: ergo fornicatio vł culpa inq̄tum eſt bona eſt: ſed inq̄tum fornicatio culpa eſt: ergo fornicatio inq̄tum fornicatio bona eſt.

¶ Reſponſio. cauſa prima ſicut dicit phs. magis ē eſſentialis cauſato q̄ cauſe alie. quod tamen intelligendum eſt ſic. non ꝙ cauſa prima ſit de eſſe cauſatorum: ſed ꝙ cauſata nulla niſi ab ipſa ſunt. nec niſi per ipām ſunt et ſeruantur. nec niſi vt ad ipſam ſunt habet eſſe. ergo bonum quod dicit rationem cauſalem ſicut dicit dyoniſius. Bonum eſt in quo omnia ſubſiſtunt et in quo omnia ſeruantur et ad quod omnia conuertuntur Hinc eſt ꝙ vnumquodqꝫ inq̄tum eſt: a bono et ad bonuz eſt. et hec eſt bonitas in creatura eſſe a bono in bono ad bonuz. et ideo bonitas creature non eſt bonitas per eſſentiam: et tamen eſt in eo quod eſt. Concedo ergo ꝙ non ſic dicitur omnino creatura bona ſicut opus dicitur humanum. q̄uis vtrunqꝫ dicatur per denominationem ſumptam a cauſa. quia cauſa diuina magis eſſentialiter ſe habet ad ſuum effectum qui eſt creatura: q̄ cauſa humana ad ſuum opus. ¶ Ad aliud dicendum. ſm illud Auguſtini de vera religione. Illud qđ in comparatione perfectorum informe dicitur. ſi habz aliquid forme q̄uis exiguum nondum eſt nihil. nōnullum ergo bonum eſt capacitas forme. et ideo qui preſtitit formam fecit etiam poſſe formari. Secūdm ergo aug. dr̄ natura capacitas forme ſm quaz dicim⁹ ꝙ materia

eſt poſſibilis ad capiendas formas et ipſi materie pro
forma ſm quam dicimus in materia eſſe ſpeciẽ. ¶ Et hoc
eſt etiam quod dicit auguſti. in libro de natura boni. ꝙ
materia habet capacitatem formarũ ſuarum. ¶ Nam ſi
capere impoſitam formam ab artifice ñ poſſet: nec ma
teries diceretur. licet ergo materia ſm ſe non habeat
formam aliquã diſtinctã et que ducat ipſam ad aliqd
eſſe: eſt tamen ipſi materie potentia capiendi formas ſi
ue capacitas formarum pro forma: quemadmodũ ma-
teria ratione huiuſmodi non habet eſſe ſimpliciter ſed
ſm quid: ita huiuſmodi ratione habet ſpeciem nõ ſim-
pliciter ſed ſm quid. vnde ſicut ipſa eſt ens: ita habet il
la tria: ita etiam ẽ bona. ¶ Et propter hoc dicit auguſti.
ꝙ nõnullum bonum eſt capacitas forme. imo aliquod
bonum ratõne cuius habet materia ſpeciem et ita ſuã
bonitatem: vnde non eſt dicẽdũ ꝙ omino careat iſtis
¶ Et cum dicit auguſtinus ꝙ per oĩmodam ſpeciei pri
uationem cogitari vix poteſt. loquitur de ſpecie ſiue de
forma que ab extrinſeco aduenit materie: perficens eã
et dans eſſe completum. ¶ Ad vltimum dicendum. ꝙ
quedam nomina ſumuntur a priuationibus et defecti-
bus de quibus non eſt dicere inq̃tum eſt bonum eſt. et
eſt ratio: quia earũ eſſe non eſt eſſe ſimpliciter ſed defi-
cere ab eſſe tali: et eſſe priuatõnem defectuum et malo-
rum. ¶ Cum ergo dicitur vnumquodq̧ inq̃tũ eſt bonũ
eſt intelligitur de illis que ſeruant eſſe: et non de illis q̃
deficiunt ab eſſe.

## ¶ Membrum ſeptimum

Onſeqñt q̃ritur ſi vnũquodq̧ bonũ cre-
atum ſit bonum per eſſentiam vel ꝑ par-
ticipatõnem. ¶ Nam ꝙ per eſſentiam: hoc
videtur relinqui ex precedentibus. tamẽ
circa hoc diſputat boetius ĩ libro de ebdomadibus. di
cit eniꝫ ꝙ ſi ea que ſunt participatõne bona ſunt: per ſe
nullomodo bona ſunt. ¶ Nam quod ꝑticipatõne album
eſt per ſe in eo ꝙ eſt album non eſt. ſicut ergo ꝑticipati
one albũ poteſt non eſſe: ita creatura ſi eſt ꝑticipatione
bona. poterit nõ eſſe bona: ſed creata nõ poteſt non eſſe
bona: ergo nõ eſt ꝑticipatõne bona ſed ſubſtantialiter
¶ Item ꝑticipare eſt ꝑteꝫ capere: ſed deus vel diuina bo
nitas nõ habet ꝑtem. ergo non põt ꝑticipari diuina boni-
tas: ſed diuina creatura ẽ creatura bona: ergo nõ capit par
tem ipſiꝰ: ergo nõ eſt ꝑticipatõne bona. ¶ Item aug. in li.
lxxxiij. queſti. dicit. q̃ ꝑticipatõe ſiľia ſunt recipiũt diſ-
ſimilitudinẽ: ſed creatura manẽs creatura bona eſt. et ꝑ
hoc hꝫ ſimilitudinẽ cũ primo bono. et nõ põt recipe op-
poſitum illiꝰ bonitatis ſiue diſſimilitudinẽ. vt dicatur
creatura inq̃tum creatura hmõi malum: ergo nõ dicitur
ꝑticipatione bona. et ergo eſt eſſentialr̃ bona. ¶ Item boĩ-
tas creata aut eſt ꝑticipatõne bona aut eſſentialir̃. nõ ẽ
ꝑticipatõne bona. quia qđ eſt ꝑticipatõne bonuꝫ vt di
ctum eſt: põt recipere diſſimilitudineꝫ. ſed bonitas non
põt nõ eſſe bona: ergo non eſt bona ꝑticipatõne. ergo ẽ bo
na eſſentialiter: ſed bonitas creata eſt bonitas ipſiꝰ crea
ture: ergo creatura ẽ bona eſſentialiter. ¶ Contra quod
ſubaliter ẽ bonũ dicir̃ ſiľe primo. ſic dicit boetiꝰ in li. de
ebdomadibꝫ: ſed nihil ẽ ſiľe primo niſi primũ: ergo nihil eſt
ſubaliter bonũ niſi primũ: creatura ergo nõ eſt ſubaliter
bona. ¶ Qr aũt nihil ſit ſiľe primo niſi primuꝫ patet: qm̃
ſimilitudo ẽ ꝯuenientia in aliqua q̃litate: ſed nihil ẽ com-
mune creatori et creature. et iterũ non eſt in ipſo aliqd
qđ nõ ſit ipm̃. vñ non eſt in ipſo aliq̃ qualitas ergo quod ẽ
ipſi ſiľe eſt ipſum. ¶ Item ꝙ nõ ſit creatura ſiľis pmo
ptꝫ ꝑ aug. in li. lxxxiij. queſti. ipã ſimilitudo ex aliq̃ ꝑte
nullomodo poteſt eſſe diſſimilis. vñ fit vt cum ſimilitu
do patris filiꝰ dicir̃. qa eiꝰ ꝑticipatõne ſiľia ſunt quecũ
q̧ ſunt vel inter ſe vel deo ſiľia. ex nulla ꝑte põt eſſe diſ-
ſimilis: ſed oĩs creatura põt eſſe diſſimilis primo ex
parte et ita eſt: ergo nulla creatura eſt ei ſimilis. ergo
nec bonitas creata: ergo non eſt ſubſtantialiter bona.
¶ Iuxta hoc queritur de quadam ratione boecij ꝑ quã
oſtendit omnia eſſe bona que talis eſt. tenet communis
ſententia doctorum omne quod eſt ad bonum tendere:
omne autem tendit ad ſimile. que igitur ad bonuꝫ ten-
dunt bona ipſa ſunt. oſtenditur enim ꝙ non valeat iſta
ratio. quia non valet hec argumentatio. omnis homo
tendit ad beatitudinem et omne tendit ad ſuum ſimile
ergo omnis homo eſt beatus. et ita vel falſum dicit di-
cendo ꝙ omne ſimile tendit ad ſuum ſimile: vel oportꝫ
reddere cauſam quare tentio ad bonum facit crea-
turam eſſe bonam. non autem tentio ad beatitudinem
facit ipſam eſſe beatam. ¶ Solutio dicendum. ꝙ ſm
beatum dyoniſium in lib. de diuinis nominibus. ſicut
ſol qui apud nos eſt non exiſtimans vel arbitrio motꝰ
ſed ipſo eſſe illuminat omnia que ſuo participare lumi
ne iuxta propriam poſſunt rationem: ſic et bonum qđ
ſupra ſolem eſt tanq̃ imaginem omnibꝰ entibus emit-
tit bonitatis totius radios. ¶ Ad obiecta nota. ꝙ ali-
quid eſſe per participationem dicitur tribꝫ modis. vno
modo cum illud habet formam que non concomitatur
totam extenſionem eſſe. et hoc modo forme ſeparabiles
vt albedo et ſanitas in ſuis ſubiectis ſunt participatõ
ne. Que võ ſemper inſunt ſunt eſſentialiter. hoc modo
dicit Auguſtinus. que participatõne ſimilia ſunt: poſ-
ſunt eſſe diſſimilia. Alio modo cum habet formam con
comitanteꝫ totam extenſionem eſſe: ſed tamen partitur
et multiplicatur in illis: ſic forma vniuerſalis que mul
tiplicatur in ſingulari: vnde dicitur participatõne ſpe
ciei plures homines vnus. Tercio modo dicitur cum
habet formam aliquã que eſt incompleta reſpectu ali-
cuius complete a qua habet dependentiam et cauſam.
ſicut ſapiens dicitur participatõne: quia habet ſapien
tiam incompletam reſpectu ſapientie diuine que eſt eſ-
ſentialiter completa. Scđm hoc bonum participatio-
ne dicitur tribus modis pmo modo dicitur homo bo-
nus participatione bonitate gratie quia gratia eſt for-
ma ſeparabilis. Secũdo modo dicitur angelus bonꝰ
participatõne bonitate glorie. quia bonitas glorie cum
ſit inſeꝑabilis multiplicatur tamen in pluribꝫ angelis
beatis. Tercio modo dicir̃ oĩs natura bona ꝑticipa
tione. quia bonitas non eſt eiꝰ eſſe ſedadditũ ipſi eſſe
et hoc ꝑ relatõnem ad bonũ per eſſentiam qđ eſt deus.
¶ Item nota ꝙ bonũ ſubaliter dicir̃ duobꝫ modis. vno
modo dicir̃ ſubſtantialr̃ bonũ qñ ſubſtantia eſt bonuꝫ
ita ꝙ idem ſit bonitas. et hoc dupliciter ſm primũ mo-
dum dicendi eẽntiale ſm ꝙ nos dicimꝰ eſſentiale eſt de
eſſe ſui qđ dicit eſſe rei. hoc modo ſolus deus dicir̃ bo-
num ſubaliter. Alio modo dicir̃ bonũ ſubaliter ſm ſe-
cundũ modũ dicendi eẽntiale. ſcꝫ ſm ꝙ eſſentiale dicir̃
ꝓprietas ĩmediate ſequẽs eſſentiaꝫ et inſeꝑabiliter. hoc
mõ creatura ẽ bona eſſentialr̃: qꝛ bonitas ĩmediate ſeq
tur eſſentiã creature. ¶ Ad ſcđm qđ obijcir̃. ꝙ ꝑticula-
re ẽ ꝑteꝫ capere ⁊c̃. dicendũ ꝙ diuina bonitas in ſeipã
ſimpliciſſima ẽ: nec hñs ꝑtem et ꝑtem. Item diuĩa boĩ-
tas infinita eſt q̃tum ad effectus. vñ ſi queratur q̃ntuꝫ
extenditur ipã bonitas diuina. nõ põt dici tantũ. nam
in infinituꝫ extendir̃. ideo bonitas diuina nõ dicir̃ eſſe
tanta: qa ad effectꝰ nõ eſt limitata nec in ſeipã: nec ſic ẽ
de bonitate creata. ¶ Qr ergo dicir̃ ꝙ bonitas creata perci-
pit bonitateꝫ increatam. hoc non eſt dicere ꝙ bonitas
increata dicatur per partes in ſingulis bonitatibꝫ cre
atis: ſed hoc eſt dicere. ꝙ bonitas creata capit partem
in effectu. quia hec capit iſtum effectum prime bonita-
tis. alia alium. hoc ergo eſt participare ipſam bonita-
tem ſcilicet q̃tum ad effectum. ¶ Ad tercium dicenduꝫ
ꝙ bonum creatum manens in eſſe non poteſt recipere
omnimodo diſſiľitudinẽ a primo bono. ſed inq̃tũ defi-
cit ab eſſe recipit diſſimilitudineꝫ deficit autem ab eſſe
cum deficit ab ordine. et hoc eſt malum fieri ſm ꝙ dicit

Boecius. eſſe eſt quod ordinem retinet ſeruatqꝫ naturam. vnde dicit. ꝙ ſm hoc mali homines non ſunt: qa in ſuo ordine non ſunt. ¶ Ad quartum dicenduꝫ. ꝙ bonitas creata manens non poteſt non eſſe bona: ſed nõ habet ex ſe ꝙ ſit bona ſed ex hoc ꝙ ordinatur ad ſūmū bonum. et ideo non ſequitur ꝙ eſſentialiter. ¶ Ad obiecta oppoſite partis ad illud ſcilicet quod obijcit̃ de bonitate creata ꝙ non ſit eſſentialiter bona. quia non eſt ſimilis primo. Dicenduꝫ ꝙ quedam ſimilitudo eſt que eſt in idemptitate eſſentie: et hoc modo filius in diuis ſimilis eſt patri. et de hoc loquitur augu. in lib. lxxxiij. queſti. cum dicit. ꝙ ſimilitudo non poteſt eſſe diſſimil̃. quia enim hec ſimilitudo ſupponit idemptitatem eſſentie propter hoc ex nulla parte poteſt eẽ diſſimilis. hoc modo bonitas creata non eſt ſimilitudo primi ſiue bonitatis increate hoc enim modo nihil eſt ſimile primo niſi primū. Alia autem eſt ſimilitudo que eſt in participatione effectus. ſic eſt ſimilitudo vel ſimilis: quia participat hunc effectum auguſtinus in li. lxxxiij. q. dicit. ꝙ ſimile ſimilitudine dicitur ſimile. ſm ꝙ bonum ẽ bonitate dicitur bonum: ergo bonum creatū bonitate creata dicitur bonum. et bonum increatum bonitate icreata dicitur bonum: ſed bonum creatū eſt ſimile illi bono prout dictuꝫ eſt: ergo bonitas creata eſt ſimilitudo bonitatis diuine ſicut dictum eſt. ¶ Item nota. ꝙ dicit porretanus in libro de ebdomadibus. exponens nonã ebdomadam. eſt quedaꝫ alterutrius nūero diuerſoꝝ vnio quã ꝯformitatis ratio facit. que ad preſentem locum pertinet. ⁊ hec vnio ſimilitudo dicitur. et ẽ vel ſm naturam vel ſm quedam extrinſeca. ſm vo naturã dupliciter. aut enim ſm propoſite nature plenitudineꝫ: ⁊ dicitur ſubſtantialis ſimilitudo. qualiter album albo ſimile eſt. aut homo homini. aut ſm nature propoſite partes aliquas: et vocatur imaginaria ſimilitudo. qͥliter humana pictura vero homini ſimilis dicitur. Alia vo que eſt ſm extrinſeca aliqua dicitur imitatio qualiter artifex aliqs alij artifici vel homo deo iuxta voluntatem eius aliquid faciendo dicitur ſimilis. ſimilit̃ creatura iuxta volūtatem ⁊ diſpoſitioneꝫ exiſtens dicetur ſimilis quo ad hoc creatori. ¶ Ad hoc quod queritur non omnes dicunt̃ beati quia ad bonitatem: ſicut boni quia ad bonum dicendum. ꝙ beatitudo dicit ipſum finem vltimum vel ꝯiunctionẽ que eſt cum fine huiuſmodi. eſt enim ſtatus omniū bonorum congregatione perfectus. et ideo ꝓprie nihil dicitur beatum: donec fuerit coniunctū illi fini. Intentio vo boni generalior eſt nam dicit ipm̃ finem vel ordinabile ad illum finem. et hec ſiue ſit ꝯiunctū fini ſiue diſtans: ⁊ ideo ſequit̃ ſi ſit ordinatum ad bonum ꝙ ſit bonum.

## ¶ Membrum octauum

Deinde querit̃. an bonū creatum aliquod ſit immutabil'r bonū. Ad qꝺ ſic. quod ẽ bonū et nõ põt nõ eſſe bonum: eſt īmutabiliter bonū: ſꝫ virtutes vt prudẽtia iuſticia caritas ⁊ cetere ſic ſunt bone vt nõ poſſunt nõ eẽ bone: ergo ſunt īmutabiliter bone. ¶ Iteꝫ ad id cuiꝰ vſus bonus eſt ipm̃ eſt bonū. ⁊ cuius ẽ immutabil'r bonꝰ ipſuꝫ eſt īmutabiliter bonū: ſꝫ vſus virtutū eſt immutabilit̃ bonus. Vñ aug. in li. de li. ar. virtutibꝫ nemo vtit̃ male. ceteris aũt bonis. i. medijs ſicut ſunt potentie aĩe. et minimis vt ſunt ſpẽs quorūlibet corpoꝝ non ſolū bone ſed et male quiſqꝫ vti põt. ¶ Item aug. in ṽtutibꝫ recta ratio viget ſine q̃ virtutes eſſe nõ pñt. recta aũt ratõne nemo male vti põt. ¶ Contra. omne qꝺ auerſione incipit eſt vertibile vt dicit dama. ſed omẽ creatū incipit a verſione: qa exit de nõ eſſe in eſſe: ergo omẽ creatū vertibile. ⁊ omẽ vertibile mutabile: ergo nullū bonū creatum eſt immutabile ex q̃ nõ eſt aliqꝺ immutabile. ¶ Item ſi dicatur ſic̃ dicit porretanus ꝙ bonuꝫ dicit̃ duobꝫ modis ſcꝫ in ſe et abſolute. ſicut bonū ſummum quod eſt deus eſt immutabiliter bonū. Si vo bonuꝫ ſm vſum ſic ṽtutes ⁊ recta ratio ſunt īmutabiliter bona: qa vſus ipſarum nõ poteſt nõ eſſe bonꝰ. ¶ Contra auguſ. de ciui. dei. virtutes cum referunt̃ ad ſeipſas nec ꝓpter aliud expetuntur: inflate atqꝫ ſupbe ſunt: ſed inflatio ⁊ ſupbia nõ põt eſſe bonus vſus: ergo cõtingit male vti virtutibus.

¶ Reſpõſio ſicut prius īmutabiliter bonū dicit̃ quadrupliciter. eſt enim bonū immutabiliter ſm eſſe ⁊ ſm vſū ſic ſummū bonū ſolū eſt immutabiliter bonū. Item eſt mutabile ſm vſum ⁊ ſm eſſe vt bona corꝑalia. Iteꝫ eſt immutabiliter bonū ſm eſſe ⁊ nõ ſm vſum. vt volūtas rõnalis quod intelligit̃ q̃tum ad factum et nõ q̃tū ad fieri ipſiꝰ ſicut in ceteris ꝑpetuis. Item eſt immutabiliter bonum q̃tum ad vſum non q̃tum ad eſſe vt virtutes quibus non eſt male vti: ⁊ tamen poſſunt non eẽ. et ita mutari in non eſſe et ſic in non bonum. ¶ Ad illud quod obijcit ꝙ mutabile omẽ creatū. concedo quantū eſt de conditione ſue originalis materie quia de nihilo ſed q̃ntum eſt de conditione ſue originis cauſalis: perpetuum eſt immutabile q̃tum ad eſſe et ſi non q̃tuꝫ ad fieri ſiue ad bene eſſe. quia ſcilicet exiuit de non eſſe.
¶ Ad illud quod obijcit. ꝙ virtutibus ꝯtingit ſuperbire: materiliter verū eſt. quia de virtutibꝫ ꝯtingit ſupbire: ita et materialiter ꝯtingit male vti. quia appetitus q eſt de virtutibꝫ poteſt eſſe malus. cū. ſ. nõ appetuntur ꝓpter deū ſed effectiue aut formaliter falſum eſt. qr tunc eſſet ſenſus ꝙ ĩ virtutibꝫ eſſet motus ſupbie: vnde malꝰ vſus. et hec intẽtio aug. ꝙ virtutibꝫ. ſ. oꝑando ꝑ ṽtutes nõ ꝯtingit male vti. Vñ dicit ĩ de li. ar. ideo virtute nemo male vtitur: quia opus virtutis eſt bonus vſus ipſorum quibus etiam non bene vti poſſumus.

## Membrum nonum

Conſequenter querit̃ de effectu boni. Eſt igit̃ queſtio. an bonū creatū ſit effectiua cauſa mali aut boni. querit̃ ergo de malo culpe. Ad quod dyoniſiꝰ de di. no. confidimus dicere. malū non eſt ex bono. non eſt ignis infrigidare: ergo nec erit bonum maluꝫ producere. ¶ Item idem in eodem. natura eſt bono producere et ſaluare. malo autem corrumꝑe et diſperdere: ergo malum non erit tm̃ ex bono. ¶ Item idẽ in eodem. bonū ex vna ⁊ generali cauſa. malū aũt ex multis et ꝑticularibꝫ defectibus. ¶ Item math. vij. ¶ Non põt arbor bona fructꝰ malos facere ergo malū non erit ex bono. ¶ Contra. Augꝰ. in ench. ex bono orta ſunt mala necnon talibꝫ bonis inſunt nec erat aliud vñ orirent̃ vlla mala natura. ¶ Item aug. in eodẽ. cū mala ex bonis orta dicimꝰ. non puteñ ꝯ diuine ſnĩe refragrari q̃ dicit̃: nõ põt arbor bona malos fructꝰ facẽ: nec mala bonos. nõ põt em̃ ſic̃ ſaluator ait colligi vua de ſpinis: ſꝫ ex bona terra. et vites naſci poſſe videmus et ſpinas. ⁊ eo mõ tanq̃ arbor mala fructus bonos. i. bona oꝑa non põt facere voluntas mala ſꝫ ex bona hoĩs nat̃a oriri et volūtas bona põt ⁊ mala. nec fuit ꝓrſus vñ primitꝰ orirent̃ voluntas mala: niſi ex angeli ⁊ hoĩs nat̃a bona. qꝺ ⁊ ipẽ dñs eodẽ loco vbi ꝺ arbore ⁊ fructibꝫ loq̃bat̃ aptiſſime oñdit. ait eĩ aut facite arborẽ bonam aut fructū eius bonum: aut facite arborem malam et fructum eius malū. ſatis admonens ex arbore quidem mala bonos: aut bona malos naſci fructus non poſſe. ex ipa tamen terra circūloquebatur vtranqꝫ arborem poſſe. ¶ Reſponſio ſm auguſtinū in enche. ¶ Nequaq̃ dubitare debemus rerum que ad nos pertinent bonarum cauſam eſſe non niſi bonitatẽ dei. malarum vo ab immutabili bono deficienteꝫ boni mutabilis voluntateꝫ. angeli primo: hominis poſtea. hoc primū eſt creat̃e rõnalis malū. i. ꝑma ꝑuatio boni. deinde etiã iaꝫ nolẽtibꝫ ſbintrauit ignorãtia rerū agẽdaꝝ ⁊ ꝯtumacia noxiaꝝ. qbꝫ comites ſbinſerūt̃ error ⁊ dolor

Que duo mala q̄n inminentia ſentiuntur. ea fugiētis
animi vocat̄ metus. porro animus cū adipiſcit̄ ꝯcupi-
ta carnis ꝑniciosa vel inania. quoniā id errore nō ſen-
tit: vel delectatōne morbida vincit̄. Vana etiam leticia
ventilat̄. ex his morboꝝ nō vbertatis ſ; indigentie tan
q̄ꝫ fontibus oīmis miſeria nature rōnalis emanat. Bo-
num ḡ non eſt cauſa mali culpe inq̄ꝫtum bonum ſed in
q̄ꝫtum deficiens a bono qđ eſt bonum eſt cauſa mali: ſ;
non inq̄ꝫtum bonum: et hec eſt intentio beati Auguſti.
¶ Item queꝛit̄ an bonum increatū ſit cauſa mali? Ad
quod reſpondet aug. in p̄o. de li. arbit̄. ſic. duobus mo-
dis malum appellare ſolemus. Vno modo cuʒ malum
quenqꝫ feciſſe dicimus. Alio modo cū mali aliqđ eē ꝑ-
peſſum ac ſi diuinum bonum eſſe noſti vel credis. neqꝫ
eñ aliter pbas eſt. male nō facit. Rurſum ſi deum iu-
ſtum fatemur (nam et hoc negare ſacrilegiuʒ eſt) vt bo-
nis p̄mia ita malis ſupplicia tribuit: que vtiqꝫ patienti
bus mala ſunt. Quobrem ſi nemo iniuſte penas luit:
quod neceſſe eſt credamus. q̄n quidem diuina prouidē
tia hoc vniuerſum regi credimus. illius primi generis
maloꝝ nullo modo. hui⁹ autem ſecundi actor eſt deus
non eñ nullo actore fieri poſſet. ſi autem queris q̄ſnaʒ
iſte ſit? dici non poteſt non eñ vnus aliquis eſt: ſed q̄ſ-
quis malus ſui mali facti actor eſt. vnde ſi dubitas: il-
lud attende quod ſupra dictū eſt. malefacta iuſticia dei
vindicari: non eñ iuſte vindicarentur niſi fierēt volun
tate. ¶ Sed tunc queritur de corruptōne naturalium.
pro qua dicitur homo vulneratus in naturalibus que
eſt pena. Cum eñ omnis pena iuſta ſit. rōne iuſtum a
deo: erit hec pena a deo. et hoc patet ex predicta aucto-
ritate aug. de li. ar. ¶ Contra. Aug. in li. lxxxiij. queſti.
omne qđ deficit ab eo qđ eſt: eſſe tendit in non eſſe. ille
autem ad quem non eſſe ꝑtinet. non eſt cauſa deficiē
di corruptio iſta eſt defectus: ergo deus non eſt cauſa
eius. ¶ Item pena iſta aut dicitur iuſta quia a iuſto ī-
fertur. aut quia propter iuſtam et debitam cauſam in-
fertur. nō quia a iuſto ſcilicet deo: quia ſic quelibʒ res
dicētur iuſta. ergo dicitur iuſta: quia propter iuſtū me
ritum. ⁊ hoc eſt qđ dicit auguſtinus in libro de ſummo
bono. peccantes in ſupplicijs ordinantur. que ordinatō
quia nature eoꝝ non competit: ideo pena eſt. ſed quia
culpe competit ideo iuſticia eſt: ergo participat rōnem
bonitatis ꝑ comparatōnem ad culpam. ¶ Solutō di-
cendum ꝙ ſm ſtatum debitum nature debet eſſe. vt ip̄a
vis ratōnalis in homine dominetur alijs viribus ſcili-
cet iraſcibili et ꝯcupiſcibili. et iſte ſubijciantur ei et tra
hat ip̄as ad ſe. vnde ſic condita eſt humana natura. et
ex hoc habet ip̄a vis ratōnalis facilitatem ſiue proni-
tatem ad bonum et difficultatem ad malū. per hanc au
tem facilitatem et difficultatem attenditur humiliatio
ratōnis ad bonum gratie. et per hoc ad gloriā ad quā
nata eſt et ordinata. Unde ſi homo eſſet recte ordinat⁹
alie vires ſubijcerent̄ rationi. et ſemper eſſet homo fa-
cilis ad bonum et difficilis ad malum. ſed quando pec
cat homo tūc ſubijcitur ratō illis et ille dominantur et
trahunt ip̄am ſecum in affectionibus malis. ita ꝙ ecō
trario ſit difficilis et reſiſtens bono et habilis ⁊ prona
ad malum. et ita fuit in peccato primi hominis. et ex h̄
eſt inordinatō quedā et pena. Iſti enim motus quibus
ſic mouetur rationalis ſm motum aliarum pena eſt:
quia inordinata. ¶ Motus eniʒ inordinatus pena eſt vt
dicit auguſt. quia corrumpitur naturalis habitatō ra
tionis ſm quam mouetur ad bonum et reſiſtit malo.
¶ Quod ergo obijcitur. ꝙ hec corruptio nō ſit a deo. di
cendum ꝙ hec corruptio ſm ꝙ dicit defectū culpabileʒ
nō eſt a deo: ſ; ſm ꝙ noīat defectū penalem ſiue penam
qua punit̄ aīa eſt a deo. qa fundat̄ in aliq̄ ente vt dictū
eſt. ſcʒ in reſiſtentia iſti⁹ vis ad bonum et pronitate ad
malū: et per hoc ponitur ens quoddaʒ. ¶ Ad vltimum
dicendum. ꝙ auguſtinus non intendit dicerere ꝙ boī-
tas vel iuſticia pene referatur ad culpaʒ. immo ad deū
Unde cum dicitur iuſta eſt propter culpaʒ. id eſt iuſta
eſt quia ē a deo: cuius bonitateʒ decet vt pro culpa red
dat penam. Quod autē ſuam bonitatem decet iuſtum
eſt: et ita ꝙ pena bona ſit hoc habet a bonitate prima:
non tamen ab ipſa culpa.

# Membrum decimum

Ordine ſequenti inquirenduʒ eſt de bono
vniuerſitatis vbi querunt̄ tria. Primo
an deus ꝑmittat mala fieri in vniuerſita
te. Scđo an vniuerſitas eſſet melior ſine
malis. Tercio an vniuerſitas eſſet melior ſi omnia eſ-
ſent bona equaliter.

## Articulus primus

Ad primū ſic. optimi eſt optima adducē ſm
ꝙ dicit beat⁹ dyo. Meliores aūt eſſent res
ſi eſſent impꝑmixte malis: quō ergo ꝑmittit
mala admiſceri bonis? ¶ Item non eſt optim⁹ cui⁹ non
eſt optima oꝑatio in ſuo genere. qꝛ bonuʒ vniuſcuiuſqꝫ
reperit̄ in ſuo oꝑe: ḡ optima ē oꝑatio optimi in ſuo ge-
nere ḡ nō pōt eſſe melior in ſuo genere. ḡ debet eſſe impꝑ
mixta malo. dico aūt in oꝑatōeʒ optimi quā operatur
optim⁹ deus. ¶ Rñdet aug. in ench. xv. c. malum bene
ordinatū et ſuo loco poſitū eminenti⁹ ꝯmendat bonum
vt magis placeant et laudabiliora fiant dum ꝯꝑantur
malis. ꝓpter ipſam ḡ bonoꝝ pulcritudinē mala ꝑmiſit
deus fieri. Si eñ malum nō eſſet: in bono nō eſſet niſi
pulcritudo abſoluta ſcʒ reſpectu boni. malo v̄o exiſten
te accreſcit bono pulcritudo ꝯꝑata: vt ꝯꝑatione oppoſi-
ti mali pulcrius eluceſcat. ¶ Ad illud quod obijcit re-
ſpondit aug. alubi dicens. ſingula fecit de⁹ bona: ſed in
vniuerſo valde bona. optima ḡ rerum vniuerſitas ſm
qđ poſſibile ē. q̄uis quelibet res nō ſit optima ī ſuo ge-
nere. Vñ geñ. j. dicit̄ ad ſingula. vidit deus ꝙ eſſet bo-
num. ad ꝯpletionem v̄o ſcriptura veniens ait. vidit de-
us cuncta q̄ fecerat et erant valde bona. dic ḡ ꝙ ſuppo-
ſito ꝙ malum nō eſſet: nō eſſent res in vniuerſo pulcri-
ores: ꝑ hoc ſoluunt̄ obiecta. Aliā etiā cauſaʒ aſſignat
aug. ſcʒ vtilitatē. nō eniʒ inquit ꝑmittit deus mala fie-
ri in re publica: niſi vt bonū ex eo eliciat. Vnde aug. in
xj. de ciui. dei. ait. de⁹ malis voluntatibꝫ vtit̄ bñ. ꝓſunt
eñ temptatiōes ſc̄tis. Neqꝫ eñ de⁹ aliquē angeloꝝ aut
hoīm malū futuruʒ p̄ſciuiſſet. niſi ꝑiter noſſet quibus
eos bonoꝝ vſibꝫ accomodaret. due ḡ pñt reddi rōnes
q̄re de⁹ ꝑmittit mala fieri. bonorū ſcilicet pulcritudo:
maior vtilitas.

## Articulus ſecundus

Querit̄ ꝯñter. an vniuerſitas eſſʒ melior ſine
malis. cū eñ malū ſit ꝑuatio ordinis quō ē
bñ ordinandū. ¶ Item albi⁹ eſt qđ eſt nigro
impꝑmixtius: ḡ meli⁹ quod malo impꝑmixtius. ¶ Item
mulier q̄ nō hʒ maculā pulcrior ē q̄ꝫ ſi hr̄et maculam ⁊
laudabilioris pulcritudinis. vñ in laude ſponſe dicit̄ ī
canticis. tota pulcra es amica mea ⁊ macula nō eſt ī te
ḡ vniuerſitas rerū ſi macula caret mali: pulcrior eſſʒ et
laudabilior. ¶ Itē eccl̄s. x. Eſt malū qđ vidi ſb ſole. ſtul
tum poſitū in dignitate ſublimi: ſ; ſic videm⁹ malos or-
dinatos vt in pluribꝫ: ḡ talis ordinatio eſt mala: cū ſcʒ
illi q debēt ordinari deorſuʒ ponunt̄ ſurſuʒ. dicit enim
orig. ſuꝑ nūi homines vilis vite bñ ordinati ſunt ad vi
lia officia. vt ſcʒ purgent vias ciuitatis. Mali ḡ bñ or-
dinantur in vili loco: boni ergo in eminentiori. ¶ Rñ.
malum in ſe eſt inordinatum. ratione v̄o alterius or-
dinatum dupliciter. vno modo ratione ſubſiſtentis bo
ni ſcʒ nat̄e peccātis. q̄ ſcʒ ordinat̄ ad penā. ſic dic aug.
in libro de natura boni peccātes in ſupplicijs ordinant̄

que ordinatio quia nature eoꝝ nõ competit ideo pe-
na eſt. ſed qꝛ culpe cõuenit: iuſticia eſt. Alio modo or-
dinatur ratione cõtrapoſiti boni ſm ꝙ dicit aug. in
xj. de ciui. dei. ſm quibuſdaꝫ anthitecis bono eſtauit
tanꝗ carnẽ pulcerrimã. Anthiteca vo vocaẗ trãſpo-
ſitio. ſic ergo ꝯtraria cõtrarijs oppoſita ſermonis pul
critudinem reddunt vt ait aplus. ij. Chorin. vj. ꝑ glo-
riam et ignobilitatẽ. per infamiã et bonam famã. in
quadam nõ verboꝝ ſed rerũ eloquentia ſeculi pulcri
tudo cõponitur. vñ in eccõ. xxxiij. cõtra malũ bonum
et contra vitam mors. ⁊ ſic intuere in aĩa opera al-
tiſſimi. vnum contra vnum: duo cõtra duo. ¶ Ad pri
mum ergo obiectum diſtingue ꝙ triplex eſt ordo. quẽ
dam eſt ordo ſurſum. et deorſum. et ad id quod eſt iu-
xta vel contra. Iſte triplex ordo in vniuerſitate bono-
rum ordinatur. ad ſurſum ſcꝫ ad deum. et ad deorſuꝫ
vt meliora bonis. ordinatur etiam ad id quod eſt iux̄
vt bona eque bonis. ſi poſſet iſta comparatio inueni
ri ſiue ad id quod eſt contra vt ex oppoſito malorum.
malum vo nõ habet ordinem ad id quod ẽ ſurſum vł
deorſum. habet aũ ordinẽ ad id qđ eſt cõtra ſicut nũc
oſtenſum eſt et in hoc ſenſu dicitur malum bene ordi
natum. ¶ Ad ſecundo obiectum. dicendum ꝙ non eſt
ſimile. nam omne album eſt eiuſdem rationis. bonũ
vo eſſe non eſt eiuſdem rationis: cum ſcilicet diciẗ de
bonis ſingulis et de vniuerſitate bonorũ. vnde ꝗuis
teneat illa comparatio de bonis ſingulis ꝙ tanto me
lius quanto impermixtius: non tamen tenet in vni-
uerſitate bonorum. quod declaratur ex illo Auguſti-
ni in libro de natura boni. ſicut nos continendo vocẽ
decenter interponimus in loquendo ſilentium: quan
tomagis ille ſcilicet deus quarundam rerum priua-
tiones decenter eſſe facit ſicut rerum omnium perfe-
ctus artifex. ex quo oſtenditur ꝙ ſicut ſermonis de-
centia maior eſt interpoſitio ſilentij ꝗ ſi continue ꝓ
ferretur: ſic vniuerſitatis pulcritudo maior eſt ex in-
terpoſitione bene ordinatorum malorum. ¶ Ad ter-
cio obiectum dicendum ꝙ prima propoſitio eſt falſa
indiſtincte ſumpta. in tali enim loco poſſet mulier ha
bere maculam ꝙ ſederet cõueniẽter et eſſet ſignũ pul
chritudis maioris. ſicut patet in cicatrice vulneris ĩ
facie militis cum eſt in loco debito ipm reddit pulcri
orem. Unde auguſtinus de ciui. dei. tale ponit exem-
plum. ſicut pictura cum colore nigro in ſuo loco poſi-
ta: ita vniuerſitas rerum in ſuo loco poſita etiaꝫ pul-
chra eſt ꝗuis ꝑ ſeipos cõſiderata ſua deformitas tur-
pet. ¶ Ad vltimum diſtinguendum. ꝙ duplex eſt ma-
li ordinatio. quedaꝫ eſt manifeſta. quedam occulta ẽ.
Maiſeſta ẽ ſic dicit Aug. vt cũ mali ordinantur ĩ pe
nã eternam. Melius enim ſicut dicit auguſtinus or-
dinata ẽ natura ſi iuſte doleat in ſupplitijs ꝗ ſi impu-
ne gaudeat in peccato vel in pena temporali vt humi-
liatur in peccatis. Iuſtum enim eſt vt qui in ſordib⁹
eſt ſordeſcat adhuc: ſm quod dicitur apoc. vlt io. Eſt
et ordinatio mali occulta ſm ꝙ deus facit regnare
malum principem propter multas cauſas. prima eſt
peccatum populi ſicut dicitur in iob. congruum eſt
enim vt talis ſit rector ciuitatis quales ſunt habita-
tores in ea. ecci. x. Secundo propter vtilitatem malo-
rum. dat enim dominus regem in furore. Oſee. xiij.
quaſi virgam et flagellum. vt compreſſi et flagellati
ad deum redire compellantur. Gregorius. pena ocu
los aperit quos culpa claudit. Tercia eſt propter vti-
litatem bonorum. vt ſcilicet erudiantur et purificen-
tur. ſicut enim in igne purgatur aurum: ſic iuſti cami
no tribulationis. ecci. ij. vtraqꝫ tamen ordinatio ma-
li competens eſt. ſed ſecunda habet letantem cauſam
et ideo dicit ſignanter eccs. vidi malum ſub ſole qua
ſi per errorem. quaſi diceret non eſt error ſed videtur
error enim reputatur: dum vtilitas ordĩationis igno

ratur. ¶ Item obijcit Auguſtinus in tercio libro de
liber. arbi. Non erat difficile aut laborioſum omni-
potenti deo. vt omnia que fecit ſic haberent ordinem
ſuum: vt nulla creatura vſqꝫ ad miſeriam perueniret
Non enim hoc aut omnipotens non potuit: aut bo-
nus inuidit. ¶ Reſponſio ſm auguſtinum dicenteꝫ
ordinem creaturarum a ſumma vſqꝫ ad infimã gra-
dibus iuſtis ita decurrere. quemadmodum eñ cor-
porũ differẽtias contemplando. Uides alia clariora
que iniuſte petis auferri. que obſcuriora compereris
aut clarioribus adequari. ſed ad perfectioneꝫ vniuer
ſitatis referens omnia. quantomagis et minus inter
ſe clara ſunt: tantomagis cernis eſſe omnia nec tibi
occurrit perfecta vniuerſitas niſi vbi maiora ſic pre-
ſto ſunt vt minora non deſint. ſic etiam differentias
animarum cogites. in quibus hoc quoqꝫ ĩuenies: vt
miſeriam quam doles. ad id quoqꝫ valere cognoſcas
vt vniuerſitatis perfectõnes nec illi deſint anime que
fieri miſere debuerunt quia peccatrices eſſe nolue-
runt. tantumqꝫ abeſt vt deus tales facere non debue-
rit: vt etiam ceteras creaturas laudabiliter fecerit.
Longe inferiores animabus miſeris. ¶ Sꝫ iterꝫ obij
cit ſic auguſtinus in eodem. Si vniuerſitatis pfecti
onem complet etiam noſtra miſeria defuiſſet aliquid
huic perfectioni ſi beati ſemper eſſemus. ¶ Iteꝫ que-
ritur quomodo malum culpe quod nullomodo ẽ bo-
num poteſt bene congruere. Item quomodo malum
pene quod eſt cõtrarium bono nature. poteſt decori
vniuerſitatis naturaliter congruere. ¶ Reſponſio
ad primum ſm auguſtinum in libro de libero arbiẗ.
non ipſa peccata vel ipſam miſeriam perfectioni vni
uerſitatis eſt neceſſaria ſed animas inquantum ani-
me ſunt. que ſi velint peccãt: ſi peccauerit miſere ſint
Si enim peccatis earum detractis miſeria perſeue-
rat. aut etiam peccata precedit: recte deformari dici-
tur ordo atqꝫ adminiſtratio vniuerſitatis. Rurſus
ſi peccata fiant et deſit miſeria: nihilominus dehone
ſtat ordinem iniquitatis. Cum autem non peccanti-
bus adeſt beatitudo: perfecta eſt vniuerſitas. Ut au-
tem ipſe non deſint anime. quas vel peccantes ſequi-
tur miſeria: vel recte facientes beatitudo ſemper na-
turis omnibus vniuerſitas plena et perfecta ẽ. ¶ Ad
ſecundum reſpondet auguſtinus in eodem libro di-
cens. nõ eñ peccatum et ſupplitiũ peccati nature ſũt
quedaꝫ: ſed affectiones naturarum. illa voluntaria:
illa penalis. ſed voluntaria que in peccato fit turpis
affectio eſt. cui propterea penalis adhibetur. vt ordi-
net eam vbi tale eſſe non turpe ſit. et decori vniuerſi-
tatis congruere cogat: vt peccati dedecus emendet
pena peccati. ¶ Ad tercium ſimiliter reſpondet au-
guſtinus in eodem libro dicens. huic fit vt peccans
creatura ſuperior a creaturis inferioribus puniatur
quia ille tantum ſunt infime vt ornari etiam a turpi
bus creaturis poſſint atꝫ ita decori vniuerſitatis cõ
gruere. Et ponit exemplum dicens. Quid enim tam
magnum in domo eſt ꝗ homo. et quid tam obie-
ctum et infimum vt cloaca domus. ſeruus tamen in
tali peccato detectus vt mũdande cloace dignus ha-
beatur. ornat eam etiam turpitudine ſua. et vtrunqꝫ
horum. id eſt turpitudo ſerui et mundatio cloace iaꝫ
coniunctum et quaſi redactum in quandam ſui gene
ris vnitatem ita diſpoſite domui coaptatur atꝫ ſub-
texitur vt eius vniuerſitas ordinatiſſimo decore con-
ueniat. ¶ Item aliud ponit exemplum dicens ſi bo-
num et magnum aliquem virum hortande honeſta-
tis officio videamus ignibus quantum ad corpus at
tinet concremari. non hoc vocamus penam peccati
ſed fortitudinis ac patientie documentum. cunqꝫ ma
gis diligimus cum fediſſima corruptio corporea mẽ-
bra eius abſumat ꝗ ſi nihil huiuſmodi pateretur.

Miramur quippe anime naturam mutabilitate corporis non mutari. ac ſo crudeliſſimi latronis mēbra cum tali ſupplicio confici aſpicimus approbamus ordinem legum. ornant ergo ambo tormenta illa: ſed ille merito virtutis. iſte peccati.

## Articulus tercius

Conſequenter queritur an vniuerſitas eēt melior ſi omnia equalit̄ eſſent bona. Ad quod ſic auguſtinus in libro. lxxxiij. q̄ſti. ſi eſſent equalia: non eſſent omnia. non enim eſſent multa rerum genera quibus conſtituitur vniuerſitas primas et ſecundas et deinceps vſq; ad vltimas ordinatas hominis creatas. et hoc eſt quod dicitur omnia. ergo neceſſario ad perfectionez vniuerſitatis oportet ponere non equale bonū in omnibus. ¶ Sed contra hoc queritur nunquid in infinitum erit influentia in omnibus creaturis. aut erit ſtatus. obijcit eī ſic damaſce. bonum eſt ꝯmunicatiuum ſui eſſe. hec eſt ratio communis omni bono. ſed ſtatus eſt in bonis ſupponatur hoc. ſumamus ergo vltimum bonum. illud bonum eſt cōmunicatiuum non niſi reſpectu inferioris. ergo aliquid eſt inferius. ponatur illud eſt cōmunicatiuum: ergo habet inferius cui poteſt cōmunicare. quia potentia non eſt fruſtra. et ſic erit in infinitum abire: aut ponere ꝙ vltimum bonum non ſit communicatiuum ſed ſibi ſit communicatio. ¶ Ad primum dicendum. ꝙ oportet ꝙ bonitas vniuerſitatis in bonis creatis ſit ſm ordinem participationis prime bonitatis ſm plus et minus. Ratio autē quare oportet ibi ponere ordinem hec eſt. quia primum ē agens ꝑ potentiā. que potentia eſt ordinata. primuz enī agit ꝑ potentiā et ſapientiā. et eo ꝙ ꝑ ſapiam: eo agit ꝑ ordinem. q2 ſapientis eſt ordinare. et ideo primum ordinate facit que facit. Ideo aūt oportz eſſe ordinem in creaturis vt vna ſit ſuꝑior. et magis recipiat de influētia bonitatis a primo. et ergo dicit augu. ꝙ ſi eſſent equalia: non eſſent oīa. quātū ergo eſt de potētia abſoluta bene poſſz primū facē oīa eē equalia. ſꝫ ꝙ nō ſint equalia hoc ē: q2 primū agit ꝑ potētiā ordinatā. ꝓpter qð oportet ordinē eſſe in rebus. ¶ Ad illud quo queritur vtrū hec influētia ſit in infinitum dicendū ꝙ de potētia abſoluta poteſt ipa boitas cōicare ſe in infinitū. et ꝙ vna creatura influet in aliam inferiorem. ſed dicitur eſſe ſtatus et numerus in hac influentia: ꝓpter ordiem et perfectionem vniuerſi. ſi enī ita eſſet: nō eſſet ſtatus in ordinatione vniuerſi. et ſic nec completio ſiue ꝑfectio in vniuerſo. et ſic parit ordinatio vniuerſi. Quia ergo primū eſt agens ordinate et ꝑfecte. q2 dei ꝑfecta ſunt opera: ideo influētia iſta nō eſt in infinitū. immo eſt ſm reflexionem. ita ꝙ vltimū bonum in quo eſt ſtatus eſt ſm reflexionē nec ꝙ alteri inferiori cōmunicet actu: licet poſſet cōicare immo ipi ſit cōicatio et ꝑ reflexionē cōicat ſuo ſuꝑiori. ſicut dicimus. ꝙ materia cōicat forme poſſe ſuum et forma ꝑ reflexionem ſuuz eſſe materie: ita dicimus ꝙ in ordine vniuerſi eſt completio ꝑ reflexionem in vltimo bono in quo eſt ſtatus. et ſic nō oportet proceſſū bonoꝝ a primo eſſe in infinitum.

## Queſtio. xix. de oppoſitione mali ad bonum.

Conſequēter queritur de oppoſitione mali ad bonum Circa quod querunt̄ plura. Primo an increato bono opponitur malum Secundo quomodo opponitur malum bono creato gratie et nature. Tercio quomodo malum habeat ſubſiſtentiam in bono nature. Quarto de corruptōne boni ꝑ malum an ſit finita. Quinto an malū ſit corruptiuū habilitatū naturaliū. Sexto an ſit corruptiuū modi ſpeciei et ordinis. Septimo an vnico malo vel triplici ſit corruptio vel diminutō modi ſpeciei et ordinis. Octauo de differentia corruptionis que eſt ꝑ veniale et mortale. De oppoſitōe ſo boni et mali in genere dicetur infra cum ad moralia deſcendemus.

## Mēbrum primum

Circa primū ſic obijcit auguſtinus. xj. de ciui. dei. Vicium eſt cōtrariū deo: quēadmodū malum bono. ſed malū opponitur ſimpliciter bono. ergo et viciuz deo ſed nihil aliud eſt ꝙ malum: ergo ē deo ꝯtrariū. ¶ Itē qð deficit a minori ſm ꝙ hmōi deficit a maiori exiſtēte in illo mīori. ſine quo nec eſt nec intelligitur illð minus. Sed oīe bonū creatū minus eſt bono increato et tale minus: qð nec eſſe nec intelligi poteſt ſine bono īcreato. ergo quod deficit a bono creato deficit ab increato. ſed deficiens a creato bono dicitur malum. ergo ſicut eſt malum reſpondēs bono creato: ſic erit malum reſpondēs bono increato. ¶ Contra vicium vel malum ſicut dicit auguſtinus dicitur. eo ꝙ nocet vel viciat. ergo cui nō cōtingit nocere vel quod nō cōtingit viciari nulli malum eſt vel vicium oppoſitum ſed ſummum bonum nec viciari poteſt nec ei noceri. ergo ſummo bono non eſt malum contrarium. ¶ Preterea. malum priuatio eſt. et quod non habz aliquid quo poſſit priuari non habet malum ſibi oppoſitum. ſed primum nihil habet priuabile: ergo malum nō eſt oppoſitum ſummo bono. ¶ Solutō dicunt ꝙ ſummo bono negatiue opponit̄ aliquid. et ſi malū ei opponit̄ in ſe: hoc nō ē malū dictū priuatiue. ſed ſolū ſm negationē. Verūtamē eſt q2 auctoritas augu. pl⁹ dicit. dicit enī ꝙ viciū ē ꝯtrariū deo ſic malū bono: ideo plus oportet dicere. dicimus enī ꝙ aliquid pt̄ alteri cōtrariari dupliciter. vel in ſe vel in ſuo effectu. ſcz effectuz ipius impediēdo qui efficienti ꝓhere nō poterat impedimentū. Si ergo loquamur de ſummo bono in ſe ſic nullum malum ē ei cōtrariū. Si aūt volum⁹ dicē cōtrariū in eius effectu: ſic aliqd ē cōtrariū deo. aliqd enī eſt impedimētū vel deſtructiuū facti vel conſeruati ab ipō. et ſi non poſſit impediri deus nec deſtruit id ex parte ſua quo ſuos effectus cōſeruat: ipi tamē effectus conſeruati impediūtur et deſtruūtur a malo Exēplū aī aug. i. xj. de ciui. dei ē illð iaco. iiij. amic⁹ h⁹ mūdi inimic⁹ ē deo. dr̄ enī inimic⁹. nō q2 deo directe aduerſet̄: ſꝫ q2 alicui effectui ei⁹ q bn̄placiti ſignū ē ei⁹ reſiſtit. Vn̄ aug. ibidē. inimici ſunt volūtate reſiſtendi: non poteſtate ledendi. ſm hoc intelligit̄ auctoritas auguſtini vicium eſt cōtrariū deo nō in ſe ſed ī ſuo effectu. ¶ Ad illud qð obijcit̄. quicqd deficit a minori ⁊c. dicimus ꝙ duplex eſt effectus. vno mō qui ē pura negatio ſm ꝙ dicitur quod non eſt alterum deficit ab illo. et ſm hoc dicimus ꝙ omne creatum deficit a deo: quia nullum creatum eſt deus. ſed iſte defectus non facit malum. Eſt alius defectus qui non eſt pura negatio ſed priuatio. vt non dicatur deficiens ab alio quicquid non eſt habens illud ſed quod eſt aptum natum habere non habens. et hic eſt defectus qui eſt in malo. ſic autem nihil eſt deficiens a deo. vnde non ſequitur in propoſito ſi deficit a minori ⁊c. quia nec ſequitur natum eſt eſſe minus: ergo natum eſt eſſe maius. vnde et ſi quelibet earum que ſunt natum eſt habere ſummum bonum in ſe. ſicut quod ē tenens ipſum in eſſe et non eſt ſubſtratum malum. q2 ex ꝑte ex qua defectibilis ē res ex illa ſubijcit̄ malo. nihil tñ eoꝝ que ſunt natū eſt eſſe de⁹. ⁊ iō ſi eoꝝ q̄ ſunt

extra deum ſit deus. nihil tamen dicendum eſt deficere a deo. hoc modo dicendo defectum. et ideo non erit aliquod malum contrarie vel priuatiue oppoſitũ ſũmo bono: niſi ſicut prius dictum eſt. Si autẽ rationes vltime ꝓbant ꝙ malum non eſt contrariũ deo. hoc eſt verum in ſe: ſed non eſt verum de contrario in ſuo effectu.

## Membrum ſecundũ

Secundo queritur de genere oppoſitõnis mali ad bonum nature et gratie. Ad qđ ſic. malum culpe opponitur cõtrarie bono nature et gratie. ergo ſi hec bona ſũt duo: videtur ꝙ vnum opponatur duobꝰ genere oppoſitionis. quod eſt inconueniens. Quia autem poſſet dici ꝙ nõ opponitur vt contrarium. oſtẽditur ꝙ immo. ⁊ primo bono gratie. ñ em̃ oppoĩt ꝯtradictorie tm̃ nec relatiue hoc ſupponitur. opponitur ergo priuatiue vel cõtrarie. priuatiue non: hoc patet. quia bonum et malũ nõ determiãtur ordine in regreſſibili circa ſuum ſubiectum. immo alternant̃ frequenter circa idem. et ĩ aliquo malum precedit bonum. in aliquo ecõuerſo. Si ğ que huiuſmodi ſunt. nõ ſunt priuatiue oppoſita ſed cõtraria: relinquitur ꝙ malum culpe cõtrarie opponitur bono gratie. ¶ Q꞉ autem ſit ꝯtrarium bono nature videtur. quoniã nihil eſt corruptiuũ alterius proprie niſi ſit cõtrarium illi. ergo ſi malum eſt corruptiuum boni naturalis vt dicit auguſtinus in pluribus locis: cõtrarium eſt malum culpe bono nature. ¶ Solutio dicimus ꝙ cum duo ſunt bona gratie et nature. proprie et ꝑ ſe loquendo non eſt idem malum quod vtriqꝫ opponitur. Nam bono gratie proprie et per ſe. reſpondet malum ſcilicet culpe. bono aũt nature reſpondet oppoſitum proprie et per ſe loquendo malum pene. Vñ non opponitur vnũ duobus ſ3 duo duobꝰ. vnde ſi bono nature opponitur malum culpe: hoc non eſt primo et ꝑ ſe ſed mediante malo pene. ſic aũt nõ eſt ĩcõueniens duo opponi vni. vnum immediate ⁊ per ſe: reliquũ mediate et ꝑ cõſequens. ¶ Si aũt queritur qualiter opponitur malum culpe ip̃i bono gratie. dico ꝙ in ip̃o malo culpe duo ſunt. Eſt em̃ hoc ꝙ dico malũ. eſt etiã ibi actio et diſpoſitio relicta ex mala actione. Relinquit̃ em̃ in malo agente aliqua diſpoſitio mala ex ip̃a mala operatione: ſicut in bene operãte. relinquitur aliqua bona diſpoſitio. ſ3 ĩ hoc ẽ differẽtia. ꝙ mala diſpoſitio ſemꝑ ſequitur malũ opus in male agẽte. Ubi aũt eſt gratia ip̃a bona diſpoſitio relinquitur aliquando ante bonã opatõꝫ. Q꞉tũ ergo ad hoc qđ dicit malũ. dicimꝰ ꝙ opponit̃ priuatiue malũ culpe ip̃i bono gr̃e. Qualiter vͦ ad diſpoſitõem relictã que ẽ ad malũ ĩ malo agente: dicimꝰ ꝙ cũ hec diſpoſitio ſit cõtraria diſpoſitõni que ẽ in habẽte gr̃am. ſic q̃tũ ad hoc oppone࿀ malũ culpe cõtrariũ bono gr̃e. vñ nec hmõi ſimplicit̃ loquẽdo dđm ẽ cõtrariũ tm̃ vel priuatiuũ tm̃ ſed cõtrariũ ſub priuatõe. Si aũt querit̃ quõ opponit̃ malũ pene bono ſibi oppoſito. dicimꝰ ꝙ eodẽ mõ ſicut et malũ culpe ſuo oppoſito. tamẽ in hoc eſt differentia oppoſitõnis hinc et inde. ꝙ malum culpe adueniẽs in quo eſt ſuũ oppoſitũ totalit̃ abijcit illud ſcꝫ bonũ gratie. Malũ aũt pene nõ totaliter abijcit bonũ nature ſ3 ſolum diminuit.

## Membrum terciũ

Tercio querit̃ quomõ vel qualiter malũ habeat ſubſiſtentiam ĩ bono nature. Ad qđ ſic. nullũ cõtrariũ eſt in ſuo cõtrario. malũ culpe ẽ in bono nat̃e ergo non ẽ illi cõtrariũ. Cũ ğ habitũ ſit ꝙ malũ culpe oppoſitũ ſit bono nat̃e mediãte malo pene: querit̃ quõ differat ip̃ꝫ bonũ ſ꞉m ꝙ ẽ vt ꝯtrariũ malo ⁊ ſ꞉m ꝙ ẽ ſbiectũ ip̃iꝰ. ꝙ aũt idem ſit bonũ bonum nature penitus qđ habet malũ pro ſubiecto et ꝓ cõtrario hoc mõ videt̃. poſſꝫ em̃ dici ꝙ bonum cui eſt malũ cõtrarie ſunt ip̃e habilitates q̃s corrũpit. bonũ aũt quod eſt ſicut mali ſubiectum et nõ cõtrariũ: eſt ip̃a prima natura et eſſentia liberi arbitrij in quo ſunt habilitates ille. Sed ꝙ malũ ſit in ip̃is habilitatibus vt in ſubiectis. oſtendit̃ hoc mõ. Sit. c. malum quod eſt corruptiuũ habilitatũ. ſit. a. illud bonũ qđ iam corruptum vel diminutũ eſt. ſubiectũ aũt ꝑmũ et reſiduũ boni quod nõ eſt adhuc diminutũ. ſit. b. tũc queritur. b. diminuibile eſt adhuc nõ niſi ꝑ. c. quia nõ niſi ꝑ malum quod eſt in ip̃o. ſi ergo diminuitur ꝑ malũ quod eſt ip̃o. et diminuit̃ ꝑ. c. ergo in. b. eſt vt in ſubiecto. ſed. b. dicebat ip̃am habilitatõem. erit ergo malum in ip̃a habilitatõe cui eſt cõtrarium ſicut in ſubiecto. et ita idem erit omnino cõtrariũ et ſubiectũ. ¶ Item queritur dicit aug. in Encheridion ꝙ in hoc loco deficit regula dyalecticoꝝ que eſt. cõtraria ſimul eſſe non poſſe: aut vnum cõtrarioꝝ nõ eſſe in alio. ſed queritur quomodo hoc poſſit eſſe. De rõne em̃ cõtrarij eſt vt nõ poſſit compati ſuũ cõtrarium. nec etiã intellectꝰ capere poſſet ꝙ cõtrarium ſit ſub ſuo cõtrario. ¶ Solutio dicimus ꝙ duplex fuit bonũ nature in ip̃a aĩa reſpõdens malo. fuit em̃ ip̃a ſbſtãtia liberi arbitrij. que nullo modo fuit diminuibilis per malum. dicit em̃ dyoniſius. ꝙ nihil exiſtentium corrumpitur ſ꞉m ꝙ exiſtentia vel natura. ſed defectu iuxta naturaꝫ ordinis armonie et cõmenſuratõnis fit corruptiuũ. ſupple vnde nõ vult ꝙ ꝑ corruptõeꝫ nature prime corrũpatur aliquid a malo: ſed ꝑ corruptõem naturaliũ habitudinũ que ſũt iuxta naturã illã primã ad bonum gratuitũ. ille ergo habilitatões modus ſpecies et ordo. ſiue ꝯmẽſuratio quã dicit dyoniſius pro eo qđ ẽ modꝰ et armonia loco ſpeciei. ſunt medie inter illam naturã et bonũ gratuitum ad qđ ordinãt vel habilitãt ip̃am. illa ergo natura nõ diminuibilis malo ſubſternitur. aliud vͦ bonũ qđ diminuibile eſt a malo et ſi nõ omnino corruptibile ſcilꝫ ip̃e habilitates ſunt bonũ cõtrariũ malo. Bonũ autẽ primũ nõ eſt malo cõtrariũ ſed eſt ſubiectũ opatõnis illius que ẽ inter ſubiectum et habilitates ip̃as. vñ erat poſſibile ad habilitatẽ maiorẽ ad bonũ vel ad minorẽ. nõ ad nullã: quia nõ potuit totaliter eſſe priuatio. ⁊ ſic patet ſolutio ad primũ quoniã cõtrariũ non eſt in ſuo cõtrario. ¶ Ad aliđ quod obijcitur ꝙ idem malũ oportet eſſe ĩ ip̃is habitudinibꝰ. Dicimꝰ ꝙ cũ habilitas ſit media inter ſubiectum primũ et gratuitũ bonum: duplicem habet comparatõem. vnam ad naturam cuiꝰ eſt a qua tenetur. et ſ꞉m iſtam compatõem nec corrumpitur nec diminuitur. aliam vͦ ad id ad quod ordĩat vel habilitat. Et quia malũ proprie tollit hunc ordĩem qui fuit ad bonum gratie. ideo q̃tum ad hanc compationem diminuitur ip̃a habilitas et plus et minꝰ. ſ꞉m ꝙ eſt maius vel minus malum. Quia ergo quo ad primam compatõem ſcꝫ naturam a qua tenetur nõ diminuitur. patet etiã ꝙ adhuc ip̃a habilitas ſ꞉m ip̃aꝫ viã nõ eſt rõne cõtrarij ip̃i malo. et ideo cedit in naturam ſubiecti vel ſubſtrati. ſcđm aũt viam in qua diminuit̃ non eſt in ratione ſubſtrati ſed contrarij. Concedo ergo ꝙ malum in ipſis habilitatibus eſt. ſed non ſ꞉m ꝙ contrariantur. ex hoc etiam apparet ꝙ non eſt intelligendum ꝙ contrarium ſit in contrario per modũ quo contrariantur. hoc enim nõ eſſet intelligibile. nec hoc voluit dicere Auguſtinus: ſed ꝙ aliqđ ſit in aliquo qđ ei ſubijcitur quo ad aliquid: et quo ad aliquid contrariatur. hoc enim non eſt inconueniens. hoc tamen frequenter non inuenitur niſi in huiuſmodi quod idem ſit ſ꞉m ſubſtantiam contrarium et ſubiectum.

## Membrum quartum

Quarto queritur de corruptõne boni na-
ture an ſit finita. cõſtat eñ ꝙ illa habili
tas creata ẽ: ergo finita. ꝗ virtꝰ eiꝰ finita.
Malũ aũt ĩfinitũ ẽ. Infinitũ aũt agẽs ſi ad
diſt patiẽti finite ṽtutis et ꝯtinue agat: aliqñ erit pati
ens totũ corruptũ. ꝗ poſſibile ẽ aliqñ habilitates illas
totas corruptas eſſe. ¶ Item hoc ipm̃ videt̃ eẽ in dãna
tis. quod eſt dicere ꝙ in ipis remãſerit de habilitate
ad bonũ. et ſi remãſit primũ bonum nature incorruptũ
tamen de illis habilitatibꝫ iam nihil videtur reman-
ſiſſe. Si aũt dicatur hoc. contra hoc eſt illud qḋ dicit
aug. de natura boni. Dicit eñ ꝙ nõ poſſunt tolli oĩno
hmõi habilitates q̃diu res eſt. inquantum habꝫ vnũ-
quodq; creatum de iſtis: tantum habet de eſſe. ¶ Item
cum malum corrumpit bonum. aut illud corruptum
eſt pars aliquotta boni: aut non. ſi ſic: hmõi partes ñ
ſunt infinite. cõſtat. determinatur ergo numerus earũ
in denario vel in quolibet alio. ſi ergo primum maluꝫ
tulit vnam quottam. ſcḋm tollet aliam. ergo perpetra
tis. x. peccatis. bonum erit totuꝫ corruptum. q̃uo ergo
dicit ꝙ impoſſibile eſt corrumpi. aut quid eſt id bonũ
quod corrumpit̃ per malum. ¶ Solutio. concedimus
ꝙ impoſſibile eſt manente ſubiecto in eſſe corrumpi il-
las habitudines. vnde nec etiam in damnatis omni-
no corrupte ſunt. quod patet. quoniam et ſi poſſe ꝑue-
nire ad bonum gratuitum non ſit remotum a damna
tis de iuſticia dei: tamen ipſa poſſibilitas nature non
eſt remota immo remanet ibi. et cum illa modus ſpeci
es et ordo remanent. vnde licet dicamus ꝙ non poteſt
habere bonum gratuitum. tamen ibi eſt poſſibilitas
nature ſic͂ dr̃ de claudo q non pt̃ gradi nunq̃ tñ ẽ im-
poſſibilitas ad gradiendum. ſed nõ eſt ibi poſſibilitas
vt ordinata ad actum illum. et ſic ſoluitur ſcḋo obie-
ctum. ¶ Ad illud autẽ quod primo queritur dicimꝰ.
ꝙ malum ſi dicitur infinitum: nec mł'titudine nec ma
gnitudine nec virtute dicitur infinitũ: ſed ſolum quia
caret ordinatione ad finem. ſicut dicitur incauſale. qꝛ
nõ habet cauſam ꝓprie ꝑ ſe loquẽdo. vnde et ſi ꝑ ſe di-
catur ꝙ bonum habet virtutem finitam. ſimiliter dici-
mꝰ ꝙ malũ hꝫ ṽtutẽ finitã. vt ita dicamus. abuſiue eñ
dicit̃ malũ habere virtutem. vnde nõ dicitur infinitum
vt dicatur ꝙ nõ poteſt tñ quin et plus. imo ẽ dicẽ de-
termĩate tãtũ poteſt et nõ plus. vt ita abuſiue liceat lo-
qui de potentia mali. Et ſi obijcit̃ nihil eſt ita malũ qn
poſſit eſſe magis. hoc verũ eſt. et quicqd ſit de potentia
nihil eſt ita malum quin ſit dicere hoc tãtum et nõ plꝰ
actio aũt nõ eſt in ratõne eius qḋ poteſt eſſe et non eſt:
ſed ratõne eius ꝙ eſt ſolum. et ideo patet ꝙ et virtus ⁊
actio mali finita eſt ſicut boni. ¶ Hoc ergo viſo diciꝰ
vlterius. ꝙ ſuppoſito ꝙ malum habeat virtutem ſicut
et bonum. ꝙ eſt maior virtus boni q̃ mali. Maluꝫ eñ
nõ ageret niſi ſubſtantificaretur a bono. vnde quãtũ-
cunq; malum corrumpit de bono. oportet ꝙ remaneat
aliquid de bono in quo eſt ſummum. nõ tanq̃ ſubiectũ
malo. ſed tanq̃ cõtinens ſiue tenens illud bonum re-
manens et ſuſtentãs ipſum malum ſine cuius virtute
non poſſet agere ipſum malum. et ſic patet ſolutio ob-
iecti. non eñ eſt ſicut dicebatur malum agens infini-
tum. id eſt. virtutis infinite. id eſt. ꝙ agat in minus
potens ſe. ¶ Tercio ṽo obiectum concedimus ſicut op
ponebatur. Qḋ ṽo querit̃ quid ſit illud bonum quod
corrumpitur aut ſit aliquotta ipius. an quid aliud: di
cimus ꝙ corruptõ de bono ſiue habilitate non eſt eius
aliquotta que ſcilicet aliquotiens ſumpta reddat to-
tum. quod patet. ſic enim habuit habilitas duplicẽ cõ-
parationem vt dictum eſt. dictum eſt etiam ꝙ diminu
tio eius fit ſm̃ comparatõem que eſt reſpectu boni gra
tuiti ad quod habilitat. dicimus ergo ꝙ et ſi ſit finita
in ſeipã habilitas. illa eſt tamen poſſibilis ad infinita
opera particularia ex ſe elicienda. et quia ex operibus
relinquentur diſpoſitiones. eſt etiam quodammodo
poſſibilis quaſi ad infinitas diſpoſitiones. quia ergo
ex iſta parte diminutio eſt et ex iſta parte infinitas eſt
vt viſum eſt ibi. diminutio autem infiniti et ſi conti-
nue fiat: nunq̃ tamen eſt diminutio completa. ideo pa
tet ꝙ in corruptione vel diminutione iſta nunq̃ eſt de-
uenire ad completum eſſe vł' corruptum eſſe. Patet eti
am ꝙ non eſt aliquotta que corrumpitur. cum enim ſit
diminutio ex via qua eſt infinitas. infiniti autem ſem-
per ſm̃ ꝙ eſt huiuſmodi vel alicuius ex parte qua ha-
bet infinitatem nulla ſit aliquotta: patet ꝙ illud quod
corrumpitur de ipſa habilitate nõ eſt ipſius aliquotta
vnde hercules ſi dicatur magnus corpore. iſti magni-
tudini reſpondẽt aliquotte. ſi ṽo virtute qua poſſit ma
gis et minus vel in hoc vel in illud: huiuſmodi non
ſunt aliquotte magnitudinis illius. ſimiliter dici-
mus in propoſito. vnde non eſt dicendum ꝙ illud bo-
num diuidendo in partes diminuatur proprie loquen
do. ſꝫ ſolũ ꝙ minꝰ ⁊ minꝰ habile ſit per cõtinuam mali
actionem. vnde imaginatio quam habemus de dimi-
nutione quanti quod diuidi poteſt per ſuas aliquot-
tas. inducit nos in deceptionem. vt ſimiliter creda-
mus fieri. Ubi fit diminutio q̃tum ad virtutem. non
ꝙ volumus dicere ꝙ virtus ſit infinita quo ad intenſi
onem. ſed quo ad vniuerſitatem operum ex ipſa elici-
endorum. et diſpoſitionum ex ipſa relictarum.

## Membrum quintũ

Quinto queritur An malum ſit corru-
ptiuum habilitatum naturalium. Ad
quod ſic. malum diffinitur per corrupti-
onem vel diminutionem boni natura-
lis. Queritur ergo cum in natura non reperiantur ni
ſi hec ſcilicet bonum ſubiectum quod eſt potentia. eẽn
tia. habitus ⁊ affectõnes. cuius iſtorum bonorum erit
corruptio: non boni primi neq; poſitione. Illud enim
bonum quod per malum diminuitur. aliquando opor
tet eſſe maius aliquando minus. conſtat autem ꝙ nec
¶ Rñſio. fatendum diuinā potentiā inuariabilē ſicut diuinam eſſentiam immutabilē. tamen quia ſubiecta diuine potentie tranſmutant̄. inde eſt q̄ ſermones quibus loquimur de diuina potentia variant̄. ¶ Notandum ergo. q̄ ſicut videre accipit̄ duobꝫ modis. in habitu habere potentiam videndi. vel in vſu. ſ. vti viſu. primo modo dormiens videt. ſecūdo modo vigilans luce pñti videt. Sic nos loquimur de diuino poſſe duobus modis habere potentiā vel vti potentia. duobꝫ ergo modis poteſt intelligi quicqd potuit poteſt. vel qñcūqꝫ vel cuiuſcūqꝫ potentiā habuit habet: vel quicqd potuit poteſt facere. In primo ſenſu ſi diceret̄: quācunqꝫ potentiam habuit habet. indiſtincte ꝯcedendum eſt. ſed ſi diceret̄: cuiuſcūqꝫ potentiam habuit habet: vel quicquid potuit facere poteſt. intelligendū q̄ ꝑ hoc q̄ dicit cuiuſcunqꝫ: pōt fieri diſtributio ꝓ rebus ſ̄m q̄ abſtrahunt a tempe. ⁊ hoc modo nō eſt ꝯcedendū. nam potētia dei reſpicit res ſupra tempꝰ. cū ergo arguit: potuit incarnari. ergo poteſt incarnari. accipit ſub ꝯditione tēpis ⁊ mutat predicamentū. ſed deberet aſſumere: hoc potuit incarnationē vel habuit potentiā incarnatōnis. ergo hꝫ potentiam incarnatōnis eiuſdē. Sicut dicit̄ de fide que eſt rerum ſupra tempus. quantūcunqꝫ fidē habuerūt patres antiqui habuerūt moderni. hoc illi fidem de xp̄o incarnando. ergo ⁊ moderni de xp̄o incarnando. nō ſequit̄. immo de incarnato. hoc deberet aſſumi: ſed antiq habuerunt fidem incarnatōnis. ergo ⁊ moderni. In ſecundo vero ſenſu quo dicit̄: quicqd potuit facere pōt facere. intelligendū eſt ſi illud facere modo potētie eſt. nam reſpectu aliquorū potuiſſe facere dicit qđ eſt poſſibile. poſſe vero modo facere dicit qđ non eſt poſſibile. verbigratia. potuiſſe mundū creare in inſtanti vel ante creatōē dicit qđ eſt potentie. hoc poſſe creare in hoc inſtanti poſtq̄ creatus eſt nō eſt poſſibile. ſicut. n. facere nō eſt facti hoc faciendi. ⁊ factum facere nō eſt facere. ſic poſſe facere factum non eſt poſſe: hoc poſſe facere faciendū. Simili mō poſſe creare mundū creatū non eſt poſſe: hoc poſſe creare creandum. ſicut. n. poſſe factum nō ſit ſed faciendū: ſic nō eſt facere factum hoc faciendū. ¶ Ad illud qđ obijcit q̄ non impedit̄ eius effectus. ergo quēcūqꝫ effectum poſſit efficere poteſt. ꝯcedo: dūmodo effectus ſit in rōne faciēdi: q2 ſic dicit̄ qđ eſt potentie. nō in rōne facti: quia ſic dicit̄ qđ nullius eſt potētie: immo qđ eſt caſſum ⁊ vanum. ¶ Ad illud vero quod obijcit̄. q̄ ad quēcūqꝫ actum ſe extendit potētia ⁊c. ꝯcedendū eo mō quo dictum eſt. potētia. n. ſe extendit mō ad creandū aliū mundum ſi deus vellet qui quidē nō eſt. ſilr̄ ſe extendit potētia ad ꝯſeruandū mundū q iam eſt. Sꝫ dicere q̄ potentia dei ſe extendat ad faciendū mūdū qui factus eſt ⁊ iam eſt. hoc eſt dicere: ſe extendit ad illud qđ nō eſt facere. naꝫ fieri mūdū qui factus eſt nō eſt fieri. nec facere factum eſt facere. ¶ Nam ponamus q̄ aliqs faciat factū: faciendo factū aut facit aliqd aut nihil. ſi aliqd: ergo illđ ñ fuit factū. ergo iaꝫ nō facit factū. qđ eſt ꝯtra poſitū. Si nihil ergo factū facere eſt nihil facere. ¶ Ad illud vero qđ obijc. potuit facere q̄ nō fuerim vel q̄ mūdus nō fuerit. Dicendū q̄ q̄uis illud eſſet potētie ante munduꝫ factū vel anteq̄ ego eſſem. eo modo q̄ liberi arbitrij eſt poſſe reſpectu faciendi ⁊ nō faciendi. tñ poſtq̄ mundus factꝰ ē hoc poſſe nō eſt poſſe. q2 ſicut dicit augꝰ. ꝯtra fauſtum li. ij. quiſqs ita dicit. ſi om̄ipotēs eſt deus faciat vt que facta ſunt facta ñ fuerūt. nō videt hoc ſe dicere ſi om̄ipotens eſt faciat vt ea que vera ſunt eoipſo quo vera ſunt falſa ſint. pōt. n. facere vt aliqd nō ſit qđ erat. tunc. n. facit q̄ nō ſit qñ illud eſſe inuenerit de quo fiat. velut cum aliqd qđ cepit eſſe naſcendo: faciat nō eſſe moriendo. hoc. n. factum inuenit de quo fieret. quis aūt dicat vt idem qđ iam nō eſt faciat nō eſſe. quicqd. n. preteritum eſt iam nō eſt. q̄ ſi de ipſo aliqd fieri pōt adhuc eſt de q fiat. ¶ Ad illud qđ obijcit de impoſſibili ꝑ accñs ⁊ per ſe. iam pꝫ ſolutio. ¶ Ad vltimū vero dōm. q̄ illud qđ dr̄ ab eterno creare vel ab eterno creatum: hꝫ repugnantiam implicitam. ſi enim ab eterno creatuꝫ eſt: ab eterno eſt. ⁊ ſi ab eterno eſt: nō hꝫ eſſe poſt nō eē. ergo increatū eſt. ¶ Nec ſequit̄: nō potuit aliqñ creare qn potuit creare prius. ergo ab eterno. naꝫ quodcūqꝫ crearet̄ eſſet ſignare aliqđ inſtans tempis in quo eſt creare. que ſignificatō prius nō fiat.

# Membruꝫ quintum

Conſequent̄ querit̄ de poſſibili diuīe potentie ⁊ in hūc modū. Primo. n. querit̄. quid ſit ſimplr̄ poſſibile ⁊ impoſſibile. Scđo. an illud qđ eſt ꝯtra naturā ſit deo poſſibile. Tercio. vtꝝ q̄ oppoſita ſint idē. qđ eſt impoſſibile ꝑ ſe: ſit deo poſſibile. Quarto. vtꝝ qđ ē impoſſibile ꝑ accñs ſit deo poſſibile. vt de corrupta incorruptam. Quinto querendū. vtꝝ damnare petꝝ ⁊ ſaluare iudam ſit deo poſſibile. ſed illud determinatū ē priꝰ qñ queſitū eſt de immenſitate diuine potētie.

## Articulus primus

Ad primū nota tres opiones: quaꝝ eſt p̄ma dicentiū. qđ eſt poſſibile ſ̄m inferiores cauſas: eſt ſimplr̄ poſſibile: ⁊ ſolū. Alij dicunt: qđ eſt poſſibile ſ̄m ſupiorē cauſaꝫ: eſt ſimplr̄ poſſibile. Alij dicūt q̄ tenētes viam mediā: q̄ nō ſolū dr̄ poſſibile ſ̄m inferiores cauſas nec ſolum ſ̄m ſupiores: hoc aliqñ ſ̄m has aliqñ ſ̄m illas dr̄ poſſibile ſ̄m diuerſa adiuncta. ¶ Contra primū obijcit̄ hoc mō. qđ pōt cauſa inferior pōt ſupior. ⁊ nō pōt inferior cauſa ꝯtradicē ſupiori. ergo illud eſt ſimplr̄ poſſibile qđ pōt cauſa ſupior. ¶ Item. j. cor. j. Stultā fecit deus ſapiam hꝰ mundi. Glo. vbi ſtultū ⁊ infirmū dei ꝯtemnit̄ qđ eſt ſ̄m rōnes hꝰ mūdi: que impoſſibile iudicauit qđ in naturis rerū nō repit̄. hanc deus ſtultā fecit poſſibile fore declarādo q̄ illa impoſſibile iudicat. ergo poſſibile ſ̄m ſupiorē cauſam eſt poſſibile ſimplr̄. ¶ Itē verū eſt drñtia poſſibilis. omne ergo verū eſt poſſibile. hoc virginē fore parituram erat verū qñ ꝓphete illud p̄dicebāt. ergo erat poſſibile ſimplicit̄. hoc nō ſ̄m inferiorē cauſam. ergo ſ̄m ſupiorē. ¶ Itē aīam creari eſt poſſibile ſimplr̄: hoc ñ ſ̄m cauſaꝫ inferiorē. ergo ſ̄m cauſam ſupiorē. ¶ Itē deū eſſe bonū ⁊ trinū ⁊ vnū eſt nccīuꝫ: ergo eſt poſſibile. hoc ñ ſ̄m inferiores cauſas ergo ſ̄m ſupiores. ¶ Itē ſi aliqd ſequit̄ ad aliud: ſi primū eſt poſſibile: ⁊ ſecūdū. hoc bñ ſequit̄ ſi deus facit q̄ virgo manens virgo parit. virgo manēs vgo parit. hoc primū eſt poſſibile ſimplr̄. ſ. q̄ deus facit virginē parē. ergo virginē parē ſimplr̄ ē poſſibile. Relinqt̄ igit̄ qđ poſſibile ē ſ̄m cauſaꝫ ſupiorē: eſt poſſibile ſimplr̄. ¶ Et hec ē opi. ſecūda. Cōtra quā obijcit̄ mat̄. xix. oīa ſunt poſſibilia deo. querit̄ ergo: aut fit diſtributio ꝓ poſſibili ſimplicit̄: aut nō. ſi ꝓ ſimplr̄ poſſibili: nō eſt magna laus diuine potētie q̄. ſ. poſſit ea q̄ ſunt ſimplr̄ poſſibilia. Cuꝫ ergo hoc dicat̄ in laudē diuinā: non fit diſtributio ꝓ poſſibilibꝫ ſimplr̄: hoc ꝓ impoſſibilibꝫ. ſi hoc: ergo īpoſſibile ē poſſibile. Si dicat̄ q̄ ñ ſeq̄t. q2 ex impoſſibili ſ̄m qd infert̄ poſſi-

bile ſimplr.cū.n.dicit̄: oīa poſſibilia ſunt deo.includi
tur qꝺ ē poſſibile ſm quid. ex h̄ g̊ relinquit̄ ꝙ poſſibile
deo n̄ ponit ſimplr poſſibile. g̊ poſſibile ſm cauſam ſu-
ꝑiorē n̄ ē poſſibile ſimplr: ſ ſm cauſaz inferiorē. ¶ Itē
cū dicit̄ virginē manentē virginē parē ē poſſibile deo.
vel cecū videre. hec poſſibilitas ē cū ꝯrio actu materie.
Illa vo poſſibilitas q̄ eſt ſm cām inferiorē eſt ſine oīm
ꝯtrarietate. g̊ illud ē ſimplr poſſibile qꝺ eſt ſm cām in-
feriorē ⁊ naturā. ¶ Itez qꝺ ē poſſibile ſm oēm modū ⁊
ſolū eſt poſſibile ſimplr. ſ qꝺ eſt poſſibile ſm inferiorē
cām eſt poſſibile ſm omēz modū. qꝛ eſt poſſibile reſpe-
ctu cauſe inferioris ⁊ ſuꝑioris. qꝛ quicqd pōt cā inferi-
oꝛ pōt cā ſuꝑioꝛ. g̊ illud ē poſſibile ſimplr. poſſibile vo
ſolū ſm cām ſuꝑiorez n̄ eſt poſſibile ſm oēm modū. re-
linquit̄ g̊ ꝙ n̄ eſt poſſibile ſimplr. ¶ Itez videt̄ ꝑ ſe op-
poſitio in extremis cū dr̄ virgo parit. ſ vbi ē ꝑ ſe oppo-
ſitio in extremis: eſt impoſſibile ꝑ ſe. vt albū eē nigrū.
g̊ ꝑ ſe impoſſibile eſt virginē manētez virginē parē. Ex
his g̊ relinquit̄. ꝙ illud qꝺ eſt poſſibile ſm cām inferi-
orez: eſt poſſibile ſimplr. ¶ Propt̄ iſta obiecta tercia
opi. eſt. ꝙ poſſibile ē: aliqn̄ dr̄ ſm cauſas ſuꝑiores: ali
qn̄ ſm cauſas inferiores. qꝛ hec dictio poſſibile ſm di-
uerſa adiuncta copulat ꝓ diuerſis poſſibilib. vn̄ cum
dr̄: poſſibile ē deū eē bonū. hec dictio bonū poſſibile co
pulat ꝓ poſſibilitate ſm cauſas ſuꝑiores: ⁊ iō vera ē.
cū vo dr̄ poſſibile eſt cecū videre. copulat ꝓ poſſibilita
te ſm cauſas inferiores: ⁊ iō falſa ē. Iſtoꝝ ſnīa ē ꝙ vir
ginē peꝑiſſe mō eſt poſſibile: aliqn̄ tn̄ fuit impoſſibile.
Et deus de impoſſibili facit poſſibile duobus modis.
Uno modo reꝑando naturā. ſicut in ceco illumīato. ⁊
tunc potētia miraculoſa ſ actio naturalis. Alio modo
dando nouaz potentiā. ſicut b. virgini dedit potētiam
ꝯcipiendi ſine viro. ⁊ eſt hec potētia miraculoſa ⁊ actꝰ
miraculoſus. ¶ Cont̄. ſi aliqd eſt albū aliq̄ albedīe eſt
albū ſimplr. g̊ ſi aliqd eſt poſſibile aliq̄ poſſibilitate ē
poſſibile ſimplr. ſ virginē manētē virginē parē fuit ſꝑ
poſſibile aliqua poſſibilitate. g̊ ſimplicit̄ fuit poſſibile.
¶ Itez augꝰ. ſuꝑ gen̄. in coſta erat vt ex ea poſſet fieri
mulier. ſ nō vt ex ea fieret mulier. ſilr in ceco ē vt poſ-
ſit fieri videns. Arguit̄ g̊ h̄ mō. In quocūq eſt poten-
tia currendi: in eo ē ꝙ currat. g̊ ſilī rōne in q̊cūq eſt po
tentia videndi: in eo ē vt videat. g̊ in ceco erit potentia
vt videat. ⁊ in coſta vt ex ea fiat mulier. g̊ cecū videre ⁊
coſtam fieri mulierez ē poſſibile ſimplr. ¶ Itē loqn̄do
de ceco illuīato ꝓ tempe añ illuīatōez cecus videbit. g̊
poſſibile eſt cecū videre. g̊ iſte cecus pōt videre. ¶ Itez
poſſibile eſt hūc cecū habere potētiam videndi: qꝛ iam
erit verū cū fiet miraculū. ſ ſi hȝ potentiā videndi: poſ
ſibile eſt videre. g̊ poſſibile eſt hūc cecū vidē. ¶ Rñſio.
dꝺm ꝙ intētio poſſibilis ſolet dici de dicto ⁊ de re ſub-
iecta. ſm ꝙ dicit̄ de dicto ꝑtinet ad pn̄tez queſtiōez. qꝛ
dictū poſſibile dicit̄ reſpectu veritatis nc̄cie vel cōtin-
gentis in dicto. que quidez fundat̄ in affirmatōnib ⁊
negationib ⁊ ſm oīe genus cauſalitatis. ⁊ de h̄ intē-
debant qui erant tercie opionis. Poſſibile vo de re ſb-
iecta pōt accipi ꝓprie vel appropriate. Appropate ſm
ꝙ aſcendit ſcīa theologie que intēdit in cauſam ſuꝑio-
rē. ⁊ h̄ modo dixerūt poſſibile: qꝺ eſt poſſibile ſm cau-
ſam ſuꝑiorem. qui fuerūt ſecūde opi. ꝓut aſcēdūt noīa
ſicut aſcendūt ſcie. ſicut intētio totius. in geometricis
ꝓ toto ꝯtinuo. in logicis ꝓ toto vlī. in metaphicis pro
toto ꝑfecto. Proprie vo poſſibile qꝺ ē poſſibile ſm cau
ſaz inferiorez: qꝛ illud eſt poſſibile. ⁊ ſm ſuꝑiorē. ⁊ iōo
ex ꝑte agentis oīno poſſibile. Preterea ex ꝑte materie
eſt potētia ⁊ aptitudo ſeu priuatio. ſicut pȝ in naturali
bus ⁊ artificialib. ⁊ hoc modo intendebāt ⁊ recte qui
fuerūt prime opi. qꝛ poſſibile ſimplr: ⁊ ꝓprie qꝺ ē poſ-
ſibile ſm cauſam inferiorez. ¶ Ad obiecta vo per ordi-
nem. Ad primū dꝺm. ꝙ verum eſt ꝙ cauſa inferior nō
ꝯtradicit ſuꝑiori. ſ diſpoſitio in cauſa inferiori pōt cō-

tradicere actioni que pōt elici a cauſa ſuꝑiori. vt patet
oculus cecus n̄ ꝯtradicit cauſe ſuꝑiori: ſ tamē cecitas
que eſt diſpoſitio in oculo ꝯtradicit actui vidēdi. q pōt
elici a cauſa ſuꝑiori. nec dicit̄ poſſibile ſimplr qꝺ tm̄ ē
poſſibile deo: ſ qꝺ eſt poſſibile ſm omēz modū. videre
aūt nō eſt poſſibile ſm hunc modū iſti ceco: lȝ ſit poſſi-
bile deo. vnde non poſſibile ſimplr. Unde notāda ē dif-
ferentia in actionib naturalib ⁊ miraculoſis. In mi-
raculoſis. n. p̄cedit actus potētiam. ſ in naturalib p̄ce
dit potentia actū: deinde ſequit̄ actus. ⁊ hinc eſt ꝙ hic
ponitur ſimplicit̄ poſſibile: quia potentia p̄cedit actū.
ibi vo non: quia actus precedit potentiam. ¶ Ad illud
quod obijcit̄. j. coꝛ. j. ſtultam fecit deus ſapientiā ⁊c. ī
glo. rn̄deo. hic loquitur de poſſibili ſm ꝓprietatē theo
logie. vnde ſenſus iſtius locutionis eſt talis. ſapientia
mundi iudicat impoſſibile non ſolum ſm cauſam infe-
riorem ſed etiam ſm cauſam ſuꝑiorem qꝺ in naturis
rerum nō reperit. ſed deus declarauit ſibi fore poſſibi-
le. vnde ſumitur ibi poſſibile ꝓ poſſibili deo ſm ꝓprie-
tatem theologie: quia loquit̄ de incarnatōne ⁊ paſſiōe
⁊ potentia incarnationis ⁊ paſſionis. ¶ Ad illud quo
querit̄. vtꝝ poſſibile ſit virginez parere. Dicendum ꝙ
hec eſt duplex: virginē parere eſt poſſibile. pōt. n. intel-
ligi de re: vel de dicto. ſi de re ſubiecta: falſa eſt. ⁊ ē ſen-
ſus. virgo poteſt parere. i. virgo hȝ potentiam parien
di. nulla enim virgo adhuc habuit poſſibilitatē donec
beate virgini data fuit illa potentia. ſicut dicit dama.
ſpūſſanctus ſuꝑueniet purgans ipſam ⁊ virtutem ge-
neratiuam verbi dei tribuens. Si intelligat̄ de dicto:
vera eſt. ⁊ eſt ſenſus. hoc dictū virginez parere eſt poſ-
ſibile. nec notat̄ potentia reſpectu rei ſubiecte: ſ reſpe-
ctu dicti. ⁊ notatur poſſibilitas ſm cauſam ſuperiorē.
ſicut anteq̄ mundus eſſet fuit poſſibile mundum fore.
ſcilȝ quo ad deum. ⁊ hec poſſibilitas in dicto que fun-
datur in cauſa agente: non in materia. ¶ Quod obijci
tur. ſi aliquid ſequitur ad aliud. ſi antecedens eſt poſ-
ſibile: ⁊ conſequens. non ſequit̄ generaliter: ſequit̄ ta-
men ſumpto poſſibili in eodez genere. Eſt aūt poſſibili
tas ſm cauſaz inferiorez ⁊ ſuꝑiorez. nec ſequit̄ aliqd ē
poſſibile ſm cauſam ſuꝑiorem. ergo ⁊ ſm inferiorem.
poſſibile aūt determinat̄ ſm adiunctū. vt qn̄ ꝯiūgit̄ cū
dictione notāte cauſaz ſuꝑiorē notat̄ poſſibile ſm cām
ſuꝑiorez. Sed cū dicit̄ virgo poteſt parere. notat̄ poſſi
bile ſimplr ⁊ reſpectu cauſe inferioris. cuȝ vo dr̄ poſſi-
bile eſt ꝙ deus faciat virginem parere: notatur poſſibi
litas ſm cauſam ſuꝑiorem. Unde habent quidam pro
regula ꝙ non ſequit̄. ſi eſt veritas in eſſentia ꝙ ſit poſ
ſibilitas in natura. quia veritatem in eēntia facit cau-
ſa ſuꝑioꝛ. vt aſinam loqui vel virginē parere: deficiente
poſſibilitate cauſe inferioris. Uel melius vt dicamus
omne verum eſt poſſibile. vt ſicut verū ampliat̄ ad ea q̄
fiunt ſm ſuꝑiorem cauſam: ita poſſibile. veruȝ eſt eniȝ
ſpecies poſſibilitatis. ¶ Non. n. eſt concedendū ꝙ aliqd
eſt poſſibile niſi in veritate ſit vel ſm naturā fieri poſ-
ſit. vnde non cōcedimus deum facere loqui aſinaz ba-
laam eſſe poſſibile. qꝛ nec in veritate eſt: nec ſm naturā
fieri pōt. ſ tamen ꝯcedimus deum poſſe h̄ facere. vt au
tem fiat ſermo de re nō de dicto: poſſibile eſt deo facere
loqui aſinam balaam. ⁊ ſic veruȝ fuit ⁊ poſſibile aſinā
balaam loq: ſ modo nec eſt verū nec poſſibile. ¶ Ad il
lud vo qꝺ obijcit̄ de creatōe aīe. Dicenduȝ ꝙ poſſibile
ſm naturam dicit̄ duob modis. Uno mō cuiꝰ ꝑncipiū
eſt natura ſiue cuiꝰ principium eſt in natura. Alio mō
qꝺ non eſt a potentia nature: ſed tamen eſt conſuetū vt
fiat in natura a cauſa ſuꝑiori. ſm ꝙ dicitur conſuetu-
do eſt altera natura. vt creatio ⁊ iuſtificatio ⁊ huiuſ-
modi. Simpliciter ergo poſſibile dicitur quod eſt poſ-
ſibile ſm naturam iſtis duobus modis. vnde etiaȝ dif
finitur miraculum per arduum ⁊ inſolitū. ꝑ arduum:
qꝛ eiꝰ principiuȝ non eſt natura. ⁊ ꝑ ſolitum: quia non

eſt conſuetū vt fiat in naturalibꝫ nō a natura. ¶ Ad illud deum eſſe trinum ⁊ vnum eſt poſſibile. pꝫ rñſio. qꝛ nō dicit̄ poſſibile reſpectu rei ſubiecte. ſm hoc. n. ſignificaret̄ ꝙ deus eſſet ens in potentia: qđ eſt falſum. ſed ſignificat̄ poteſtas dei que fundat̄ ſuꝑ veritate rei qua verum eſt deum eſſe trinū ⁊ vnum. ¶ Ad obiecta vō ꝯ ſecūdam opi. Ad illud vō qđ primo querit ex mat̄. xix. omīa poſſibilia ſunt credenti. vtꝝ fiat diſtributio pro poſſibilibꝫ vel ꝓ impoſſibilibꝫ? Dicendū ꝙ fit diſtributio pro poſſibilibꝫ ⁊ impoſſibilibꝫ ſm cauſaꝫ inferiorem. nō tñ ex hoc ſequit̄ ꝙ impoſſibilia ſint poſſibilia ſimplr̄: ſed poſſibilia deo. nec ſequit̄: ergo poſſibilia. vnde in li. de regulis theologie. deus omnipotēs dicit̄ quia poteſt nō ſolum que ſunt vel fieri pñt: ſed etiā que fieri nō pñt. poteſt. n. impoſſibilia. ⁊ multa que ſunt impoſſibilia ſm inferioreꝫ cauſaꝫ vel ſm naturam: ſunt poſſibilia ſm ſuꝑioreꝫ cauſaꝫ. Quicqđ. n. eſt poſſibile ſm inferioreꝫ cauſam: eſt poſſibile ſm ſuꝑioreꝫ. ſed non cōuertit̄. illud aūt eſt poſſibile qđ ſm naturaꝫ ſimplr̄ eſt poſſibile. Quod aūt poſſibile ſm ſuꝑioreꝫ cauſam. nō dicit̄ ſimplr̄ poſſibile: ſed poſſibile deo. reliqua vō que obiiciūt̄ ꝯcedenda ſunt. vt patet ex dictis. ¶ Ad obiecta ꝯtra terciam opi. que quodāmodo veritatē hꝫ. Dicendū ad illud qđ primo obiicit. ꝙ virginē pariturā ē poſſibile aliqua poſſibilitate. ergo eſt poſſibile. dđm ꝙ nō ſequit̄: niſi illa poſſibilitas ſit poſſibilitas ſimplr̄. ß pꝫ ex dictis ꝙ poſſibilitas ſm cauſam ſuꝑioreꝫ tm̄. cū ſit ratione cauſe agentis nō materie. nō ponit poſſibilitatem ſimplr̄ ß ſm quid in re. ſicut eſſe in cauſa non pōt eſſe ſimplr̄ ß eſſe ſm quid. ¶ Ad aliud qđ erat. ꝙ in coſta erat ꝙ poſſet fieri mulier. ⁊ ſimilit̄ in ceco ꝙ poſſet fieri videns. Dicendū ꝙ eſt potētia actiua ⁊ paſſiua. Actiua duplex eſt: creata ⁊ increata. Paſſiua duplex eſt. reſpectu potentie create: ⁊ reſpectu potentie increate. Dicendū ergo ꝙ in coſta erat potentia paſſiua ſiue materialis. vnde poſſet fieri mulier a potentia actiua increata: cui ſubiecta eſt ⁊ obediens omīs materia vt faciat de ea quicqđ vult. ſed nō erat in coſta potētia paſſiua vnde poſſet fieri mulier a potentia actiua creata ſiue cauſa inferiori. ⁊ ideo nō ſequit̄ ꝙ in coſta eēt vnde fieret. ⁊ hoc mō intelligendū eſt in ceco illuīato ⁊ in ceteris miraculis. ¶ Ad aliud qđ ꝓponit: iſte cecus videbit. ergo poſſibile eſt iſtum cecum videre. Diſtinguēdū de dicto vero. ⁊ hoc modo ſequit̄ ex ꝑcedenti: quia dictuꝫ eſt verum ex quo iſte cecus poteſt videre eſt viſurꝰ. de re. falſa: quia falſum eſt ꝙ iſte cecus poteſt vidē. ¶ Ad aliud dđm. ꝙ poſſibile eſt ꝙ iſte cecus hēbat potentiā videndi. loquendo de potentia paſſiua. ß ſi arguat̄. ergo iſte cecus poteſt videre vel poſſibile eſt iſtum cecum videre nō valet. infert̄. n. potentia actiua a paſſiua potentia. Sed ſi querat̄ ſi pōt dici poſſibile ſm potentiā actiuā poſtꝙ̄ factū eſt miraculū? Rñdeo. in aliquibꝫ potētia eſt miraculoſa actus naturalis. vt ī ceco illumīato. In aliis potentia miraculoſa eſt actus miraculoſus. vt ꝙ aſina loquat̄. quia ꝯtra naturā eſt ꝙ aſina hēat potentiam loquēdi: ⁊ etiā ꝙ loquat̄. In his ergo dđm. ꝙ aſina nō pōt loqui ꝙ̄uis loquat̄. ß ſic ñ eſt đ ceco. imo poſtꝙ̄ videt pōt videre.

## Articulus ſecūdus.

Conſequēt̄ querit̄. vtꝝ qđ eſt ꝯ naturam ſit deo poſſibile. ad cuiꝰ rei intelligētiā querūt̄ tria. Primo. vtrū potētia dei ad miracula ſit ꝯ̄ria nature. Scđo. vtꝝ ſit aliq̄ rō ī materia ad miracula. Tercio. cū potētia dei dicat̄ in opibꝫ mirabilibus ⁊ miraculoſis: quedā facere ꝯ naturā: quedaꝫ ſuꝑ naturā: q̄dā pret̄ naturā. vtꝝ hec ſint eadē vl̄ diuerſa.

## Ad primum ſuper .§. j.

gen̄. ij. Nō habuit prima reꝝ ꝯditio vt femīa ſic fieret: ß vt ſic fieri potuiſſet. nec ꝯ cauſas quas deus voluntario inſtituit voluntate immutabili aliqđ facit. ergo ñ erat ꝯ naturā vt ex coſta fieret mulier. ¶ Iteꝫ aug. in de ci. dei. omīa portenta vident̄ eſſe ꝯ naturā: ß ñ ſunt. ¶ Itē ro. xj. Contra naturā inſertus es bone oliue. Glo. deꝰ ꝯditor nature ꝯ naturā nihil facit. ¶ Iteꝫ ibideꝫ. id nature eſt cuiuſqꝫ rei: qđ de ea facit deus. ergo deus de re nihil facit ꝯtra naturā. ¶ Item rō recta nō eſt ꝯ̄ria rōni recte. ß naturalis ratio eſt recta. ergo diuina rō q̄ ſemꝑ eſt recta: nō eſt ꝯtraria rōni nature. ergo nec ordini nature.

¶ Cōtra. luc̄. j. Ecce elyzabeth cognata tua. Glo. ne virgo de partu deſperet. accipit exemplū anus pariture: vt diſcat deo eſſe poſſibilia que ordini nature videt̄ ꝯ̄ria. ¶ Item. ij. corint̄. xij. In ſignis ꝓdigiis ⁊ virtutibus. Glo. ſigna ⁊ ꝓdigia ſunt in his que ꝯtra naturā ſunt. virtutes in his que nō extra naturā ſunt vt ꝑ impoſitōꝫ manus hoīem a morbo liberare. ¶ Item Ro. xj. ꝯ naturā inſertus es. Glo. deus ñ incōgrue dicitur aliquid facere ꝯ naturā: qñ facit aliqđ ꝯtra id qđ nouimus in natura. hanc appellamꝰ cognitam nobis ſolitū curſum nature. ꝯtra queꝫ cum deus facit: magnalia ⁊ miracula nominant̄. ¶ Rñſio. natura dicit̄ tripliciter. Uno mō ſolitus curſus nature. Alio mō naturalis poteſtas. vt deus faciat ex ea quicqđ vult. Tercio mō lex ſumma nature deus ipſe. vbigꝛa. aliq̄ actiōes ſunt ī potentia nature actiua ⁊ paſſiua. illa que ſunt in potentia creature actiua dicūt̄ eſſe a natura. ſicut ī ꝓductōe ſegetuꝫ ⁊ hmōi. Alia vō ſunt in ſola potentia paſſiua. vt in coſta erat: vt ex ipſa poſſet fieri eua. qꝛ in coſta nō erat potentia actiua ad ß: ſed potentia paſſiua. Jō oportuit ꝙ vt potētia dei actiua ad ß oparet̄. Alia vō ſunt que nō ſunt in potētia actiua nec paſſiua. vt ad hoc ꝙ deus fiat hō. ⁊ in his ſolum eſt deꝰ natura ſiue diſpoſitio diuina ſiue volūtas. Scđm ß dicendū. ꝙ deꝰ ꝑmo mō opat̄ ꝯ naturā. qꝛ opatur ꝯtra ſolitū curſuꝫ nature hoībus notū. Scđo mō ⁊ tercio nūꝙ̄. ꝙ enī ꝑmo mō opetur ſm naturā qđ eſt ꝯtra ſolitū curſuꝫ nature hominibꝫ notū. Ro. xj. ꝯtra naturaꝫ inſertus es. glo. dic̄ hūano more eē ꝯtra naturā qđ ē ꝯ vſum nature mortalibus notū. ⁊ ibideꝫ ꝯtra naturā dicit apl's qđ eſt ꝯ cōſuetudinē nature. vt ſi ſurculus inſertus ꝑticipet fructū radicis. Scđo mō nihil facit ꝯ naturā. qꝛ ß mō natura dicit̄ naturalis obediētia creature reſpectu potentie creatoris. ſi ß mō faceret ꝯ naturā: faceret ꝙ creatura potentie ſue nō obediret: qđ eſt impoſſibile. cū hoc ſit eis a conditōne. vnde augꝰ. dedit naturis vt ex eis hoc fieri poſſet. non vt hoc ex naturali motu haberēt. ⁊ eſt exempluꝫ de coſta. gen̄. ij. ⁊ de virga aaron q̄ fronduit. vt habet̄ numeri. xvij. Tercio modo nō poteſt facere contra naturā. qa nō pōt facere cōtra ſeipm̄. Ro. xj. glo. Contra illam ſummā legeꝫ iuſticie tam deꝰ nullo modo facit ꝙ̄ ꝯtra ſeipm̄.

## Queritur ſecūdo .§. ij.

Utꝝ in creatura ſit aliqua ratio ad miracula. Et videtur ꝙ ſic. augꝰ. in coſta erat vt ex ea poſſet fieri mulier ergo in creatura ē potētia ad opꝰ miraculoſuꝫ. ¶ Iteꝫ in ceco eſt potētia priuata cū aptitudine ad viſū. cecitas enī dicit aptitudinē ad viſiōꝫ. ergo aliq̄ aptitudo ē in ceco ad videnduꝫ. ¶ Cōtra. virginē parere ſiue ꝙ manens virgo pariat. ß ē ꝯ vſuꝫ nature ⁊ ꝯ potētiā nature actiuam ⁊ paſſiuā. ergo ñ ē rō in oꝑe miraculoſo ex ꝑte creature. ¶ Itē q̄dā miracula fiūt in qbꝫ nll'a ꝑt eē rō ī creatura. vt ꝙ deꝰ ſit hō. ¶ Rñſio. ſunt rōnes naturales ſunt rōnes ſemīales. ſunt rōnes cauſales. Rō cauſal'ē duplex. ſ. creata ⁊ increata. Increata deꝰ. creata potētia paſſiua. Increata. ſ. ipā potētia ſimplex cature abſꝫ oī diſpoſitōe ad ß ꝙ faciat deꝰ qđ vult. Rō ſemīal'ē potētia paſſiua creat̄e. cū aliq̄ diſpoſitiōe tñ remota. Rō naturalis eſt potentia cū diſpoſitōe ꝓpingori. In gñ̄o

ergo eſt naturalis ratio ad productionem ſegetis. Ubi aūt eſt oꝑatio ſm rationes naturales nō eſt opus miraculoſuʒ ſed ſolum ſm ratōnes ſeminales aut ſm rationes cauſales. ſm ſeminales ratōnes vt in virgis de quibꝫ facti ſunt ſerpentes. Si enim ſm naturaʒ ille ſeminales rōnes eſſent producte in actū: tunc ratōnes ſeminales fierēt naturales qa eſſent in ꝓpinquiori diſpoſitione. ſicut ſi ꝓiecte eſſent virge in aquā et putrefacte ⁊ cetera neceſſaria ꝯcurrerēt: ſed qđ natura facit paulatim: deꝰ facit in inſtanti: et ideo miraculoſum. Sed ſūt alia miracula vbi ſolum ſunt ratōnes cauſales vt in ẜ quod eſt virginē parere. et illa ſunt ſimpliciter miraculoſa. que autem ſm rationem ſeminalem ſunt ꝑtim naturalia et partim miraculoſa.

## Tercio queritur .§. iij.

de differentia hoꝝ ſupra naturaʒ. preter naturā ⁊ contra naturā. Et dicendū eſt. ſupra naturā ſunt quorum non eſt ſimile in natura nec in potentia nature. vt in ẜ qđ eſt virginem parere. Contra naturaʒ. vt que fiunt ꝯtrario curſu nature tamen terminātur ad ꝯforme nature: vt hoc quod eſt cecum videre. Preter naturam dicuntur fieri que fiunt ordini ſimile nature: ſed non iuxta modum nature. ſicut ex aliquo habente ratōnes ſeminales ſubito producitur aliquid in eſſe: quod longa tranſmutatōne ſiue putrefactōne poſſet ſm naturaʒ in eſſe produci. que quodāmodo dicuntur mirabilia ſcilʒ ratione modi producendi in eſſe. hoc eſt. quia ſubito quodammodo dicuntur naturalia ſcilicet ꝓpter rationes ſeminales que offerente ſe temporis oportunitate in rerum ꝯſimiliū ſpecies naturalr̄ prorumperent. ſicut de virgis Exo. vij. vñ aug. ꝑ omnia mundi elementa inſūt rebus quedam occulte ſeminaticie ratōnes. quibꝫ cum data fuerit oportunitas temporis: prorumpūt in ſpecies debitas ſuis modis et finibus. Illud ergo in quo aſſunt ſeminales rationes licet per aliquid aliud excitetur nō dicitur ꝯtra naturam ſed preter naturam.

## Articulꝰ tercíꝰ

Conſequēter querit̄ vtrū ꝙ oppoſita ſint idē ſit deo poſſibile. et videt̄ ꝙ non: quia ſi faceret ꝙ albū manens albū eſſet nigrum: facēt ꝯtra ordinatōeʒ ſuam et inſtitutōeʒ. Non pōt aūt facere ꝯtra ordinatōeʒ ſuā: ꝗ nō pōt facere ꝙ albū manens album ſit nigrum. Item auguſt. in de vera religione omē corpꝰ in aliud corpꝰ mutari poſſe credibile eſt: ſed qđlibet corpꝰ in aiam rōnaleʒ poſſe ꝯuerti credibile ab ſurduʒ eſt: qm̄ deus ſic omipotens ē. vt nunꝙ̄ ſue rōnis inſtituta auellat: ẜ inſtituta ſue rōnis ſunt vt oppoſita nō ſint ſimul in eodē: ꝗ nō pōt facē. nec etiā pt̄ hmōi trāſmutatōnes quas ponit aug. facere. Item ſic̄ deo nō eſt poſſibile facere ꝯtra potentiā. ita nec ꝯtra veritateʒ vel bonitatē: ſed ſue veritati repugnaret ſi eſſe ⁊ nō eſſe ſimul accipent̄ de eodē. qa ſi hoc faceret ꝯtra veritateʒ faceret. omē aūt verū eſt verū veritate pꝛima: ꝗ ꝯtra veritateʒ ſuā faceret ſi oppoſita ſimul eſſe faceret. Contra. nunqd deus pōt de trunco facere vitulū ⁊ ecōuerſo ꝗ ſilr̄ ꝙ albū ſit nigrū. Iteʒ magis diſcrepāt creator et creatura ꝙ̄ albū et nigrū. quia album ⁊ nigruʒ ſunt ſub eodē genere: ẜ nō creator et creatura. ẜ deus potuit facere ꝙ creator eſſet creatura: ꝗ pōt facere ꝙ album ſit nigrum. Iteʒ pꝛime dr̄ie entis ſunt ens ab alio ens nō ab alio: ẜ pꝛime dr̄ie entis magis differūt ꝙ̄ album et nigrū: ꝗ ſi deus potuit facē ꝙ ens nō ab alio ſcʒ deꝰ: eſſet ens ab alio ſcʒ homo: multofortius pōt facē ꝙ album ſit nigrū. Item hyllariꝰ. v. li. de trini. ꝑfecte poteſtatis ē id naturā poſſe facientis qđ ſignificat ſermo dicentis. et ita cū quicqd pōt dici effici poſſit: tenet veritatis naturā ꝙ deo exequat̄. et vult dicere: ꝙ perfecte potentie eſt. ꝙ deꝰ poſſit facere quicqd pōt: ẜ ſermo dicentis pōt ſignificare ꝙ album ſit nigrū: ergo illud poteſt deus facere. Item ꝯmunis animi acceptio eſt. ꝙ virtuoſior ē potentia dei ad faciendū ꝙ̄ anima ad cogitandū imaginandū vel hmōi: ꝗ poteſt facere albuʒ eſſe nigrū chymerā: vel hominē eſſe aſinū. et videt̄ etiā ſm hoc ꝙ poſſit facere quicqd poteſt imaginari. Ad illud nil temere aſſerendo cū omi modeſtia. rn̄demus ꝙ ſi potentia dei ꝯcipiatur ab aia abſolute. nō poterit aīma determinare nec capere infinituʒ pelagus ſue poteſtatis: ẜ cum aīa ſpeculat̄ diuinā potentiā vt ordinatā. ſm ꝯditionem pꝛ̄tatis veritatis bonitatis. dicit ꝙ poſſibile deo eſt qđ poſſe poſſibile. et non pōt qđ impoſſibile ſm hoc dixerunt. ſicut habet̄ in regulis theologie ꝙ ꝯtradicit ſue potentie vel veritati vel bonitati: potētie maieſtatis nō ꝯueniret vt faceret maiorē ſe. Item veritati eius ꝯtradiceret facere de eodem ſimul eſſe et non eſſe. Item bonitati eius ꝯtradiceret damnare petruʒ ⁊ ſaluare iudam et peccare. ſemꝑ ergo cum debet dici deo aliquid poſſibile: exigit̄ ꝙ nō detrahat potentie eiꝰ veritati vel bonitati. Quod ergo obijcit. ꝙ poteſt facere ꝙ album ſit nigrū ꝙ potuit facere ꝙ creator eſſʒ creatura: rn̄ſio aliquid incipit eſſe aliud ꝑ contractionem nature vel ꝑ vnionem. Secundo modo dicitur ꝙ deus fecit ꝙ creator eſſet creatura. non ꝑ nature ꝯtractōneʒ vel conuerſionem. et eodem modo poteſt deus facere ꝙ album ſit nigrum. id eſt ꝙ vniatur nigro: ſed nō ē poſſibile ꝙ album fiat nigrum per nature ꝯtractionem ſicut habet a parte altera. Non eniʒ hoc eſſet poſſe quia manifeſte natura albedinis et natura nigredinis a ſe facta: non poteſt facere album nigrum. vnde ſi faceret album nigrum: oporteret mutare naturam a ſe factaʒ quod non eſt poſſe quid. probatur. quia manifeſte natura albedinis eſt dicere album non eſt nigrum et econuerſo: ergo faciens album eſſe nigrum faciet albuʒ nō album: et hoc conſtat quia non eſt potentie ſiue poſſe. Ad illud quod obijcitur. plus differunt ens ab alio non ens ab alio ꝙ̄ duo entia ab alio. Rn̄ſio. deus pōt facere ꝙ idem ſit homo et deus. id ē ꝙ eadem ꝑſona ſit deus et homo. nō ꝙ hec natura ſit illa. ſic nō poteſt facere ꝙ natura albi ſit natura nigri. tamen poteſt facere ꝙ eadē perſona habeat albedinem et nigredinē non mutata natura. Ad auctem hyllarij dicenduʒ. ꝙ eſt loqui de dictōe dupliciter. vel ſm ꝙ copulatur ad imaginatōnem: vel fantaſiam. Primo mō quicquid poteſt dici ꝙ non diſcordat a prima veritate: poteſt deus facere. Secūdo modo poſſunt multa dici que deus non poteſt facere: qa ꝯtradicerent ſue veritati. Uel aliter dicēdum. ꝙ nō fuit intentio hillarij de dicente homie ⁊ verbo eius: ẜ dicentem appellauit patrem verbum filium. voluit ꝗ in hoc dicē. ꝙ eq̄lis potentie ſunt pater et filiꝰ quia hn̄t eandem naturā. vt ſit ſermo non ſolum declaratiuus vel ſignificatiuus: ẜ etiam oꝑatiuus.

## Articulꝰ quartꝰ

Queritur conſequenter. vtrum qđ eſt impoſſibile per accidens ſit đo poſſibile: vt de corrupta facere incorruptam. Ad quod hieronimus. cum deus omnia poſſit: non poteſt de corrupta facere incorruptam: ſed conſtans eſt ꝙ hoc eſt impoſſibile per accidens quia aliquando fuit poſſibile relinqtur ergo ꝙ impoſſibile ꝑ accidens non eſt poſſibile đo. Item aug. contra fauſtum. quiſquis ita dicit ſi omipotens eſt deus: faciat vt que facta ſunt facta non fuerint. non videt hoc ſe dicere ſi omnipotens eſt faciat vt ea que vera ſunt: eoipſo quo vera ſint: falſa ſint. Sententia quippe qua dicimus aliquid fuiſſe ideo vera eſt. quia illud de quo dicimus fuit. et non eſt hanc ſententiam deus falſam facere nō pōt: qꝛ nō eſt ꝯtrariꝰ veritati. Cont̄. deus pt̄ facē vt aliqd nō ſit qđ eſt. ⁊ ꝙ aliqd nō ſit futurū qđ erit: ꝗ pōt facere ꝙ aliquid non fuerit

quod fuit p̃teritum:ergo poteſt facere ꝙ corrupta non fuerit corrupta. ¶ Item ſententia q̃ dicimus aliq̃d fuiſſe eſt vera veritate creata:ſed deꝰ pōt facere de omĩ creato ꝙ non ſit:g̃ poteſt facere de iſto vero aliquid fuiſſe ꝙ verũ ñ ſit. g̃ qꝺ ñ fuit:qꝺ eſt ꝯ aug. ¶ Itē magis impoſſibile ē qꝺ ē ipoſſibile ꝑ ſe. q̃ꝫ qꝺ ē impoſſibile ꝑ accidens. ſi g̃ pōt impoſſibile ꝑ ſe:vt de trunco vituluꝫ:ergo pōt de preterito non p̃teritũ: aut quare nō? ¶ Rñſio. ad hoc pie dixerũt quidam. ꝙ deus poſſet facere abſolute de corrupta incorruptam. ⁊ de p̃terito quod nō fuit p̃teritum. et hmōi opinionis fuit gilbertus. ¶ Ad illud ꝺo hiero. rñderunt. ꝙ cũ dicit̃ deus nō pōt facere. ꝙ cum dicit̃ nō poſſe illa ꝯſuetudine loquendi in ſcp̃turis qua dicit̃ aliq̃d fieri cũ innoteſcit:ita dicit̃ nō poſſe a hiero. quia nō oñdit ſe poſſe:non em̃ legit̃ hoc feciſſe ſicut legit̃ mortuos ſuſcitaſſe ⁊c̃. ¶ Ad illud ꝺo auguſ. reſponderũt. ꝙ deus pōt facere ꝙ illud qꝺ eſt p̃terituꝫ non fuit q̃ntum in ſe eſt. non em̃ ſe habet aliter ad res q̃ꝫ ſe haberet ab eterno. vnde preteritũ pñs et futurum ex pte rerum ſunt. non ex pte dei:ſicut dicit Auguſti. ꝙ non pōt facere ꝙ preteritũ non fuerit p̃teritum. loquit̃ cuꝫ ſuppoſitōne p̃teriti. hoc eſt:non pōt facere ꝙ aliq̃d ſimul ſit preteritũ et nō preteritum: quia illud non eſt potentie. tñ de quo enunciatur fuiſſe: poteſt facere ꝙ ñ fuerit. ¶ Ad primum g̃ obiectum reſpondet aug. cōtra fauſtum ſic. tunc facit deus de aliquo ꝙ non ſit. quādo illud eſſe inuenerit de quo fiat. velut cum aliquem qui cepit eſſe naſcendo:faciat non eſſe moriendo. hoc enim factum inuenit de quo fieret quis. aut dicat vt id ꝙ nō faciat non eſſe. quicq̃d autem p̃teritũ eſt iam non eſt. ꝙ ſi de ipſo aliquid fieri poteſt:adhuc eſt de quo fiat. et ſi eſt. quomodo preteritum eſt? quaſi diceret. non relinq̃tur ergo ꝙ de hoc quod p̃teritum eſt:non pōt deꝰ facere non fuiſſe. nec eſt ſimile ꝺ hoc quod pñs eſt:ꝙ pōt facere non eſſe. quia pñs eſt ens actu. nec de hoc ꝙ futurũ ē eſt ꝙ poteſt facere ꝙ non ſit futurum:quia futuruꝫ eſt ens in potentia: preteritum ꝺo nec eſt ens in potentia nec in actu. ¶ Si ꝺo obijciat̃. ſi preteritum eſt non ens in potentia nec ens actu:quō verum eſt? Ad hoc reſpōdet aug. ideo veruꝫ ē illud fuiſſe. quia in noſtra ſententia verum eſt. non in ea re que iam non eſt. ¶ Ad ſecundum reſpondet auguſtinus ꝯtra fauſtum mouēs queſtionem. ſi queras vbi ſit hec vera ſententia. prius inuenitur in animo noſtro cum illud verum ſcimus et dicimus:ſed et ſi de animo noſtro ablata fuerit. cum illud quod ſcimꝰ obliti fuerimꝰ:manebit ipſa veritate. ſemꝑ em̃ verum erit illud fuiſſe qꝺ erat et non eſt. et vbi erit verũ iam fuiſſe qꝺ erat:ibi verũ erat anteq̃ꝫ fieret futurum eſſe qꝺ nō erat. huic veritati deus nō poteſt aduerſari. ĩ quo ē ſumma ⁊ incommutabilis veritas q̃ illuſtratur vt ſint quicq̃d in quorumcũqꝫ animis et mentibus verũ eſt. ¶ Ad illud qꝺ obijcitur. an magis impoſſibile eſt qꝺ eſt impoſſibile per ſe: q̃ꝫ qꝺ eſt impoſſibile ꝑ accidens? Reſponſio ꝙ eſt accipere extrema vtriuſqꝫ impoſſibilis dupliciter. vel in eſſe vel ĩ fieri. Si impoſſibile accipitur in eſſe:impoſſibilius eſt qꝺ eſt impoſſibile ꝑ ſe. Sed in fieri impoſſibilius eſt qꝺ eſt impoſſibile ꝑ accidens. Et cauſa huius eſt. quia impoſſibile ꝑ ſe eſt de illis impoſſibilibꝰ que ſunt impoſſibilia ex ordine nature. vt truncuꝫ fieri vitulum ſunt poſſibilia ex ordinatōne reuocabili a deo qui eſt ſupra ordinem nature vnde ab eo pñt iſte forme ſuccedere in materia ſcilicet forma trunci et vituli:quia materie in qua ē forma trunci. poteſt imprimere formã vituli:ſed ꝙ preteritum fiat nō preteritũ vel fiat futurũ:eſt ordo irreuocabilis. q̃a eſt ordo ſm incōmutabilitatem prime veritatis. ſic̃ patuit ex verbis bt̃i aug. ꝯtra fauſtum.

## Queſtio. xxij. de deriuatōne potentiaꝝ creaturaꝝ a potentia prima.

Onſequenter reſtat querendũ de deriuatōne potentiarũ creaturaꝝ a potentia p̃ma. et ſub q̃dam breuitate. Nam iſta requirũt ĩ ſuis locis ꝓpriam inquiſitōeꝫ. Querit̃ g̃ hic p̃mo. vtrũ ex diuina potētia fluxerit potentia patiendi ſiue ſuſceptiua. Scꝺo. vtrũ a diuina potētia fluxerit omĩs potentia agēdi. Tercio. vtruꝫ a deo fluxerit omĩs potentia p̃ſidendi. Quarto incidental'r querit̃ ꝺ potentia p̃ſidendi q̃ eſt angeli ad angelũ. Quinto ꝺ potentia preſidendi q̃ eſt hominis ad animalia. Sexto de potentia q̃ eſt creature corporee ſuper incorpoream. et hec amplius diſcutientur in ſuis locis.

### Membrum primum

Ad primũ arguit̃ cũ omĩs natura ſit a ꝺo ſicut clamāt omĩes ſcripture. potentia at̃ paſſiua ſiue receptiua eſt in natura materie:g̃ eſt a deo. ¶ Item ꝙ materia ē et ꝙ pōt recipere totũ eſt a deo:g̃ potentia receptiua ē a deo ¶ Contra. quicq̃d ē a deo exemplar hꝫ in ipſo:ſ3 potentia receptiua exemplar nō hꝫ in deo:quia nihil eſt receptum in ipſo:g̃ potentia receptiua nō eſt a deo. ¶ Solutio. dicendũ ꝙ potentia receptiua duo importat. ſcilicet capacitatē et indigentiaꝫ:ratōne indigentie nō eſt a deo. nec hꝫ exemplar in eoipſo ſcꝫ ratōne capacitatis q̃ ſcꝫ ꝯtinet hanc formã vel illã a deo eſt. et in ip̃o exemplar hꝫ. cũ ipſius dei ſit ꝯtinere omĩa ſic̃ materie vl' forme formas. tñ aliter ⁊ aliter dicit̃ deus ꝯtinere omĩa et materia formas. nam deꝰ ꝯtinet omĩa ꝯſeruãs nullo indigens:materia ꝯtinet formã tanq̃ꝫ ab ip̃a ꝯpletuꝫ eſſe ⁊ ꝑfectionem recipiens.

### Membrum ſecundũ

Secũdo querit̃ qualiter a diuina potentia fluxerit potentia agendi. Ad qꝺ ſic. Ro. xiij. Non eſt p̃tas niſi a deo:ſ3 potentia peccandi vel corrũpendi bona naturalia eſt potentia:g̃ eſt a ꝺo. ¶ Itē iob. j. dicit̃. ꝙ data eſt p̃tas dyabolo ad temptandũ iob ⁊ hoc a deo. Et ioh. xix. dicit̃ pylato. nō haberes in me p̃tatem ⁊c̃. ¶ Item adam in ſtatu innocētie habuit hãc potentiã ſcꝫ peccãdi. ⁊ nō a ſe nec a dyabolo:g̃ a deo. ¶ Item augu. nobilior eſt natura q̃ pōt peccare q̃ꝫ illa q̃ nō pōt peccare:g̃ potentia peccãdi ē de nobilitate nature: ſ3 quicq̃d ē de nobilitate nature ē a deo:g̃ potentia peccãdi a deo eſt. ¶ Item quicq̃d ē de ꝯmendatōne nature alicuiꝰ nature a deo ē:ſ3 eccĩ. xxxj. cōmendat̃ hō q potuit tranſgredi et nō eſt trãſgreſſus:g̃ poſſe trãſgredi vel peccare ē a deo. ¶ Contra anſel. potētia peccandi nec ē libertas nec ꝑs eiꝰ:ſ3 ſil'itudo quã hꝫ hō ad deum ē in li. ar. nec ꝑs eiꝰ: eſt hō diſſil'is deo:g̃ nec a deo ꝓuenit ei p̃tas. ſ. peccãdi. ¶ Item potētia diffinit̃ ꝑ ſuum actum ⁊ ab illo accipit ſuam perfectionem: ergo potentia peccandi diffinitur per hunc actum peccare. et ab alio accipit ſuam perfectionem. ſed ſm hoc omnino eſt diſſimilis a primo:ergo potentia peccandi non eſt a deo. ¶ Item q̃rit̃. cuꝫ dicatur qui reſiſtit poteſtati dei ordinatōni reſiſtit. vtrũ qui reſiſtit potentie peccandi: reſiſtat potētie diuĩe ſeu ordinatōni? ¶ Iuxta hoc queritur. vtrum eadem ſit potentia benefaciendi et malefaciendi? videtur ꝙ nō. potentia enim benefaciendi procedit ex beneplacito dei. potentia malefaciendi ex iudicio dei. ſm ꝙ dicit bt̃us auguſtinꝰ in ꝺ ſpiritu ⁊ littera. homo cum accipit poteſtatē malefaciendi ex iudicio dei venit. poteſtas ꝺo bñfaciēdi ex volũtate ⁊ bñplacito:g̃ penes cãs differt potētia bñfaciēdi ⁊ malefaciēdi:g̃ nō eſt eadē hec potētia et illa. ¶ Item potentia benefaciendi eſt ad probatio

nem bone volũtatis. poteſtas malefaciendi ad damna
tionem male voluntatis. ſicut dicit aug. in predicto li.
ergo non eſt eadem potentia hec et illa. ¶ Item diuerſi
ſunt motus qui tendunt ſurſum et qui tendunt deorſuꝫ
et etiam contrarij: ergo potentie per quas eliciunt̃ actꝰ
ſed potentia benefaciendi ſurſum mouetur per carita-
tem: potentia vͦ malefaciendi deorſum trahit ꝑ rapa-
citatem: ergo diuerſe erunt potentie ꝯtrarie. ¶ Cõtra
aug. libe. arbi. eſt facultas voluntatis ⁊ rationis. qua
bonum eligitur gratia aſſiſtente: ⁊ malum eadem deſi-
ſtente. ergo eadem eſt potentia benefaciendi ⁊ malefaci
endi ſcilicet libe. arbi. ¶ Ad primum dicẽdum. ꝙ cum
dico potentiam peccandi duo dico: ſcilicet potentiã fa-
ciendi hanc actõnem. et hec potentia eſt bonum: ⁊ hec
actio eſt peccatum. Unde Anſelmus. in libro. de caſu
dyaboli. poteſtas volendi non recte ⁊ ipſum velle fuit
aliquod bonum. ſm hoc dicimus ꝙ potentia peccandi
id eſt potentia faciendi hanc actionem inquãtuꝫ actio
eſt: a deo eſt. ſed deformitas illa que in potentia peccan
di intelligitur ratione peccati a deo nõ eſt: ſed huiꝰ de-
formitatis principium eſt voluntas noſtra ſm ꝙ eſt in
actu et non in potentia tm̃. ¶ Non enim potentia volen-
di malum deformitatem dicit. voluntatem autem dici-
mus non ſm ꝙ eſt a deo: ſed ſm ꝙ eſt ex nihilo. ⁊ iõ ver
tibilis ſm ꝙ dicit damaſcenus. ¶ Ad ſecundum quod
obijcitur. ꝙ peccandi potentia non eſt libertas nec ꝑs
eius. dicendum ꝙ hoc intelligitur q̃tum ad deformita
tem que eſt in actu peccandi. non q̃tum ad ipſam acti-
onem. vel ꝙ hoc eſt verum ratione libertatis. liberum
enim arbitrium eſt quod ſui gratia eſt ⁊ hoc in deo. in
creatura autem libertas eſt. qua ſcilicet habet poteſta-
tem faciendi. quelibet auteꝫ poteſtas peccandi non eſt
poteſtas faciendi aliquid ſed deficiendi. et hoc ratione
deformitatis ſuꝑaddite ad actionem: ſm hoc igitur nõ
ẽ libertas nec ꝑs libtatis: et ſic nec a deo. ¶ Ad terciũ
dicendum. ꝙ diſſimilitudo eſt ratione deformitatis nõ
ratione actionis: ⁊ ꝑ hoc patet ſolutio ad alia obiecta
¶ Ad hoc ꝙ querit vtrum qui reſiſtit poteſtati peccan
di dei ordinatõni reſiſtit: Rñdet origenes ſuper predi-
ctum locũ Ro. xiij. poteſtaſ ꝑſequendi bonos ſit a deo.
Ad hoc inquit breuit̃ rñdemus. ꝙ nemo ẽ q neſciat ꝙ
viſus nobis a deo donatus eſt et auditus ⁊ alij ſenſus:
tamen in poteſtate noſtra eſt vt ſic vel ſic eis vtamur.
ſic igit̃ huiuſmodi poteſtas a deo eſt: ſ; abuſus non. ſm
hoc dicimus. ꝙ reſiſtere poteſtati ꝙ. ſ. non ſit poteſtas
eſt reſiſtere dei ordinatõni: ſed reſiſtere potentie hec ne
ſcꝫ exeat in actũ hunc malũ vel in abuſum: bonũ ẽ. nec
ꝯtra dei ordinatõnem: ſ; potius ꝯformare ſe ordinatio-
ni ⁊ voluntati diuine. Unde orige. cum dicitur qui po-
teſtati dei reſiſtit ⁊c. hoc non intelligitur de poteſtati-
bus que ꝑſecutionem inferunt ipſis fidelibus. Simili
ter ambro. ⁊ grego. ordinatio poteſtatis a deo eſt: ſ; ab-
uſus a malo. ¶ Ad hoc quod dicit̃ vtrum ſit eadem po
tentia benefaciendi ⁊ malefaciendi. dicendum ꝙ eadeꝫ
potentia eſt. et hec eſt potentia li. ar. ſed ꝙ hec potẽtia
eſt ad benefacienduꝫ hoc habet a natura ꝙ vero eſt ad
malefaciendum: hoc habet ex defectu. ¶ Ad primũ ob-
iectum dicendum. ꝙ diuerſitas cauſe non attendit̃ q̃-
tũ ad potentiam ſed q̃tuꝫ ad exituꝫ potentie in actum.
Qz enim hec potentia exit in actum bonum hoc a bene-
placito dei eſt. Qz vͦ in actum malũ hoc ex iudicio dei
eſt. ¶ Ad illud quod obijcitur. ꝙ motus ſunt contrarij
⁊ ita potentie contrarie. dicendum ꝙ etiaꝫ intelligitur
de potentijs naturalibus que ita determinate ſunt ad
vnũ ꝙ non poſſunt ad alterum. vt leue ſurſum graue de
orſum: ſed ſic non eſt de rationalibus potentijs in qui-
bus ſunt motus voluntarij. que cum ſint ad contraria
vt bonum faciendum et malum. non propter hoc dicũ-
tur ꝯtrarie potentie: ſed potius ꝯtrariorum.

## Membrum tercium

Tercio queritur. vtrũ a deo fluxerit om̃is
potentia preſidendi. Circa quod ſic obij-
citur dominium et ſeruitus ꝯuertunt̃ q̄a
correlatiua ſunt: ſed ſeruitus habꝫ origi
nem ex peccato ergo et dominatio. probatio medie Au
guſti. xix. de ciui. dei. Nullus natura in qua deꝰ hoĩem
ꝯdidit: ſeruus eſt hoĩs aut peccati: ſ; principiũ ſeruitu
tis pc̃m eſt. ¶ Item ibidem dicit̃. ꝯditio ſeruitutis iu-
re intelligit̃ in potentia pc̃orũ. ¶ Contra. om̃is p̃tas
a deo Ro. xiij. ſ; poteſtas eſt dominium: ergo eſt a deo.
¶ Solutio. dominiuꝫ ⁊ ſeruitus in effectu ex pc̃o ſunt
tanq̃ ex cauſa meritoria. p̃tas vͦ dominandi a deo eſt
tanq̃ a cauſa ꝯferente. vnde nõ eſt incõueniens idẽ ha-
bere diuerſa principia diuerſis reſpectibꝰ: ſ; de hoc ple
nius inquiretur in tractatu de legibus ⁊ preceptis.

## ¶ Membrum quartum

Quarto querit̃ de potentia p̃ſidẽdi q̃ ẽ an-
geli ad angelũ. Ad qͦd ſic gre. vbi nõ de-
linqmus: om̃s pares ſumꝰ. nõ ſic ẽ in an-
gelis: ſunt em̃ ibi throni ⁊ dominatõnes.
Querit̃ ꝙ̃ vnde ẽ hoc ꝙ in natura hũana non ſunt ordi
nes ſicut in angelis. Et videt̃ ꝙ in hoĩbꝰ ſit ordo a na-
tura. ſi ei hõ ſtetiſſet. vnꝰ fuiſſet ꝑſpicatior alio. ꝙ̃ in eis
eſt ordo a natura. ¶ Item videt̃ ꝙ dominatõ nõ debeat
ordo eſſe in angelis. ordo em̃ non ceſſabit: ſ; dominatio
ceſſabit: ꝙ̃ dominatio nõ debet eſſe ordo. ꝓbatõ medie.
in hoĩbꝰ euacuabit̃ om̃is p̃ncipatꝰ et om̃is p̃tas. ſic dr̃
.j. Corin. xv. ꝙ̃ ſilr̃ in angelis euacuabit̃ oĩs dominatõ
ꝙ̃ dominatõ in angelis nõ eſt ordo. ¶ Solutõ. ſic dicit
b̃tus dyoniſiꝰ in tractatu de dominatõne. dominatõ du-
plicem hꝫ intelligentiã. Uno mõ dominatio idem eſt ꝙ
p̃eminentia alicuiꝰ creature reſpectu aliquaꝝ ſeu alia-
rũ q̃tum ad naturalia. Alio mõ dominatõ idem eſt ꝙ
p̃tas cohercendi alias creaturas. ſm hanc duplicẽ do-
minatõnis acceptõeꝫ. rñdendum ẽ ad obiecta. dominiũ
igit̃ ſm ꝙ dic p̃eminentiã in naturalibꝰ reſpectu alteri
us: ſic ẽ in angelis. ⁊ etiã in hoĩe: ſi ſtetiſſet ĩ ſtatu inno
centie. ¶ Qz ꝙ̃ obijcit ꝙ vbi nõ delinqmꝰ pares ſumus.
dicendũ ꝙ h̃ eſt verũ ſm ꝙ dominiũ intelligit̃ p̃tas co-
hercendi. hoc mõ dominiũ nõ h̃ret locũ in hoĩe niſi pec
caſſet. ¶ Qz aũt dic ꝙ dñationes ſunt ĩ angelis. h̃ intel
ligendũ eſt de dñatõne q̃ eſt p̃eminẽtia vniꝰ reſpectu ali
orũ q̃tum ad natalia. ꝑſunt ei alij angl̃i alijs. illuĩan-
do. ꝑficiẽdo. purgãdo vt dic dyoni. ¶ Qz obijcit ꝙ ĩ ho-
mine ceſſabit p̃tas ⁊ p̃latio ꝙ̃ et in angelis. dicenduꝫ ꝙ
h̃ eſt verũ q̃tum ad miſteriũ qͦd h̃nt exercere in creatu-
ris ſcꝫ angl̃i: ſ; h̃ pleniꝰ explicabit̃ in tractatu ḋ angl̃is.

## Membrũ quintũ

Quinto querit̃ de potẽtia p̃ſidendi q̃ ẽ ho-
minis ad aĩalia. Ad qͦd ſic. dominari om
ni creature inferiori dig̃tas ẽ: ꝙ̃ hec dig-
tas magis debẽt dari angl̃o q̃ hoĩ: cũ an
gelus ſit dignior creat̃a. ꝙ at̃ debet̃ homi h̃r geñ. j. vbi
dr̃. vt p̃ſit piſcibꝰ maris ⁊c. ¶ Si dicat̃ ꝙ p̃tas dñandi
creaturis data ẽ homi. qꝛ hõ hꝫ indigentiã de ipĩs. Cõ
tra. indigna ẽ in hoĩe ex ꝑte illa q̃ eſt defectꝰ. in ipſo ſcꝫ
ex ꝑte corꝑis: ſ; p̃tas ineſt illi ex ꝑte illa q̃ ẽ ꝑfectior ſcꝫ
ex ꝑte aĩe. Geñ. j. faciamꝰ hoĩem ad imaginẽ ⁊ ſil̃i. ⁊c.
vt p̃ſit piſcibꝰ ⁊c. Hec aũt imago ex ꝑte anime attendi
tur nõ ex ꝑte corꝑis: ꝙ̃ cũ p̃tas dñandi inſit alicui. rõne
illa q̃ eſt ꝑfectiꝰ ⁊ nobiliꝰ: nõ erit indigna in hoĩe cã do-
minãdi alijs creaturis. ¶ Item dñium illud determĩat̃
geñ. j. cũ dr̃ p̃ſit piſcibꝰ ⁊c. Geñ. ix. Terror vr̃ ſuꝑ cun
cta aĩantia. querit̃ ad qd vel q̃ rõne date ſũt hoĩ ille due
poteſtates: vel iſta gemĩata dominãdi p̃tas. ¶ Rñſio
dñari dicit̃ aliqd alicui inq̃tuꝫ timet̃ ab illo. vl̃ inq̃tũ

regitur ab illo. primo modo collata eſt homini ſoli poteſtas dominãdi ſuꝑ creaturã ſenſibilem. Unde geñ. ix. ſit terror veſter ſuꝑ cũcta animantia terre. hinc eſt ꝙ timor incutiet animalibꝫ ex hominis aſpectu. ad hoc autẽ ꝙ incutiat timor creature ſenſibili neceſſariꝰ ẽ aſpectus rei ſimilis. ſ. creature ſenſibilis. vt patet in leone q ſuo aſpectu timorem incutit minoribꝫ aĩalibꝫ. homo võ a leone et ab alijs aĩalibꝫ oĩbꝫ timet. Hanc autẽ ſimilitudinẽ. i. ſenſibilitatem q̃ alijs creaturis incutẽt timorem nõ eſt reꝑire in angelo: ⁊ ideo nõ dicit ei datũ dominiũ ſuꝑ alias inferiores creaturas: ſʒ datũ eſt homini rõne ſenſibilitatis: q̃ aſſimilat alijs ſenſibilibꝫ creaturis. Scdõ modo datum ẽ angelis vnde nũe. xxij. Venit dñs ad balaã glo. origenis verſus finem. opꝰ ẽ mundo etiã angelis q ſunt ſuꝑ beſtias et p̃ſunt animalium neceſſitati virgultoꝝ plantationumꝗ et ceteroꝝ incrementis. et q p̃ſunt oꝑibus ſanctis. q eterne lucis intellectum ⁊ occultoꝝ dei agnitõnem ⁊ rerũ diuinaꝝ ſcientiam doceant. ¶ Qr aũt querit quare bis collata ẽ homini hec poteſtas. dicendũ ꝙ duo ſunt in ipſo homine. ſcʒ natura et ratio. Ratõne igit nature dictum ẽ ei geneſ. p̃mo. p̃ſit piſcibꝫ maris ⁊c̃. ex ꝑte võ rõnis dictum eſt ei geñ. ix. terror et tremor veſter ſit ſuꝑ cuncta animantia ⁊c̃. i. ſuꝑ oĩes irratõnabilr ⁊ more animaliũ viuẽtes. Primo igit collatũ eſt dominium ratione nature. Secundo võ eo ꝙ rationabiliter viuit.

## Membrum ſextum

Sexto querit de potentia que eſt creature corporee ſuꝑ incorꝑeam. Queritur ergo vtrũ corporee creature hẽant potẽtiã ſuꝑ incorporeas: vel ecõuerſo: ⁊ videt ꝙ creature corporee habeãt p̃tates ſuꝑ ĩcorꝑꝑeas. ſm ꝙ dicit Rabi moyſes ⁊ alij ꝓphete de quibuſdaʒ animalibus que fiũt ex putrefactõne. dicũt eñ. ꝙ ꝑ p̃tatem ſementinam q̃ eſt in corꝑibꝫ ſuꝑceleſtibꝫ fiunt hmõi animalia. ſic igit corꝑa ſuꝑceleſtia p̃tateʒ hñt aĩando aliq̃ corpora. et ſm h̄ hñt poteſtatẽ ſuꝑ aĩas vt videt. ¶ Contra. Aug. viij. ſuꝑ geñ. ad lr̃am. dei ꝓuidentia regẽs atʒ miniſtrãs vniuerſaʒ creaturã. ſubdidit p̃mitus oĩa ſibi deinde creaturã corꝑalem ſpũali. irratõnaleʒ ratõnali inualentiorẽ valentiori. De h̄ etiã habet in eodem. xij.

¶ Nõ ꝯcedimꝰ. Ad illud qð obijcit de poteſtate corporum celeſtiũ reſpectu aĩaliũ q̃ fiunt ex putrefactõne. dicendũ eſt. ꝙ ꝑ ipa corpora celeſtia ſolũmodo fit preꝑatio ⁊ poſtmodũ a deo dat ipa forma ſcʒ aĩa ſenſibilis. nec ẽ ipſa forma infuſa ſʒ impreſſa. Eſt eñ inſeꝑabilis: ſi aũt eẽt infuſa eſſet ſeꝑabilis.

## Queritur etiam in- .§. j.

cidẽter vtrum ſuba ſpũalis hẽat p̃tateʒ ſuꝑ oẽm ſubam corꝑalem. ⁊ p̃mo querit de lucifero. vtrũ ſcʒ hẽat hanc potentiã: Et videt ꝙ ſic. Job. xlj. Non ẽ p̃tas ſuꝑ terram q̃ poſſit ei cõꝑari: dr̃ de lucifero. ergo eius p̃tas excedit oẽm p̃tateʒ inferiorẽ. ¶ Item greg. ⁊ ſi btitudinem ꝑdidit. tñ magnitudinẽ nature nõ amiſit q̃ oĩa hũana ſuꝑat. ¶ Item h̄ ꝓbat de bonis angelis. ꝙ ſcʒ habeãt hãc potentiã ſuꝑ creaturaʒ corꝑaleʒ. Aug. ſuꝑ geñ. ad lr̃am. Angelis ſblimibꝫ deo fruentibꝫ ſubdita ẽ oĩs creatura corꝑea. oĩs irratõnabil vita. oĩs volũtas infirma vel p̃ua: ergo ⁊c̃. ¶ Cont. videt ꝙ hec p̃tas tñ ſit data xp̃o homĩ. Math. vlti. data ẽ mihi oĩs p̃tas ĩ celo et in terra. nõ ergo angelis bonis vel malis. ¶ Item ambr. ſuꝑ illud luc. iiij. Oĩa tibi dabo ⁊c̃. oĩa ad tp̃s ſibi eſſe ꝑmiſſa nõ ambigit. qa q ꝑmiſit: ordinauit. nec p̃tas mala ẽ: ſʒ is qui male vtit p̃tate. ſm hoc vidr̃ ꝙ malus angelꝰ nõ habeat p̃tateʒ ſuꝑ inferiorẽ creaturã: licet ei ꝑmittat ad tp̃s dominari. ¶ Solutio. dicenduʒ eſt. ꝙ mali angeli nullã hñt potentiã niſi ſolũ quando eis ꝑmittitur. coartata eſt eniʒ eoꝝ potentia. qð bene apparuit math. viij. Ubi petierunt a xp̃o vt mitteret eos in gregẽ porcorum. glo. ſuꝑ illũ locum. nihil põt dyabolꝰ niſi ꝑmiſſus: ſed nõ eſt ita de bonis angelis. Aug. ſuꝑ geñ. ad litterã hoc de ſubditis vel cum ſubditis creaturis agũt quia nec ordo poſſit in oĩbꝫ iubente illo cui ſubiecta ſunt oĩa. accipiũt eñ primo in beata trinitate ſm ꝙ poſtea oꝑant in creaturis. Quõ aũt coartata eſt vel limitata potentia maloꝝ. determinat aug. et ab ipſo accipit Hugo de ſancto victo. dicens: moderatur deus quatuor modis oꝑationes maloꝝ. termino naturaliteꝛ collate poteſtatis. miraculo mirabilit illate paſſionis. obſtaculo ꝯtradicentis occulte difficultatis vñ Exodi. viij. digitus dei eſt hic: ⁊ iudicio oꝑantis intrinſecus diſpoſitõis. xp̃o aũt homini data eſt poteſtas oĩno libera. nullatenꝰ coartata. nõ in terra tñ: ſed etiam in celis ſuꝑ alios homines et alias creaturas. hoc eſt qð ipſe dicit math. vlt. data eſt mihi omnis p̃tas.

## ¶ Queſtio. xxiiij. de ſciẽtia dei.

Adiuuante gratia ſaluatoris. poſt inquiſitõnem de potentia: inquirendum eſt de ſcientia diuĩa in hunc modũ. Primo quid ſit ſm rationem intelligentie. Secundo ꝑ quid ſciat. Tercio cuius ſit. Quarto quõ ſit.

## ¶ Membrum primum

Circa primũ querit qd ſit ſcĩa diuina ſm rõneʒ intelligẽtie. Ad qð ſic ꝓcedit aug. in li. de trini. Scĩa ẽ ipa ſapĩa. ſapĩa idẽ qð ipſa eſſentia. qꝛ in illa trinitate nõ eſt aliud ſaꝑe ꝙ̃ eſſe: ergo ſcĩa nature nihil aliud eſt ꝙ̃ ipſa diuina eẽntia. Querit ergo. vtꝝ aliqd ꝯnotet p̃ter rõnem eſſentie in ſcĩa. Et videt ꝙ ſic. dic eñ hugo de ſcto victo. ſcĩa q̃ de nullo ẽ: et ipſa nulla ẽ. oĩs ergo ſcĩa de aliq̃ eſt. qa ſi nihil eſſet de q̃ ſcĩa eſſet: ſcĩa nulla eſſet: ergo in oĩ ſcĩa ꝯnotat reſpectus ad ſcibile. ¶ Item ſcĩa eſt aſſimilatio intellectꝰ ad rem ſcitã. ſi ergo aſſimilatõ ꝯnotat reſpectum ſilr ⁊ ſcĩa ꝯnotabit. ¶ Item hugo de ſcto victo. ſcĩa ẽ exiſtentiũ. p̃ſciẽtia futuroꝝ ⁊c̃. ergo ſcĩa dic reſpectũ ad res exñtes ſic p̃ſciẽtia ad res futuras. ¶ Cont. in. j. ſentẽ. xxxv. di. dr̃. ſi nulla eẽnt futura. nulla eẽt p̃ſcientia eſſet tñ in deo ſcĩa: ſʒ ſi res nõ eſſent future: non eſſet dicẽ reſpectũ ad creaturã: ergo in ſcĩa nõ reqrit reſpectꝰ ad creaturã. ¶ Iteʒ cũ dr̃ deꝰ ſcire ſe: dr̃ diuina ſcĩa. nõ tñ ꝯnotat reſpectꝰ ad creaturã: ergo vtute ſignificatõis noĩs ſcĩe nõ importat reſpectꝰ ad creaturã. ¶ Iteʒ ad idẽ dyo. in li. de diuĩs noĩbꝫ. diuĩa ſapĩa ꝯgnoſcẽs ſeipaʒ: ꝯgnoſcit oĩa. nõ igit alio mõ ꝯgnoſcit ⁊ ſcit ꝙ̃ ꝑ ſeipaʒ: ſʒ cũ dico ꝯgnoſcit ſe ſiue ſcit: nõ ꝯnotat reſpectꝰ ad creaturam: ergo nec ſilr cũ dr̃ ſcit res. ¶ Ad h̄ põt rñderi. ꝙ ſcire qñꝗ dr̃ abſolute. et tũc nõ ꝯnotat reſpectꝰ. ⁊ qñꝗ dr̃ reſpectiue cũ determiatione: ſʒ h̄ duplr. qꝛ qñꝗ cũ determiatione eiuſdẽ reſpectu ſui: ⁊ ſic nõ importat reſpectꝰ qñꝗ võ reſpectu dr̃ſi ⁊ ſic importat reſpectꝰ. ⁊ h̄ duplr. ſ. q̃ſi ĩ actu vel q̃ſi ĩ habitu. ¶ Sʒ ꝯtra. deꝰ dr̃ ſcire ſe: ſcire creaturã. aut ergo vniuoce: aut equoce. Si vniuoce: ergo vna eſt rõ intelligẽtie vtrobiꝗ. ſi ergo nõ ꝯnotat reſpectꝰ cũ dr̃ ſcit ſe: nec ſilr ꝯnotat cuʒ dr̃ ſcit creaturas. Si equoce ergo alia rõne ſcit ſe ⁊ creaturas. ¶ Cont. ſciendo ſe ſcit creaturas vt dicit dyo. ergo nõ alia rõne ſcit ſe ꝙ̃ creaturas ergo eadẽ. ¶ Iteʒ obijcit ꝯtra h̄ qð dr̃. cũ dicit deꝰ ſcit creaturas ꝯnotat reſpectꝰ. cũ dico deꝰ ſcit abſolute: nõ ꝯnotatur reſpectꝰ aliqs ſi ergo nõ ꝯnotat h̄ reſpectꝰ aliqs: ergo ſcĩa de vtute noĩs nihil ꝯnotat. ¶ Hoc iteꝝ videt. Eſt ei cõſideraꝛe nomẽ diuinũ ĩ ſe: ⁊ ĩ coordiatione. ſi nomẽ aliqð nl ꝯnotat ĩ ſe: nec de vtute noĩs aliqd ꝯnotat ĩ coordinatõne. pʒ aũt ꝙ ĩ omibꝫ nomibꝫ diuis ꝯnotantibꝫ eſt

connotatio etiam extra coordinatõnem. vt ptʒ in h̃ nomine creator ⁊ dñs. ⁊ hmõi. ⁊ ſic de ſingulis. ſi ergo h̃ verbum ſcit: extra coordinatõeʒ nihil connotat: nec in coordinatione connotabit quãtum eſt de virtute ſignificationis nominis. ¶ Item obijcitur cõtra hoc qđ dicitur. ꝙ nihil ꝯnotatur cum dicitur deus ſcit ſe. ⁊ probatur ꝙ ꝯnotatur reſpectus ſed non ad creaturam. nã cum dicitur ſcientia: intelligitur eſſentia. aut igit̃ additur aliquid ſupra eſſentiam in ratõe intelligẽtie cum dicit̃ ſcientia: aut nõ. Et conſtat ꝙ ſic. quia ſcientia eſt aſſil'atio intellectus ad rem ſcitam ſicut dicit hylarius Similitudo non ſibi eſt: imo ſimilitudo ſemꝑ dicit cõuenientiam aliquoꝝ in aliquo vno. vbi ergo eſt ſimilitudo: eſt ⁊ reſpectus pluralitatis. ergo cuʒ intelligitur ſcientia: intelligitur reſpectus per quẽ ꝓbatur pluralitas perſonaruʒ. q̃uis ergo diuina ſcientia dicatur ad ſe. vt cum dicitur deus ſcit ſe: tamen ꝯnotatur reſpect⁹ perſonarum. quia cõnotatur ſimilitudo vel aſſil'atio. Sed queritur vlterius ſi iſta ſimilitudo intelligitur vt exemplar ſm ꝙ dicitur ꝙ diuina ſcientia nihil aliud ẽ q̃ꝫ diuina eſſentia ſignata vt exemplar. Si hoc: contra ſcientia non eſt cauſa rerum. quia ſcientia dei eſt malorum: non tamen eſt cauſa malorum deus. ſed exemplar eſt cauſa formalis. deus enim eſt cauſa formalis exemplaris: ergo ſcientia non dicit diuinam eſſentiam vt exemplar. ¶ Item exemplar non eſt rerum non exiſtentium. ſed ſcientia eſt rerum non exiſtentium. ergo non ſunt idem ſcientia ⁊ exemplar. ¶ Item queritur quare diuerſimode nominetur diuina ſcientia vt patet. xxxv. di. j. li. ſentẽ. Nominat̃ enim ſcientia. ſapientia. p̃ſcientia. diſpoſitio. prouidentia. p̃deſtinatio. Uidetur enim ꝙ pluribus modis deberet nominari. nam ſicut predeſtinatio eſt p̃ſcientia ſaluandoꝝ. ſic reprobatio eſt p̃ſcientia damnãdorum. ſicut ergo p̃deſtinatio dicitur differentia ſcientie: ſic debet dici reprobatio. ¶ Iteʒ quare non dicitur ſcientia memoria p̃teritorum. ſicut preſcientia futuroꝝ: cum ita ſciantur ab ipſo p̃terita ſicut futura. ¶ Reſponſio. nomen ſcientie ſignificat diuinã eſſentiam principaliter. non tamen ſignificat diuinam eſſentiam vt eſſentiam: ſed vt habitum. Scientia eniʒ in nobis eſt habitus ad cognoſcẽdum: ſicut virtus eſt habitus ad opandũ. Eſt auteʒ nihil aliud ſcientia ſiue iſte habitus q̃ꝫ aſſil'atõ intellect⁹ ad rem. ſed ſimilitudo poteſt eſſe in actu vel ĩ habitu ſicut patet. poſito ꝙ nullus eſſet color. ⁊ ꝙ lux haberet ſimilitudinẽ omniũ colorum: lux haberet ſimilitudineʒ ad omnes colores in habitu. Similiter remotis ſcibilib⁹. ſciẽtia que ẽ ſicut lux: habet ſimilitudinẽ ad illa in habitu ſed nõ in actu Dicendum ergo eſt. ꝙ eſt ſimilitudo in actu. ⁊ eſt ſimilitudo in habitu. Item eſt ſimilitudo ad res ⁊ eſt ſil'itudo a reb⁹. ſil'itudo ad res vt patet in arte. Item eſt ſimilitudo rei penes intellectum ſpeculatiuũ. ⁊ ſimilitudo rei penes intellectũ practicũ. que ſi comꝑetur ad opus dicitur ars. Scientia ergo dei loquendo ſm nos: dicit ſimilitudineʒ ſpeculatiuam. non a nobis ſed ad res. in habitu non in actu. ad ſe autem in actu. Dico autem ſcire in actu: quãdo intelligit res exiſtentes in actu ſiue in natura ꝓpria: non ſolum in cauſa. in habitu: quãdo intelligitur in ſuo exemplari vel ĩ arte. Similitudo ergo ſpeculatiua dicitur vt oſtendatur ꝙ prima intentio ſcientie non eſt vt intentio artis inq̃tum huiuſmodi vel exemplaris vel virtutis: quia eſt bonoruʒ vel malorum. Ad res ṽo dicitur non ſm dependentiam: ſed ſm cauſam. vt ſeꝑetur ab humana ſcientia que accepit a rebus. vnde dyoniſius de diuinis nominib⁹. non ex entibus entia dicens nouit diuinus intellectus: ſed ex ipſo: in ipſo ſm cauſam omnium noticiam ⁊ ſcientiam p̃concepit. Ad res ṽo dicitur in habitu. quia ſicut dicit hugo de ſanct. victo. An dicemus quia omnia ĩ creatore ab eterno increata fuerunt. que ab ipſo temporaliter creata ſunt ⁊ illic ſciebantur vbi habebantur. et eo modo ſciebantur quo habebantur. ⁊ non cognouit aliquid extra ſe deus qui omnia habebat ĩ ſe. Ad ſe ṽo in actu dicitur. quia ſemper ẽ actu ſibi preſens. ¶ Ad illud ergo hugonis quo obijcitur. ꝙ ſcientia eſt de aliquo. Dicendum eſt. ꝙ quãtum eſt de nomine ſcientie: non dicit reſpectum ad creaturas in actu ſed in habitu. ſed cum dicitur ſcit creaturas. quaſi reducitur reſpectus ab habitu in actum: tunc enim dicit reſpectuʒ in actu. ¶ Ad illud quo obijcitur. ꝙ ſcientia eſt exiſtentium. Dicendum. ꝙ exiſtentia intelliguntur vel in ſua natura vel in cauſa. Item in cauſa intelliguntur: vl' vt in potentia cauſe vel vt in diſpoſitione ſue cauſe. Cum ergo dicitur ſcientia eſt exiſtentium: debet accipi exiſtẽtium in potẽtia cauſe ſicut dicit hugo. ¶ Similiter dicendum ꝙ aſſimilatio in habitu debet intelligi non in actu: cum dicitur ſcientia vel vt aſſimilatio intellectus ad rem. ¶ Item ad illud cum dicitur. deus ſcit ſe. non cõnotatur reſpectus aliquis. Rñ. verum eſt non cõnotatur reſpectus in actu: ſed ſignatur diuina eſſentia vt ſimilitudo. Ipſa autem diuina natura de ſua poteſtate habet ſimilitudinem. non que fit a creaturis: ſed magis ad creaturas etiam ſi nulla ſit creatura. vnde etiã cõnotatur reſpectus in habitu. Conceditur ergo ꝙ eadem ratione deus ſcit ſe: ⁊ ſcit creaturaʒ. ſed tamen cũ dicitur deus ſcit ſe: cõnotatur reſpectus in habitu. cuʒ dicitur ſcit creaturam: in actu. ¶ Ad illud quo queritur. vtrum notetur reſpectus perſonarum cum dicitur deus ſcit ſe. Dicendum ꝙ quidam dixerunt ꝙ non: immo abſtractis perſonis eſſet dicere deus ſcit ſe: intelligit ſe: meminit ſe. tamen cum dicitur deus ſcit ſe: intelligitur diuina eſſentia vt ſimilitudo. nec eſt diuerſitas niſi ſm rationem intelligentie. Uel dicenduʒ vt a quibuſdam dicitur ſm Anſelmum. ꝙ facit ad fideʒ ꝙ ipſa ſcientia que eſt ſimilitudo ſignificat eſſentiam. ⁊ cõnotat pluralitatem perſonarum. quia ſimilitudo pluriuʒ eſt. vnde Anſelmus in proſolog̃. in hoc ꝙ ſumm⁹ ſpũs intelligit ſe. pater generat: ⁊ filius generatur. quia intelligere ſe ponit ſimilitudinem habere apud ſe. ⁊ ita ponitur relatio vnius ⁊ alterius: qui tamen ſint ꝑomnia ſimiles. i. eadem eſſentia. ¶ Ad illud quod queritur. vtrum nomine ſcientie intelligitur ratio exemplaris. Reſponſio. eſt ſcientia ſimplicis noticie ſiue ſpeculatiua: ⁊ eſt ſcientia practica ſiue cum approbatione. p̃mo modo non dicit ſcientia rationem exemplaris: ſed ſcđo modo. ¶ Ad illud quod queritur de diſtinctione illorum vocabulorum quibus nominatur diuina ſcientia. dixerunt quidam ꝙ diuina intelligentia poteſt cõſiderari ſm ꝙ abſtrahitur reſpectus a rebus que ſunt ſub tempore: aut ſm ꝙ reſpicit res que ſũt ſub tempore. ſm ꝙ reſpicit res abſtrahendo reſpectum a conditione temporis: ſic dicitur ſapientia ⁊ ſcientia. ſm vero ꝙ reſpicit res ſub conditione temporis ſic eſt preſcientia diſpoſitio predeſtinatio ⁊c̃. Differentia autem ẽ inter ſapientiam ⁊ ſcientiam. nam eſt conſiderare ipſam cauſam: ⁊ ſm hoc dicitur ſapientia. vel effectum ĩ cauſa: ⁊ ſic dicitur ſcientia. quia ſcientia eſt comprehenſio rei per cauſam. Item ſm ꝙ diuina intelligentia conſiderat res ſub conditione temporis eſt differentia. quia aut reſpicit bonuʒ aut malum cõmuniter: ⁊ ſic eſt preſcientia. aut bonum tm̃: ſm hoc multipliciter. Nam q̃dam reſpiciunt bona tam nature q̃ꝫ gratie: quedam bonum gratie tm̃. bonuʒ autem nature eſt dupliciter. aut in fieri: aut in facto eſſe. ſi in fieri: ſic eſt diſpoſitio. ſi in facto eſſe: ſic eſt prouidentia. bonum ṽo gratie reſpicit predeſtinatio. Uel aliter ſm ꝙ dicit Hugo de ſancto victore in ſententijs ſuis. Diuina autem ſcientia ⁊ ſapientia: vocatur ⁊ preſcientia ⁊ diſpoſitio ⁊ predeſtinatio ⁊ prouidentia. ſcientia exiſtentium. preſciẽtia futurorum. diſpoſitio faciendorum. predeſtinatio ſaluã-

dorū. ¶ Et vō querit̄ quare inter hec nō nominetur re probatio: dōm ꝙ nihil addit ſup̄ vl' vltra. ¶ Nā ī intellectu reprobatōis nō ſunt niſi duo: p̄ſciētia iniq̄tatis et p̄paratio potētie in diſpoſitōe. ſ; p̄deſtinatio addit q2 dicit reſpectū ad bonū gr̄e. ¶ Ad illud qđ obijcitur quare nō dr̄ memoria p̄teritoꝝ ſicͭ p̄ſciētia futurorū dōm ꝙ hoc fit. ne videat̄ ꝙ res anteceſſiſſent diuinaꝫ ſcientiam.

## Membrum ſecundū

Secūdo querit̄ ꝑ quid ſciat ſcīa dei. Et primo queritur vtrū deus ſciat res ꝑ ſe vel ꝑ aliud. Secūdo vtrū ꝑ cām vel nō cauſam. Tercio vtrū ꝑ vnū vel ꝑ multa. Quarto vtrum per exemplar.

## Articulus primus

Ad primū ſic ꝓcedit̄. et ꝓbat̄ ꝙ ꝑ ſe ſciat. q2 intelligibile ē ꝑfectio intellectus. ſi ḡ illud ꝑ qđ intelligimus ē pn̄cipiū ꝑfectōis: ſi deus intelligeret ꝑ aliud q̄ ꝑ ſe. illud eēt ꝑfectio ſui intellectus. ſ; impoſſibile ē ꝙ habeat ꝑfectōem extra. ḡ nō pōt intelligere ꝑ aliud q̄ ꝑ ſe. ¶ Itē ꝑfectius et nobilius ē agere et intelligere ꝑ ſe q̄ ꝑ aliud. qđ aūt nobilius ē: deo tribuēdū ē. ¶ Itē ſi intelligeret res per ip̄as res: vileſceret eius intellectus. q2 res eēt ꝑfectio intellectus eius. ſ; nō pōt vileſcere intellectus eius. ḡ ⁊c̄. ¶ Itē dyoni. in li. de diuinis noīb;. deus cognoſcēdo ſe cognoſcit oīa. cognoſcit ergo nō ꝑ aliud. ¶ Cōtra. deus dr̄ op̄ari et ſcire. et vtrūq; dr̄ reſpectu creature. q2 op̄at̄ et ſcit creaturas. ſi ḡ nō incōueniēter dr̄ deꝰ op̄at̄ ꝑ creaturā: eodē mō nō incōueniēter dicit̄ deus ſcit ꝑ creaturā. vel dicat̄ rō quare dicat̄ op̄ari ꝑ aliđ et nō ſcire ꝑ aliud. ¶ Rn̄ſio ſm̄ dyoni. in li. de diuis noībus. deus ſcit oīa tāq̄ in ſe entia: et in ſe p̄ſubſiſtētia: et nō ex entibus accipit ſciam ip̄oꝝ. ¶ Ad illud ḡ qđ obijcitur dōm. ꝙ differt actio que ſignificatur per ſcire: ab actione que ſignificat̄ ꝑ op̄ari. vt patꝫ ī aīa. Anima em̄ ſcit. aīa op̄atur. cū aūt dr̄ aīa op̄ari: ſignificat̄ motus ab aīa. cū vō dr̄ ſcire: dr̄ motus ad aīam Similiter in deo cū dr̄ deꝰ op̄ari: ſignificatur motus ab ip̄o. cū aūt dr̄ ſcire: dr̄ vt motus ad ip̄m. hec autē p̄poſitio ꝑ: dicit rōem pn̄cipij quaſi medij. ſicut cū dr̄ ꝑcutio ꝑ baculū. ſicut ex vel a dicit rōem primi principij. vn̄ cuꝫ dr̄ ab artifice fit domus ꝑ ſecurim: ab dicit primū principiū ꝑ rōem principij quaſi medij. vbi ergo ſignificatur actio trāſiens ab ip̄o ſupra creaturā. q̄. ſ. dicit motū ab ip̄o: bene recipitur hec p̄poſitio per quaſi media. ita vt deus ſit in rōe principij. medij et p̄mi: per vō dicat rōem principij quaſi medij. vt cū dicitur deus facit domū ꝑ artificē: Ubi vō ſignificat̄ motus ad ip̄m: nō debet recipi hec p̄poſitio ꝑ. vn̄ cū ꝑ h̄ verbū ſcire dicat̄ motus ad ip̄m: non debet recipi ibi hec p̄poſitio per: q2 ſic ſequeret̄ ꝙ creatura eēt principiū reſpectu dei qđ ē falſum. tamen poteſt hec diſtingui deus op̄atur ꝑ creaturam. q2 ſi hec p̄poſitio ꝑ determinat verbū in cōp̄atione ad ſuppoſitum. vt dicat cām eius qđ ſupponit̄ ꝑ noīatiuū: falſa ē. et ē ſenſus. deus ꝑ creaturā ē op̄ans. Uel pōt determinare ſbuꝫ in cōp̄atione ad accuſatiuū: et ſic vera ē. et ē ſenſus deus ē op̄ans mediāte creatura: et ſic patet ſolutio.

## Articulus ſecundus

Secūdo querit̄ vtrū deus ſciat ꝑ cām: videtur ꝙ ſic. dyoniſius ī li. de diuinis noībus ſm̄ vnicā cām ſciuit oīa vt ex ip̄o exiſtētia et in ip̄o ſubſiſtētia. ḡ ⁊c̄. ¶ Item nobilior ē ſcīa que ē ꝑ cām q̄ illa q̄ nō ē ꝑ cām. ſ; qđ nobilius ē: deo ē tribuendum: ergo ſciētia dei eſt ꝑ cām. ſ. ꝑ ſe cauſam. Cōtra. deus ſcit mala nō tamē eſt cauſa maloꝝ. nō ergo quecūq; ſcit: ſcit per cām. quia omnia que ſcit per cauſam: ſcit per ſe cauſam. ſed mala nō ſcit per ſe cauſam ergo ⁊c̄. ¶ Item ip̄e ſcit nō entia. ſed que nō ſunt exiſtētia nō habēt cām. vt ea que p̄terierūt et multa contingētia que nō erūt. ergo nō ſcit quicq̄d ſcit per cauſam. ¶ Reſponſio ſm̄ dyoniſiū in li. đ diuinis nominibus. ſi ſm̄ vnam cām deus omnibus entibus eē impartit: ſm̄ eandem cauſam ſingularem qua agnoſcit omnia tāq̄ in ſe entia et in ſe p̄ſubſiſtentia: et non ex entibus accipiet ſcientiā eoꝝ. Scđm hoc dōm. ꝙ ē cōſiderare id quod eſt cauſa: et ē conſiderare cauſam in ratōne cauſe. deus autē eſt cauſa omniuꝫ: poteſt ergo cōſiderari deus velut id quod eſt cauſa: vel in ratōne cauſe. ſi conſideratur ip̄e qui eſt cauſa: omnia ſcit per cauſam. quia omnia ſcit per ſe qui eſt cauſa omnium non autē ſcit omnia in ratione cauſe. ¶ Nam vbi intelligens et intellectum ſunt idem: nō ē neceſſarium mediū cauſa: vt patet cum anima intelligit: ſe nō intelligit ſe per cauſam. Itē vbi intellectum non habet cauſam: non oportet illud intelligi per cauſam. Ubi ergo intellectum eſt diuerſum et habet cauſam. Ueruꝫ eſt ꝙ ſcire eſt cauſas cognoſcere. ¶ Similiter illud intelligendum illud nobilior ē ſcientia per cauſam. veruꝫ eſt vbi intellectum habet cauſam. ſed vbi non eſt cauſa: illud verius ſcitur ſine cauſa q̄ aliud per cauſam ¶ Itē ad illud qđ obijcit ꝙ mala nō ſciunt̄ per cauſaꝫ dicendum ꝙ illud quod per ſe verum eſt ꝙ mala non ſciuntur per cauſam: tamen per accidens verum eſt. ꝙ mala ſciuntur per cauſam ſcilicet non propriam: ſ; per cauſam bonorum. vt dicetur infra. ¶ Ad illđ quod obijcitur de h̄is que non ſunt ꝙ non habent cauſam. dicendum ꝙ habent cauſam in potentia ſed nō ī actu deus enim eſt cauſa potens creare que non ſunt. actu vō creans ſolum ea que ſunt. ¶ Ad illud quod obijcitur. ꝙ ſcit ſe non per cauſam in ratione cauſe: cognoſcit tamen ſe per ſe qui eſt cauſa.

## Articulus tercius

Tercio queritur vtrū cog̃ſcat per vnū vel plura. ¶ Et ꝙ ꝑ multa videt̄ in li. lxxxiij. queſtionū. nihil aliud eſt res eſſe in dei ſciētia q̄ rationes rerum eſſe in dei ſcientia. ſed vt dicit ip̄e in eodem. omnia vel ſingula ſunt creata proprijs rationibus. Alia enim ratōne eſt homo: alia eſt equus ergo ſingula proprias habent rationes. ſed ip̄e ſcit ꝑ rationes. ergo ſcit per multa. ¶ Item ens ſm̄ omnem differentiā habet eſſe in deo. ſed differentie entis ſunt in deo vnum et multa: ergo ibi eſt exemplar vnitatis et multitudinis. ergo ſicut cognoſcet vnum per vnuꝫ exemplar: ita multa per multa exemplaria. ¶ Itē aut cognoſcit vnum per vnum. aut vnum per multa. ſi ꝑ multa: habeo propoſitum. ſi per vnum: ergo cum cognoſcat omnia. per modum ſuum. in ip̄o autem ſunt omnia vnum: ergo non cognoſcit niſi vnum. ¶ Contra. dyoniſius in de diuinis nominibus. in tota omnium id eſt perfecta omnium cauſa. om̄es nature ſingulorum ſunt cōuolute per vnam incōfuſam vnitatē. et ponit exemplum de vnitate et centro. ergo per vnitatem vnam cognoſcuntur omnes nature ſinguloruꝫ ¶ Item in li. de diuinis nominibus. cognoſcit vniuerſaliter multa vno. dicit enim ſic diuina ſapientia cognoſcens ſeip̄am cognoſcit omnia et vniuerſaliter mlta vno. ¶ Reſponſio. cognoſcit omnia ſeip̄o: ⁊ cognoſcit omnia per vnum. et ratio huius eſt. quia perfectius eſt cognoſcere multa et vnum vno: q̄ multa ꝑ multa et vnum per vnum. et quod eſt perfectius: eſt deo tribuendū. cognoſcit ḡ vnū et mlta ꝑ vnū. Et ē exemplū ī vnitate. detur em̄ intellectus vnitati. intellectꝰ ī quā ſue eēntie ⁊ ſue v̄tutis ⁊ ſui reſpectꝰ ſilr ⁊ centro

ſed ſic: vnitas intelligēdo ſe intelligēt vnitatē ⁊ etiā ſuā virtutē. ⁊ cū virtus ſua ſit ꝙ ex eius multiplicatōe ſurgit oīs numerus: ipſa intelligendo ſuā virtutē intelligeret omnē numeꝝ. Similiter deꝰ intelligēdo ſe: oīa intelligit. eodem modo patet ī centro. ſi intelligeret ſe ⁊ ſuam virtutem: vno ſimplici intellectu intelligeret infinitas lineas que poſſunt duci ab ipſo. ¶ Qđ ergo obijcit. ꝙ ꝓpria ſingula proprijs rationibꝫ creata ſunt. Dicendum ꝙ hec argumētatio nō valet. multe ſunt ratōes: et per ratōnes cognoſcit: ergo ꝑ multa cognoſcit. nam rationes ⁊ multe ſunt ⁊ vna. ratio em̄ habet ꝯpatōem ad illud cuiꝰ eſt: ⁊ ad alia reſpectu quoꝝ eſt. In ꝯpatōne aūt ad illa quoꝝ eſt: ratōnes multe ſūt. ſ; in cōparatione ad illud cuiꝰ eſt: vna eſt tm̄. ſicut patet in reſpectu pūcti ad lineas. reſpectus em̄ puncti ſm ꝙ pūcti: vnꝰ eſt ⁊ ſimplex. in cōpatōe ad plures lineas multi ſūt. Eſt ergo ſophiſma accidētis in argumētatione illa. nā ſm ꝙ per illa cognoſcit non ſunt multe rationes ſ; vna tm̄. ¶ Ad aliud dicendū. ꝙ deus ſe vno cognoſcit vnuꝫ ⁊ multa. vnum aūt eſt exemplar vnitatis ⁊ multitudīs ſed vnum ſm actum ꝯſideratum ē exemplar vnitatis: vnum ꝯſideratum ſm potentiam ē exemplar multitudinis. ¶ Ad aliud quo arguitur ꝙ cognoſcit ſm ꝙ ſūt in ipſo. ſ; ſm ꝙ ſunt in ipſo ſunt vnum: ergo non cognoſcit niſi vnū. Dicendū ꝙ nō valet ſ; deberet inferri. ergo non cognoſcit niſi vt vnum. nec ſequitur vlteriꝰ. ergo non cognoſcit niſi vnum.

## Articulus quartus

Quarto queriť vtꝝ diuina ſciētia ſcit ꝑ exēplar. Ad qđ ſic auguſt. in li. lxxxiij. queſtio. ydeas vł ratōes vbi eſſe arbitrandū eſt niſi in mente creatoris. Non em̄ extra poſitum quidꝗ intuebatur: vt ſm id ꝯſtitueret qđ ꝯſtituebat. cuꝫ ḡ ydea non ſit aliud ꝗ exemplar rei: intuetur aūt deꝰ ꝑ ydeam rem ſicut ex hac auctoritate relinquiť: cognoſcit igitur rem ꝑ exemplar. ¶ Item omne agens ꝑ ratōeꝫ agit per exemplar aut ꝑ ydeā rei quā habet apud ſe. ergo ⁊ deꝰ ipſe qui maxime ꝑ ratōeꝫ agit. ſ; idem ē quo agit rem et quo ꝯgnoſcit rem. ḡ precognoſcit rem ꝑ ydeam. ¶ Contra. dyoni. de diuinis nomibꝫ. omniū noticiā ⁊ ſubſtātiam ⁊ ſciētiā ꝓhabet ⁊ ꝓconcepit. nō ſm ydeam: ḡ nec bona. ḡ nō ꝯgnoſcit ꝑ exemplar. ¶ Solutio ſi ydea vł exemplar diceret differēs a diuina eēntia nullo mō diuina ſciētia eſt ꝑ exemplar vel ꝑ ydeam. vñ in hoc errauit plato: qui poſuit tria principia. deū: ydeaꝫ: ⁊ materiā. ⁊ hoc nō intendit beatꝰ dyoni. Si vō ydea dicat ipſam eſſentiā inꝗtum eſt ars vel ſpēs ſm quā ſunt res ſm hoc ē diuina ſciētia ꝑ ydeam. qꝛ ꝑ ſeipſam: que ē ars ⁊ exēplar reꝝ. ¶ Et ad illud qđ obijciť de malis. Rñ. qꝛ malū ꝯgnoſcit ꝑ ydeam boni inꝗtuꝫ deficit ab illo: vt patebit infra. vñ dyoni. ponit exēplū de luce que ſm cauſam in ſe: tenebraꝝ noticiā ꝑcipit. nō aliūde ꝯgnoſcens tenebras ꝗ a lucis defectu.

## Membrum tercium

Tercio queriť cuiꝰ ſit diuina ſciētia. Et p̄mo q̄riť vtꝝ ſit entiū ⁊ nō entiū. Secūdo vtꝝ finitoꝝ vel infinitoꝝ. Tercō vtꝝ maloꝝ ⁊ bonoꝝ. Quarto vtꝝ neceſſarioꝝ ⁊ ꝯtingentiū. Quinto vtꝝ enūciabiliū. Sexto vtꝝ ſingularium. Septimo vtꝝ oppoſitoꝝ.

## Articulꝰ primꝰ

Ad p̄mum ſic ꝓcedit augu. ſuꝑ gen̄. Res ab eterno fuerūt ī dei ſciētia. cū tn̄ nō eēnt ī ſua natura: ḡ ſciētia dei ē nō entiū. ¶ Item ambro. in li. de trinitate. ꝯgnoſcit ea q̄ nō ſunt tāꝗ ea q̄ ſūt ⁊c̄. ¶ Itē aug. ſuꝑ illud p̄s. Pulchritudo agri mecū ē. glo. cū illo habet oīa futura: ⁊ ab illo nō detrahūť p̄terita. ſ; p̄terita nō ſūt vel futura: ḡ ⁊c̄. queriť ḡ qualiter ſunt ī illo. ¶ Cōtra. hugo đ ſanc. victo. ī ſentētijs ſuis. ſciētia ē entiū vel exiſtētiū. ḡ nō eſt nō entiū. ¶ Itē vnūquodqꝫ ſicut ſe hꝫ ad eſſe ſic ſe hꝫ ad veꝝ. ſ; ſciētia dei ſolum ē veroꝝ: ḡ ſolū eſt eoꝝ que habent eſſe. ¶ Rñ. ſm augu. ſuꝑ ioħā. Qđ factū eſt: in ipſo vita erat. ponēs exemplū de archa in oꝑe que nō eſt vita. ⁊ de archa ī mēte artificis q̄ eſt vita. ⁊ hoc mō qđ factū eſt: vita ē ī deo. Scđm hoc ḡ dicendū. ꝙ eſſe creature diciť dupliciter in ſua natura: vel in ſua cauſa. ſciētia aūt dei nō ponit eſſe vel exiſtētiam rei in ſua natura: ſ; in ſua cauſa. i. in ſeipſo ſiue in diſpoſitōe ſua. ¶ Qđ ḡ obijciť ꝙ ſciētia eſt exiſtentiū. dicendū ꝙ nō eſt ſenſus ꝙ ſint exiſtētia ī ſua natura ſolū: ſ; exiſtētia in ſua cauſa. Sciētia ḡ dei ē entium ⁊ nō entiū in ſua natura. vt pꝫ in exemplo de artifice ⁊ domo. Artifex em̄ anteꝗ faceret domuꝫ: habuit ſcientiaꝫ de domo. latitudinis. longitudinis. materie ⁊ forme ⁊ hmōi. ⁊ poſtmodū cum facta ē habet eandē ſcientiam de domo quā habebat priꝰ anteꝗ fieret. ⁊ ſi deſtruatur domus: eandē tamen habet ſcientiā de domo. nō valet ergo domus nō eſt: ergo artifex nō habet ſcientiam de domo. ſimiliter aūt ſunt res in deo ſicut domus in mēte artificis. Nec valet ſilꝛ res nō ſunt: ḡ deus nō habet ſcientiā de rebꝫ. ¶ Ad aliud qđ obijcit. ꝙ vnūqđqꝫ ſicut ſe habet ad eſſe: ſic ſe habet ad veꝝ. dicenduꝫ ꝙ eſt veritas rei in natura ꝓpria: ⁊ eſt veritas rei ī cauſa ſicut res ſe habet ad eſſe in natura ꝓpria: ſic ſe habꝫ ad veritatē in natura ꝓpria. ⁊ ſicut ſe habꝫ ad eſſe in cauſa: ſic ſe habꝫ ad veritatē in cauſa ⁊ nō aliter. ¶ Ad illud quo queriť qualiter preterita ⁊ futura ſint in illo. Rñ. patet ꝑ ſilē in domo. quid em̄ eſt aliud domꝰ in mēte artificis niſi exēplar domꝰ vel ydea in mēte: que non variať ꝑ p̄ſens p̄teritū ⁊ futuꝝ: ſ; ſemꝑ ē apud eū exemplar. ſilꝛ apud deū manet exēplar rei ſiue ſint p̄ſentia p̄terita ſiue futura. ¶ Ad aliud qđ obijciť. ꝙ deꝰ ſcit mlťa que nec fuerūt nec erūt. hmōi aūt non ſunt in deo ſicut in cauſa vel ſicut in exēplari: ⁊ ita videť ꝙ nō debet illa ſcire. Rñ. eſt iam patens. Nam eſt cauſa potens. cauſa diſponens. cauſa operans. deus aūt ſcit quedam vt cauſa potens. ⁊ ſm hoc ſcit multa que nūꝗ fuerunt vel ſunt vel erunt. Cognoſcendo em̄ ſe vt potenteꝫ cauſam: cognoſcit omnia ad que poteſt ſe extendere ſua potentia. vt diſponens cognoſcit ea que ſunt vel fuerunt vel erunt. ſ; per ſe cauſam oꝑantē cognoſcit ſolū entia. ſunt ḡ illa in cauſa potente ſiue in potentia cauſe.

## Articulus ſecūdus

Conſequenter queriť vtꝝ ſcientia dei ſit infinitorum. Et videť ꝙ ſic. quia ſapientia eiꝰ ſe extendit ad ea quoꝝ nō eſt numerus. p̄s. Sapientie eius nō eſt numerus. ergo ſapientia eiꝰ eſt infinitoꝝ: ⁊ ḡ ⁊ ſciētia. vnde augu. xij. de ciui. dei. ſunt quidam qui intantam prorumpūt inſaniam vt dicant deum non omnium habere noticiam. quia infinita ſūt quod in numeris oportet cōcedere: ſed apud illum infinitorum certus eſt numerus: cuius ſapientie non eſt numerus. ¶ Item infinitū eſt cuius quantitatem accipientibus ſemper eſt aliquid extra ſumere. Infinitum etiam dicit non tot quin plura. ſed non eſt ponere tot ſcita a deo quin plura: ḡ ſcit infinita. ¶ Iteꝫ ſciētia dei comprehēdit eius potentiā. ⁊ ſe extendit ſcientia ad q̄cūqꝫ ſe extendit potētia: ſ; potētia eſt infinitoꝝ. p̄s. magnitudinis eius non eſt finis: ergo ⁊ ſcientia. ¶ Itē infinitum potētia diciť dupliciť infinitū diuiſione. vt in quātitate ꝯtinua. infinitū additōe. vt ī quātitate diſcreta. ſi ḡ deꝰ ꝯgnoſcit potētiā ꝯtinui q̄ ē ad diuiſionē ī infinitū: ⁊ potentiā diſcreti q̄ ē ad multiplicatōeꝫ ī infinitum. ḡ ſcit infinita. ⁊ ꝗuis iſta potētia nō ſit reducibił ad actū. tamen ex quo ē potētia. oportet ꝙ deꝰ ſciat illā ſm ſuam extenſionem. cum non extenderit ſe potentia

in plus ꝙ̄ ſciētia. ¶ Item in deo nō differt poſſe ⁊ eſſe.
ꝫ idē erit ſcire potētiā reſpectu diuiſionis ĩ infinitũ ⁊
ſcire infinita. ſꝫ ſcit potentiam reſpectu diuiſionis ĩ in-
finitum: ergo habet ſcientiam infiniti. ¶ Item infinitũ
inſtitutum fuit ad ſignificandũ aliquid. illud ergo fuit
cōprehenſibile vel non? ſi eſt comprehenſibile a nobis:
ergo ⁊ a deo. ſi non eſt comprehenſibile: quomodo er-
go eſt inſtitutum. ¶ Contra. ſcientia eſt exiſtentiuꝫ ſi-
cut dicit hugo in ſuis ſententijs. exiſtentia autem ſunt
finita: ergo ſcientia eſt finitorum ſolum. ¶ Item omne
quod ſcitur comprehenditur ſcientis ſcientia. omē au-
tem quod comprehenditur finitur: ergo omne quod ſci-
tur a deo finitur eius ſcientia. ¶ Item ſcientia dei de re-
bus eſt per ydeas. ſꝫ ydee nō ſunt infinite: ergo nec ſci-
entia dei infinitorum eſt. Quod autem ydee vel rationes
non ſint infinite: probatur. quia aut tot ſunt quot ſunt
res: aut plures. ſi tot: ⁊ res ſunt finite. ergo ⁊ ydee. Si
plures: ſed ydea eſt exemplar ad aliquam rationem. ſi
ergo illa res non eſt futura: fruſtra ē illa res ydea. Re-
ſtat ergo ꝙ non ſunt plures. ¶ Item ydea relatiue di-
citur ad ydeatum. ſi ergo ydeata finita ſunt: et ydee.
¶ Reſponſio. cum queritur an ſcientia dei ſit infinito-
rum. dicendum ꝙ ſcientia dei eſt de rebus ⁊ hoc per ſe
cauſam. Cauſa autem poteſt conſiderari vt potēs ope-
rari. ⁊ ſic ſcientia dei que eſt per cauſam eſt infinitorũ
quia ipſa potentia cauſa eſt infinitorum. ſed ſi conſide-
retur cauſa vt diſponens: ſic ſcientia dei de rebus per
ſe cauſa eſt finitoruꝫ. qꝛ diſpoſitio eſt finitorum. ¶ Si-
militer ad illud quod obijcit de diuiſione continui. in
infinitum ⁊ ad illud ꝙ ſcientia eſt exiſtentium. verum
eſt exiſtentium in cauſa: ſed res poteſt exiſtere in cauſa
dupliciter. vel in cauſa potente: ⁊ ſic exiſtentia ſunt in-
finita. vel in cauſa diſponente: ⁊ ſic exiſtentia ſunt fi-
nita. ⁊ ſcientia vt dictum eſt primo modo eſt infinitoꝝ
ſcđo modo finitorum. ¶ Ad illud quod obijcit. omne
quod ſcitur: ſcientis ſcientia comprehenditur. dicendũ
ſm dyoni. de diuinis nominib. Sapientia diuina ſe-
ipſam cognoſcens: cognoſcit omnia materialia inmate-
rialiter. non ꝑtite ꝑtita: finite infinita. non valet ergo
ſi ſunt finita in eius cognitōne: ꝙ ſit finita ſimpliciter
nam infinita cognoſcit per finita ſibi. ¶ Item ad illud
quod obijcitur. ꝙ ſcientia eſt per rationem vel per yde-
am. dicendum ꝙ eſt ſcientia ſimplicis noticie que non
eſt per rationem vel ydeam. quia illa eſt etiam malorũ
que non habent in deo rationem vel ydeam ꝓpriã. Eſt
iterum ſcientia approbationis que habet in deo ratōeꝫ
⁊ ydeam. ⁊ hec eſt finitorum. Nam cognitio eorũ que
debet operari: ſolũmodo dicitur per ydeam. ¶ Iteꝫ ad
illud quod obijcit. ꝙ infinita poſſunt comprehendi ſci-
entia humana. dicendum ꝙ inſtitutio nominũ eſt du-
pliciter. ⁊ quedã accipit intellectus: ⁊ quedã nō. Quã-
do enim nomen ſignificat quid eſt res: ⁊ imponitur ad
ſignificandum quid de re. ⁊ hic non deficit intellectus
imponētis. Quãdoqꝫ ſignificat nomen quid non eſt. et
hic deficit intellectus in comp̄henſione. ⁊ ideo imponi-
tur ad ſignificandum quid non eſt. ſicut patet in impo-
ſitione diuinorum nominum. Non enim poteſt intelle-
ctus capere quid ſit deus: ⁊ ideo imponitur nomen qđ
ſignificat quid non eſt deus. vt ĩmenſus ⁊ huiuſmodi.
Similiter dicendum ꝙ in impoſitione hui⁹ nominis
infinituꝫ: deficit intellectus in comprehenſione. ⁊ ideo
impoſitum fuit ad ſignificandum quod non eſt: nō qđ
eſſet. nec ſequitur ſi fuit impoſitum: ꝙ comprehenſum
fuerit ab intellectu inſtituentis.

## Articul⁹ terci⁹

Poſtea queritur vtrum ſcientia dei ſit bono-
rum ⁊ malorum. Ad quod ſic. nō iudicaret
deus de bonis ⁊ malis niſi haberet ſciētiaꝫ
de illis. ſꝫ iudicat de illis: ergo illa ſcit. ¶ Item quicqđ
capit humana ſcientia capit diuina. ſꝫ ſcientia huma-
na eſt capax malorum: ergo ⁊ diuina. ¶ Contra. mgr̄
in ſententijs. xxxvj. di. de abſconditis tuis adimpletus
eſt venter eorum. qđ exponit auguſt. abſcondita inquit
peccata ſunt que a lumine veritatis tue abſconduntur
¶ Item ſcientia nihil aliud eſt ꝙ̄ aſſiĺatio intellect⁹ ad
rem ſcitam. ſꝫ nulla eſt aſſiĺatio intellectus dei ad ma-
lum. quia nulla eſt comꝑatio xp̄i ad belial: ꝫ ⁊c̄. ¶ Itē
ſcientia eius eſt per cauſam. ip̄e autē non eſt cauſa ma-
lorum: ergo non ſcit mala. ¶ Item queritur qualiter
ſcit mala vtrum videat illa extra ſe vel in ſe? ſi extra ſe:
ergo ſcit per aliud quod eſt extra ſe. ⁊ hoc eſt inconue-
niens. Si in ſe videt: contra. in ſe non eſt aliquod ma-
lum nec aliquis defectus: ergo in ſe non poteſt vidē ma-
la. ¶ Item augu. in libro de lib. arbi. nature vicioſe in-
tantum recte vituꝑantur: inꝙ̄tum vituꝑator earum ar-
tem qua facte ſunt videt. vt hic ita vituꝑet quod ibi nō
videt. ergo vicia naturaꝝ nō videt deus in arte. ¶ Re-
ſponſio. ad hoc dicendum ſm Caſſiodoꝝ. ꝓpheta dicit
nec ab oriente nec ab occidente deeſt deus. quod expo-
nens Caſſiodorus inquit. nec a bonis nec a malis de-
eſt deus: ſꝫ omnibus preſens ⁊ ꝯgnitor eſt. cognoſcit er-
go deus bona ⁊ mala per ſcientiaꝫ. ſꝫ bona etiam ꝯgno-
ſcit per approbationem ⁊ beneplacitum: mala vō non.
vnde Caſſiodo. ſuper p̄s. dicit peccata abſcondita ſunt
deo. quia non nouit. i. non approbat. Et ex eo ſenſu au-
guſtin⁹ dixit ea abſcondita a lumine dei. hec verba ſunt
xxxvj. di. p̄mi li. ſententiarum. dicendum ergo ꝙ eſt ſci-
entia approbationis: ⁊ ſcientia ſimplicis noticie. Sciē-
tia approbationis non cognoſcit deus mala: vt habetur
xxv. mathe. Non noui vos ⁊c̄. ⁊ in p̄s. que ignorabam
interrogabant me ⁊c̄. Sed ſcientia ſimplicis noticie
ſcit ip̄a mala. ⁊ eadem ſcilicet ſeip̄o ſcit bona et mala.
Et eſt exemplum auguſtini in arte. deus enim ita ſcit
malum: ſicut ars nouit vicium. Quedam enim ſunt in
arte vt approbanda. quedam vt reprobanda. ſicut ĩ grã-
matica congruum ⁊ incongruum. Congruum vt appro-
bandum: incongruum vt reprobandum. ita deus in ſe-
ip̄o arte ſcit malum vt reprobandum. bonum vō vt ap-
probandum. ⁊ exempluꝫ hui⁹ patet in luce. vt ſi lux vi-
deret ſe ⁊ ſuam operationem: videret bene ꝙ hoc eſſet
receptiuum luminis ſui: aliud non. ſcꝫ tenebra. ⁊ ita ſe-
ip̄o videret ſe ⁊ tenebras. vnde dyoniſius. ſicut lux ſm
cauſam in ſe tenebrarum percipit noticiam: aliunde nō
cognoſceret tenebras ꝙ̄ a lucis defectu. Eodem modo
rectum eſt principium cognoſcendi ſe ⁊ obliquitatem.
⁊ ſic eſt in ſcientia dei. ¶ Quod ergo obijcitur. ꝙ ſcien-
tia eſt aſſimilatio intellectus ad rem ſcitam. dicendum
ꝙ quedam ſunt res que ſciuntur per ſe: ⁊ quedam per
accidens. Quedam enim res ſcitur vt poſitio: ⁊ hec ſci-
tur vt aſſimilatio intellectus ad rem. quedam ſcitur vt
priuatio: ⁊ hec non ſcitur vt aſſimilatio ſed vt diſſimili-
tudo. ſimilitudo vō principium eſt cognoſcendi ſimile
⁊ diſſimile. bonum ergo quod eſt ſimile ſcitur a deo ꝑ
ſimilitudinē: malum vō quod eſt diſſimile per eandem
ſimilitudinem. ¶ Ad aliud quo obijcitur ſcientia dei
eſt per cauſam. dicendum ꝙ malorum ſcientia eſt ĩ deo
non per cauſam malorum: ſed per cauſam bonorum.
Quedam enim ſciuntur per cauſam ſuam. ſicut illa q̄
habent cauſam vt bona. quedam non per cauſam pro-
priam ſed alienam: vt mala que non habent cauſam.
non enim cognoſcuntur niſi per defectũ a cauſa. ¶ Ad
aliud quo queritur. vtrum videat in ſe mala ⁊c̄. Dicen-
dum ꝙ mala cognoſcit in ſe. non tamen ſequitur ꝙ ma-
lum ſit in ipſo: ſed ꝙ bonum vel exemplar boni ſit in
ipſo. per quod cognoſcit bonum ſicut effectum: malum
vō vt đficiēs ab ip̄o. ¶ Itē ad illđ aug. q̄ obijcit̄. ꝙ nat̄e
vicōſe ⁊c̄. dicēdũ ꝙ mala ñ ſũt ĩ arte diuia ꝙ̄uiſ ꝛprobēt̄

⁊ ſciant᷑: ſunt tamẽ in ſciẽtia. ars eñ addit ſupra ſcien-
tiam cauſalitatem. deus aũt nõ ẽ cauſa maloꝝ: ⁊ ideo
non ſunt mala in arte diuina: q̃uis ſint in ſcientia ⁊c.

## Articulus quart⁹

Conſequenter querit᷑ vtꝝ ſcientia dei ſit ne-
ceſſarioꝝ vel ꝯtingentiũ. Ad qđ ſic ꝓcedit᷑.
certior ẽ neceſſarioꝝ cognitio q̃ ꝯtingentiũ
qꝛ certius ẽ omne neceſſariũ q̃ ꝯtingens. ⁊ qđ eſt ꝑfe-
ctius eſt deo tribuendũ. g̃ ⁊c. ¶ Item ꝑfectior ẽ diuina
ſciẽtia q̃ hũana. ſ; de ꝑfectõe hũane ſciẽtie eſt ꝙ eſt ne-
ceſſarioꝝ tm̃: g̃ ſciẽtia diuina ẽ ſolũ neceſſarioꝝ. ¶ Itẽ
ꝓportio ẽ ſcientis ad ſcibile. g̃ ſicut neceſſariũ ſcitur ꝑ
cauſaȝ neceſſariã: ita ꝯtingẽs ꝑ cauſaȝ ꝯtingentẽ. g̃ nõ
ſcit ꝯtingentia. ¶ Si dicat᷑ ꝙ ꝯtingẽs habet cauſaȝ in-
feriorem vt naturã vel voluntatẽ ⁊ hoc ẽ cauſa ꝯtingẽs
⁊ habet cauſaȝ ſuꝑiorẽ que ẽ cauſa neceſſaria. Contra.
inq̃tum habet cauſaȝ neceſſariã neceſſe ẽ euenire. In-
q̃tum habet ꝯtingẽtẽ nõ eſt neceſſe euenire: g̃ idem ne-
ceſſe eſt euenire ⁊ nõ euenire. qđ eſt incõueniẽs. ¶ Itẽ
deus ſcit hoc futuꝝ ꝯtingẽs. ⁊ ſi eſt futuꝝ ꝯtingens: ne
ceſſario erit. vt loq̃mur de neceſſitate ꝯſequẽte. ¶ Pre-
terea ſi eſt ꝯtingẽs nõ de neceſſitate eueniret: g̃ de necci-
tate eueniet ⁊ nõ de neceſſitate eueniet. ¶ Contra. ꝑfe-
ctius eſt cognoſcere mutabilia ⁊ ĩmutabilia ꝑ cauſam
neceſſariã q̃ cognoſcere ſolũ neceſſaria ꝑ cauſaȝ neceſ-
ſariam. ſ; quod ꝑfectius eſt tribuendũ eſt deo. ergo ⁊c.
¶ Rñ. ꝯcedendũ eſt. ⁊ dicendũ ſm dyoniſiũ vt ſupra.
¶ Ad illud qđ obijcitur. ꝙ certior eſt cognitio neceſſa-
riorum ⁊c. dicendum. ꝙ eſt ſcientia a reb⁹: ⁊ eſt ſciẽtia
ad res. Scientia noſtra que eſt a reb⁹: eſt ſm ꝯditõnes
rerum. ſ; diuina ſciẽtia que ẽ ad res: nõ ſequit᷑ conditõ
nes rerum. ſequitur ergo in noſtra ſcientia neceſſario
res cognitio neceſſaria. Item ſi res ſit contingẽs: ꝯgni
tio contingens eſt de ip̃a. quia ergo cõſcientia dicit co-
gnitionem ĩmutabilem: ⁊ nos nõ poſſumus de ꝯtingẽ-
tibus habere ĩmutabilem cognitionem: ideo ſciẽtia no
ſtra eſt ſolum neceſſarioꝝ. Sed ſcientia dei que eſt ad
res. nõ eſt per res ſed ſeip̃o. vnde cum ip̃a ſit cauſa im-
mutabilis: per cauſaȝ ĩmutabilem ⁊ neceſſariaȝ ꝯgno-
ſcit etiam cõtingentia. ¶ Ad aliud quod obijcit᷑. ꝙ nos
cognoſcim⁹ neceſſaria neceſſario: cõtingentia cõtingen
ter. Dicendũ ꝙ hoc non eſt de ꝑfectione ſcientie noſtre
ſed de imꝑfectione. quia eñ ſcientia noſtra eſt accepta
a rebus: ⁊ ip̃a res eſt cõtingens. oportet ꝙ ꝯgnoſcim⁹
ꝯtingenter. ſed de ꝑfectione diuine ſciẽtie eſt que ꝯgno
ſcit ſeip̃a quod ꝯtingentia ſic ſcit neceſſario. Exemplũ
patet in artifice ⁊ in me. Cognoſcim⁹ domum ego ⁊ ar-
tifex. ſed cognitio mea de domo mutat᷑ ſm mutationes
domus: ſed cognitio artificis nõ mutat᷑. etiã ante edifi
cationem domus ⁊ poſt deſtructõneȝ. etiam ſi fiat ſiue
non fiat. ¶ Ad illud q̃ obijcitur. ꝙ ꝓportio debet eẽ ſci-
entis ad ſcibile: ergo ſicut neceſſariũ ſcitur per ratõeȝ
neceſſariam: ita contingens per cauſam cõtingentem.
Dicendum ꝙ eſt ens per ſe. ⁊ ens per aliud. ⁊ ens per
aliud reducitur ad ens per ſe: ita cauſa contingens ad
cauſam neceſſariam eſt reducibilis. omne eñ per acci-
dens reducitur per ſe. ¶ Ad aliud quod obijcit᷑ de du-
plici cauſa ſcȝ inferiori ⁊ ſuꝑiori. dicenduȝ ꝙ eſt cauſa
ſuꝑior deus: ⁊ cauſa inferior natura vel volũtas. Que
dam aũt ſunt immutabilia ſm cauſam ſuꝑiorem: vt ce
lum moueri vſq; ad finem mundi. deus enim ita diſpo
ſuit ⁊ etiam natura motrix ad hoc eſt neceſſario diſpo-
ſita: vnde eſt cauſa ĩmutabilis ad hoc: tam ſuperior q̃
inferior. Item quoddã eſt ĩmutabile ſm cauſaȝ inferio
rem: qđ tamen eſt mutabile ſm ſuperiorem. vt ſolẽ mo
ueri qui habet cauſaȝ ĩmutabilẽ neceſſariã inferiorem
quod tamen ſm cauſaȝ ſuꝑiorem eſt mutabile. vt pȝ
in Joſue. ix. Item eſt quoddã ĩmutabile ſm cauſaȝ ſu-
periorem: tamen mutabile eſt ſm cauſam inferiorẽ. vt
ſi deus ꝓuidit me iturũ romam. ſm cauſaȝ ſuꝑioreȝ eſt
ĩmutabile: ſm cauſaȝ inferiorẽ eſt mutabile: cuȝ deus
ꝓuiderit ⁊ diſpoſuerit ꝙ iſte actus eliciat᷑ a mea volũ-
tate nõ coacta. nõ ſequit᷑ g̃ hoc eſt ĩmutabile ſm cauſaȝ
ſuꝑiorẽ. g̃ eſt ĩmutabile. ĩmo eſt quid ⁊ ſimpliciter. qđ
eñ dicit ſm cauſaȝ ſuꝑiorẽ ĩmutabile ſm qđ dicitur. ⁊
ideo ſm qđ neceſſe eſt euenire. ¶ Nam illa cauſa ſuꝑior
nõ eſt determinata cauſa huius: nec cogens inferioreȝ
ad hoc ꝙ res ſit.

## Articulus quint⁹

Conſequẽter querit᷑ an ſciẽtia dei ſit enũcia-
bilium. ad qđ ſic. ſciẽtia enũciabiliũ eſt cuȝ
ꝯpoſitione ⁊ diuiſione. eſt eñ acceptio ali-
cui⁹ de aliquo: vel alicui⁹ ab aliquo. g̃ ſi ꝯpoſitio ⁊ diui
ſio longe relegata eſt a ſimplicitate diuine ſciẽtie. relin
quit᷑ ꝙ nõ erit enũciabiliũ. ¶ Item anima qm̃ ſimplex
eſt. nõ poteſt plura ſimul intelligere vel ꝯgnoſcere. vñ
ph̃us. ꝯtingit ſcire multa: intelligẽ aũt vnum ſolum. er
go cum primũ ſit ſimpliciſſimũ: nõ poteſt multa videre
ſimul. ¶ Contra. ip̃e ſcit res omnes ⁊ ſcit omnes act⁹
anime. ſed res ſunt de quib⁹ ſunt enunciabilia: act⁹ võ
anime eſt enũciare ſiue enũciatio. relinquit᷑ ergo ꝙ ip̃e
ſcit enũciabilia. ¶ Rñ. ꝯcedendũ eſt. Sed notandũ. ꝙ
ſcientia nõ eſt de enũciabilib⁹ per modũ enũciabilium
ſed per modũ rerum: de quib⁹ ſunt enunciabilia. ⁊ non
per modũ illum quo ſunt in natura ꝓpria: ſed ꝑ modũ
illum quo ſunt in cauſa ſua. ⁊ ita enũciabilia reducun
tur ad res: res autem ad cauſam que quidẽ eſt ſuffici-
ens ad eſſe. ¶ Ad illud igitur quo obijcitur anima eſt
ſimplex ⁊c. Dicendum ꝙ ſimplicitas nõ impedit quin
plura ſimul ⁊ ſemel intelligãtur a ſimplici. ¶ Non enim
impedit quin plures habeat reruȝ ſimilitudines. vnde
ꝯuertẽdo ſe ſuper diuerſas reꝝ ſimilitudines: conferẽ-
do ſiue iudicando de reb⁹ quaꝝ ſunt ſimilitudines: nõ
põt nõ plura ſimul intelligẽ. ¶ Ad illđ qđ obijcit᷑. ꝙ cõ
tingit intelligẽ vnũ ſolũ ſm ph̃m. dicendũ ꝙ loquit᷑ de
intellectu ꝓut eſt acceptõ ꝑncipioꝝ. vult eñ oſtẽdẽ dif-
ferentiã inter ſcientiã ⁊ intellectũ. ꝓut ſcientia eſt ac-
ceptio ꝯcluſionũ: intellect⁹ ꝑncipioꝝ. ſcȝ ꝙ intelligẽdo
ꝑncipia nõ ꝯtingit intelligẽ niſi vnicũ ſolũ. Sed ſcien-
do ꝯcluſionẽ neceſſe eſt ſcire plura: ſcȝ ꝑncipia ⁊ cõclu-
ſionẽ. videt igit᷑ aĩa ſimul ⁊ ſemel multas res ꝑ multas
ſilitudines reꝝ. vnde videt multa nõ vno ſ; multis: de-
us võ videt multa vno. i. ſeip̃o. vnde in viſione dei non
differt qđ videt ⁊ per quod videt. quia videt ſe per ſe:
⁊ in ſe videt omnia. quia eſt cauſa illoꝝ. quẽadmodum
ponit exemplũ bea. dyoni. in li. đ diuinis nomib⁹. i cẽ
tro ⁊ vnitate dicẽs. i monade oĩs numer⁹ ſubſiſtit. aut
inq̃tuȝ que a monade ꝓcedit diſcernit᷑ ⁊ multiplicat᷑.
⁊ in cẽtro omnes linee circuli ſm vnitatẽ primã conſti-
tute ſunt. Breuiter aũt diſtantes breuiter diſcernũtur
⁊ que ſcȝ magis ⁊ magis. ſic in tota omniũ natura. i. in
deo: oẽs ratõẽs nature ſinguloꝝ ſunt cõuolute ꝑ vnam
in cõfuſam. Item dyoni. in eodem diuina ſapiã ſeip̃aȝ
ꝯgnoſcẽs: ꝯgnoſcit oĩa materialia ĩmaterialit᷑. ⁊ nõ ꝑ-
tite ꝑtim: ⁊ finite infinita. ⁊ multa vniuerſalit᷑ ip̃o vno
oĩa ꝯgnoſcẽs ⁊ adducẽs. Eteñ ſi ſm vnã cauſam de⁹
eſſe oĩb⁹ tradidit: ſm vnicam eandẽ cauſam ſciuit oĩa:
vt ex ip̃o exiſtẽtia ⁊ in ip̃o prius ſubſiſtẽtia.

## Articulus ſext⁹

Conſequẽter querit᷑ vtꝝ ſciã dei ſit ſingl'ariũ
Ad qđ ſic. intellect⁹ hũan⁹ nõ eſt ſingulariũ
ſ; ſolũ vniuerſaliũ. ⁊ ratõ hui⁹ ẽ: qm̃ intelle-
ctus ĩmaterialis ẽ: ⁊ abſtract⁹ a loco ⁊ a tempore. ſingu
lare võ eſt hic ⁊ nũc. Cum ergo diuin⁹ intellect⁹ ſit ma-
xime ĩmaterialis ⁊ abſtractus a loco ⁊ a tp̃e: nõ poteſt
habere ſcientiam ſingulariũ. ¶ Item oñditur ab Are-
ſto. i ꝑma ph̃ia. ꝙ deus non cognoſcit alia a ſe: quoniã

ſic intellectꝰ eius vileſceret. ¶ Itē augu. in Enchi. me-
lius eſt quedā neſcire q̃ ſcire vt vilia. ſi ℊ iſta ſūt vilia
reſpectu diuine bonitatis ⁊ ſciē: meliꝰ eſt ignoꝛare illa
q̃ ſcire. ¶ Contra. augu. xj. de ciui. dei. a terrenis vſqꝫ
ad celeſtia a viſibilibꝫ vſqꝫ ad inuiſibilia: ſunt aliq̄ bo-
na aliqua melioꝛa ad ß ineq̄lia vt eſſent oīa. deus aūt
ita ē artifex in magnis: vt minoꝛ nō ſit in paruis. ℊ ipē
deus equaliter ē artifex magnoꝝ ⁊ paruoꝝ. ℊ in arte
ſua equalit̄ ꝯgnoſcit magna ⁊ parua. ¶ Itē qđ poteſt
ꝯgnoſcere creatura non pōt ignoꝛare deus. ſi ℊ creatu
ra pōt ꝯgnoſcere ſingularia: deus nō pōt ignoꝛare ſin-
gularia. ¶ Qđ ꝯcedēduꝫ ē. ¶ Ad primū dicūt quidaꝫ
ꝙ hoc ē ex impfectōe intellectus noſtri ꝙ nō pōt intel-
ligere ſingulare: nō aūt ex eius īmaterialitate. Aliter
tamen dicendū ⁊ verius. ꝙ intellectꝰ humanꝰ intelligit
ſingularia. intellectus em̄ accipit ſpeciē rei: ⁊ intelligit
rem ipām. lapis em̄ non eſt in aīa ſed ſpecies lapidis.
qua quidē intelligitur ipē lapis. Qꝛ ergo inſinuat boe
cius ꝙ nō intelligit̄ ſingulare ß vniuerſale: hoc intelli
gitur q̃tum ad ſpeciē acceptā in intellectu qui inq̃tuꝫ
hmōi habet ratōeꝫ vniuerſalis. qua quidē ſpecie intel-
ligitur res cuiꝰ eſt ſpecies ſcꝫ ſingulare. ¶ Nota igitur ꝙ
intellectꝰ humanꝰ intelligit ſingulare ꝑ ſpeciē ſiue ſimi-
litudineꝫ eius acceptam. admiculo ſenſus. angelicꝰ in-
tellectus accipit ſingulare ꝑ ſpeciē ſiue ſimilitudinem
eius nō acceptā amiculo ſenſus. virtus em̄ intellectus
angelici tantū pōt in ꝯgnitōe vniuerſalis ⁊ ſingularis
per intellectū. quātuꝫ pōt cognitio aīe ratōnalis diui-
ſa per ſenſum ad cognitōeꝫ ſingularis ⁊ per intellectū
ad cognitōeꝫ vniuerſalis. Tam igitur humanꝰ intelle-
ctus q̃ angelicus intelligit ſingularia ꝑ ſpeciē ſiue ſi-
militudinē que ē in ipō que nō eſt ipē intelligēs. ſed in
hoc differūt ꝙ hic manuductōe a ſenſu: ille ꝑ ſe. intelle
ctus diuinus intelligit ſingulare non amiculo ſenſus
nec ꝑ ſpeciē nec ꝑ ſimilitudinē que ſit alia ab intelligē-
te: ß ſeipō ſine ſimilitudine que ē ipē. ¶ Ad hoc igitur
qđ obijcit̄. ꝙ intellectꝰ hūanꝰ nō eſt ſingulariū quia eſt
īmaterialis. Rñ. eſt per interemptōeꝫ ⁊ addendū ē. ꝙ
īmaterialitas nō eſt ratō quare nō intelligit̄ ſingulare
qꝛ tūc angelꝰ nō intelligeret. ß īmaterialitas ē cauſa q̄-
re ſpēs ſiue ſil̄itudo rei accepta in intellectu vt hmōi n̄
eſt ſingularis: ß potiꝰ eſt vniuerſalis: inq̃tuꝫ ē exēplar
ſiue in ſil̄itudine multoꝝ ꝯſimiliuꝫ. ¶ Ad ſcđm v̓o di-
cendū. ꝙ illud qđ dicit phūs. ꝙ deꝰ nō pōt ꝯgnoſcere il
lud a ſe niſi vileſcat. dicendū ꝙ nō intendit ꝑ hoc ꝙ ipē
nō ꝯgnoſcat alia a ſe: ß ꝙ nō ꝯgnoſcat ea extra ſe: ß i ſe
cauſa ipoꝝ. ⁊ ꝯgnoſcēdo ſe cauſaꝫ oīm: ꝯgnoſcat oīa. ⁊
ideo ſua ꝯgnitō nō dependet a rebꝫ ſcibilibꝫ: quēadmo
dū ꝯgnitō hūana. quēadmodū pūctꝰ vel centꝝ habēt i-
tellectū ſui a q̄ ducerēt multe linee. ꝯgnoſcēdo ſe cauſā
⁊ pncipiū oīm lineaꝝ: ꝯgnoſcēt oēs illas lineas. ¶ Ad
terciū dicendū. ꝙ augu. in illa auc̄te enchi. ſumit igno-
rare ꝓ nō approbare. ſm quē modū dicit̄ ipē deus igno
rare peccata. vnde qđ dico hic vilia: ſupponit ibi pecca
ta: nō creaturas infimas vel minus mobiles.

## Articulus ſeptimꝰ

Conſequēter querit̄ vtꝝ ſciētia dei ſit oppo-
ſitoꝝ. Ad qđ ſic. ſi nihil eſt qđ ſemꝑ videat
deꝰ ſicut dicit augu. oīa ſimul videt. quoꝝuꝫ
nullū eſt qđ nō ſemꝑ videat. ℊ cū ꝯtingat vtrūqꝫ oppo-
ſitoꝝ eſſe. vt ſedere te ⁊ te nō ſedere: vtrūqꝫ iſtoꝝ videt
deus. ß nō videt hoc poſt illud: ita vt ſit ſucceſſio ī vidē
do: ℊ ſimul videt h̓ ⁊ illud. ß vtrūqꝫ iſtoꝝ eſſe ſimul eſt
falſuꝫ ⁊ ipoſſibile: ℊ deꝰ videt vel ſcit falſuꝫ. ¶ Itē poſi-
to vno oppoſitoꝝ remouet̄ alteꝝ. ℊ ſi ponit̄ ſcire vnum
oppoſitoꝝ: ponit̄ nō ſcire alteꝝ oppoſitoꝝ. ¶ Cōtra. op
poſitoꝝ eadē ē diſciplina: ℊ ⁊ eadem ſciētia. ℊ ⁊ multo-
magis etiā ſciētia dei poterit eſſe oppoſitoꝝ. ¶ Rñ. di-
cēdū ꝙ ſciā dei pōt eē oppoſitoꝝ ſine oppoſitōe ⁊ falſita
te. qꝛ n̄ ſciūt̄ oppoſita a deo ſm modū ipoꝝ enūciabiliū
ß magis ꝑ modū ꝯpꝛehēſionis reꝝ de quibꝫ ſūt enūcia-
bilia. que quideꝫ ꝯpꝛehēſio oīno abſtracta ē a ꝯpoſitōe
⁊ oppoſitōe enūciabiliū. ⁊ dico reꝝ enūciabiliū. nō per
modū illū quo ſunt in ꝓpꝛia natura: ß ꝑ modū illum q̄
ſunt in ſua cauſa vt tactū eſt ſupꝛa. ¶ Ad illud ℊ quod
pꝛimo obijcit dicendū ꝙ hec ē duplex: vtrūqꝫ em̄ oppoſi
toꝝum ſimul videt deus. qꝛ ſi hec dictio ſimul determi-
net hoc verbū videre in ꝯpatōe adinuicē: vera eſt. ⁊ eſt
ſenſus. deus ſimul videt vtrūqꝫ oppoſitoꝝ. qꝛ eodē pre-
ſenti eternitatis ſimul videt vtrūqꝫ. Si v̓o determinat
hoc verbū videre in ꝯpatōe ad rem viſam: falſa ē. ⁊ eſt
ſenſus. deus vtrūqꝫ oppoſitoꝝ ſimul videt: ſimul ſcꝫ eē.
Et in hoc ſenſu ꝓcedit cū accipit vtrūqꝫ oppoſitoꝝ eſſe
ſimul: eſt falſum. ¶ Ad ſcđm dicendū. ꝙ nō eſt ſimilis
modus eſſendi cū dicunt̄ oppoſita eſſe in rerū natura:
⁊ cum dicunt̄ eſſe in ſciētia dei. In rerum em̄ natura i-
poſſibile eſt ꝙ ſimul ponātur oppoſita ⁊ in eodem ſubie
cto: ß tamen ſimul ſunt in ſcientia. ¶ Notandū tamen. ꝙ
etiam in rerū natura differt cū dicunt̄ cōtraria eſſe in
aliquo ſm veritatē: ⁊ cum dicunt̄ in aliquo ſm ſpecieꝫ
ſiue intentōeꝫ. ¶ Nam ꝯtraria ſm veritatem nō poſſunt
eſſe i eodē ſubiecto ſimꝉ ꝑ naturā. velut ꝯtrarij coloꝛes
in eadem ꝑte parietis: ⁊ tamen ſimul poſſunt in medio
per intentōeꝫ. ſicut patet ꝙ intentōes inumerabilium
contrarioꝝ coloꝛum poſſunt eſſe: ⁊ ſunt in vna ⁊ in ea-
dem parte aeris.

## Mēbꝛum quartū

Conſequēter querendū eſt de modo ſcien-
tie dei. ⁊ quomō ſcit. ⁊ quomō cognoſcit
res in ſeipō: ⁊ per ſeipm̄. Querit̄ primo
quomō res ſint in deo. ratōe cuiꝰ querit̄
de ydeis rerum ⁊ ratōnibꝫ ſm quas dicūtur eſſe in dei
ſapīa. Secūdo cū mala nō habeant eſſe in deo: quomō
cognoſcūtur a deo. Tercō quō ſcit omnia p̄ſentialiter.
Quarto quomō ſcit oīa ſimul. Quinto quomō ſcit oīa
ꝑfecte. Sexto quomō ſcit omnia īmutabiliter.

## Articulus primꝰ

Ad primū querūtur plura. pꝛimo querit̄ hic
ſi ſic ē ꝙ ydea ⁊ ratō ⁊ ſapīa ſūt idē ſm ſub-
ſtantiā que ē differētia ſm ratōeꝫ. Qꝛ idem
ſint ſic oſtēdit augu. in li. de ciui. dei. ydee ſunt in men
te diuina. quas qui nō credit infidelē eſſe nō ambigit.
ß homo agēs ſm artem ſuam ſm eaꝫ eſt exemplar ope
rum que fiunt ab eo: multofoꝛtius deꝰ omniū creatuꝛa
rum que fiunt ab ipō exemplar eſt. ydea aūt nihil aliđ
eſt q̃ exemplar diuinū: ℊ idem ē exemplar diuinum ⁊
ydea. ¶ Qꝛ aūt ydee ſunt idem qđ ratōes: dicit auguſ.
in li. lxxxiij. queſtio. dicit em̄ ꝙ ydee ſunt ratōes reruꝫ
ſtabiles vel inuariabiles: ⁊ que diuina intelligētia ꝯti-
nent̄. ¶ Qꝛ autē ſint idem ꝙ ipā ſapiētia dei: patet ꝑ ß
qđ ipē dicit. cuꝫ ipē neqꝫ oꝛiant̄ neqꝫ intereant: ſm eas
tamē dicit̄ foꝛmari eſſe qđ oꝛitur ⁊ interire poteſt: ſed
ſm ſapiētiā diuinā dicit̄ foꝛmari quicqđ ſit. omnia ī ſa
pientia feciſti: ℊ relinquit̄ ꝙ ſint idem ꝙ ſapiētia dei q̄
eſt eterna. ⁊ ſm quā foꝛmat̄ omnis creatura. ¶ Rñ. ꝙ
licet ſint idem ſm rem: differentia tamen eſt inter hec
ſm nomen. quia ratio reſpicit finem: ydea foꝛmam: ex-
emplar efficientem: ſapientia cognitōeꝫ: ſicut ars ope-
rationem. Unde inq̃tum efficiens ſcit qualiter debeat
operari ſm exemplar: dicitur ſapiens. inq̃tum v̓o po-
teſt operari cum vult: dicitur artifex. ⁊ quia vnū ⁊ ideꝫ
ſm rem eſt cauſa exemplaris ⁊ finis ⁊ cauſa cognoſcēs
vnum ⁊ idem ſm rem eſt ſapientia ydea ⁊ ratio.

## Adhuc queritur §. j.

cum ſit vna ſapientia dei: quare ſunt rationes plures
⁊ ydee: vna autem ſapientia. Qꝛ autem ſint plures ra

tiones: patꝫ ꝑ hoc qđ dicit̄ in li. lxxxiii. queſtio. aīa nō pōt intueri eas niſi ratōnalis ex ea ꝑte qua excellit. i. mēte ⁊ ratōe. ⁊ hec eſt aīa ſancta ⁊ pura. Ratōe ḡ condita ſunt. nec ea ratōe homo qua azinus: hoc eñ eēt abſurdū. ſingula eñ ſunt ꝓprijs creata ratōibꝫ. has autē ratōes nō eſt arbitrādū eſſe niſi in mēte ꝯditoris: non eñ extra ſe quicq̄ poſitū intuebat̄. ex hoc habet̄ ꝙ rationes ⁊ ydee plures: tamē vna eſt dei ſapiētia. ¶ Reſpondēdū ꝙ licet idē ſint ſm rem: illa tamē in hoc differunt ſm dictionis modū. nam ſapientia exemplar ⁊ ars plus ſe tenēt ex ꝑte dei ꝯgnoſcētis qđ oīno eſt vnū: ideo illa nō recipiūt pluralitatē. ac dicunt̄ plura exemplaria: plures ſapie: plures artes. Ratio vō ⁊ ydea ex ꝑte rei cognite. ⁊ ꝓpter hˀ ſicut res cognite plures ita et ydee. ⁊ ꝓpter hoc quia vnaqueqꝫ res habet ſuū ꝓprium finē: ſūt plures ratōes ſm quas fines determinant̄. ꝓpt̄ reſpectū ḡ ydee ad formā ⁊ ratōnis ad finē: cū ſint forme reꝝ plures ⁊ fines: dicūt̄ ratōes ⁊ ydee plures.

## Tercio queritur .§. ii.

ſi tꝑale nō eſt cauſa coeterni. vnū eñ ⁊ multa ꝯſequūt̄ eſſe: nō videt̄ determīari multitudo ſm nomē in eo qđ eſt eternū a tꝑali. ⁊ ita nō debēt dici ydee aut rationes plures ꝓpter formas ⁊ fines creaturaꝝ plures. ¶ Reſponſio. dicūtur ydee aut ratōnes plures ꝓpter reſpectum creaturaꝝ ad ipās: nō ꝙ ſint a creaturis vel ab eis accipiāt vnitatē aut multitudinē.

## Adhuc queritur .§. iii.

de illo qđ dicit aug. ꝙ nō ea ratōne condit9 eſt hō qua equ9. ſm hoc eñ videt̄ ꝙ plura ſint ab eterno: cum ille ratōes ſint eterne. vt in eadē auc̄te habet̄. ratōes reruꝫ ſunt ſtabiles. ¶ Rñdendū eſt. ꝙ eadē eſt ſm rem ratio eterna qua hō eſt ꝯdit9 ⁊ equ9: ſꝫ nō eadē vt ratō. exemplū de hˀ. pūct9 ad quē termīant̄ plures linee: vn9 pūct9 eſt. ſꝫ tamē dicit̄ plura: qꝛ pluriū ꝓncipium. hoc aūt nomen ratō nomīat ꝑ modū ꝓncipij. illud aūt idem nominat ſapīa mō abſoluto. Pretea cū loqmur in talibꝫ: ꝓportōnalit̄ loqmur de vnitate ⁊ multitudīe. queadmodū loqmur de ſapīa hūana ⁊ ratōibꝫ fiendoꝝ ſm eam ⁊ ſpeciebꝫ q̄ ſunt ī ea. dicim9 eñ ꝙ vna ē ſapīa edificatoria q̄ fiūt multe dom9: alia rōe fit hec dom9: alia illa. ⁊ alia forma exēplaris h9 ꝓpria: ⁊ alia ꝓpria forma illi9.

## Quinto queritur .§. iiii.

[A]D illud qd̄ querit̄. vtrū ꝓuidētia ſit cā. ⁊ ī ꝗ̄ genere cauſe: ꝓceditur ſic. Boetius ī. v. li. de cōſolatōe. omniuꝫ generatio reꝝ cūctuſꝗ̄ mutabiliū naturaꝝ ꝓgreſſus. et quidqd aliquo mō mouet̄ cauſas formas ex diuine mētis ſtabilitate ſortitur. hec in fine ſimplicitatis arte cōpoſita multiplicē rebus gerēdis modū ſtatuit. qui modus cū in ipa diuine intelligētie puritate cōſpicit̄: ꝓuidētia nominat̄. ex hac autoritate patet. ꝙ ꝓuidētia reſpicit res gerēdas ſiue fiendas ab ipo artifice primo. ⁊ ita ē cā reruꝫ. Sed ꝙ ſit cā formalis oñditur. quoniā dicit boeti⁹ ī eodē. manifeſtū ē immobilē ſimplicemꝗ̄ gerendarū rerū formā eē ꝓuidentiā. Ex quo ſic ambro. ꝓuidētia ē forma rerū gerendarū. ſed forma rerū gerendaꝝ ē ipa cā formalis exēplaris. ꝗ̄ prouidētia ē cā formalis exemplaris rerū. ¶ Iteꝫ boetius in eodē prouidētia ē ipa illa diuina rō ī ſummo oīm pꝛīcipe ꝯſtituta. q̄ cūcta diſponit. ⁊ p⁹ dic̄. de⁹ ꝓuidētia qdē ſingulariter ſtabiliterꝗ̄ faciēda diſponit. ſm̄ ꝙ ē hmōi ī efficiēte eſt cā formalis exēplaris: ⁊ hmōi rō ſiue ars ē exēplaris: cā ꝗ̄ ⁊ ꝓuidētia ī deo ē cā formalis exēplaris rerū. ¶ Qr̄ aūt ſit cā effitiēs pꝫ. qꝛ dic̄ damaſce. ꝓuidētia ē bona volūtas dei. Sꝫ volūtas dei ē cā efficiens reꝝ. vn̄ dicit aug. ſuꝑ geñ. ꝙ volūtas dī ponit neceſſitatē reb᷒. et dicit eē ī ench. ꝙ volūtas dei ē cā oīm notionū et ſpērū. ꝓuidētia ꝗ̄ ē cā efficiēs reꝝ. ¶ Itē boetius ī. iiij. de cōſolatōe dic̄. ꝙ dedit ꝓuidētia a ſe creatis hanc maximā manēdi cām vt ꝗ̄ad poſſint naturalit̄ deſidēnt ex hac autoritate hab̄r. ꝙ ꝓuidētie ſit creare. ſꝫ creare ē ipius cāe efficiētis: qꝛ creare dic̄ ꝓducē res ad eē. quod ꝓpꝛiū ē cāe efficiētis: ꝗ̄ ꝓuidētia ē cā efficiēs. ¶ Qr̄ aūt ſit cā final' vidr̄. quoniā dic̄ aug. in li. lxxxiij. q̄ſtionū. ſūme illud bonū ē cui⁹ ꝑticipatōe cetera ſūt bona. porro illud bonū cui⁹ ꝑticipatōe ceťa ſūt bona ꝑ ſeipm̄ bonū ē: quā diuinā prouidētiā vocam⁹. prouidētia ꝗ̄ ē ſummū bonū ſꝫ ſummū bonū ē finis oīm ſicut eē probat boeti⁹. ꝗ̄ prouidētia ē finis rerū. ꝗ̄ ⁊ cā finalis rerū. ¶ Solutō. dōm ſicut dictū ē ſuꝑ. ꝙ ī prouidētia ſunt duo ipa cognitō q̄ determinat̄ ex ꝑte videntie. et ē ibi cālitas ſuperaddita ipi cognitōi vel videntie q̄ vocat̄ ꝑ poſitōem additā. cōcedimus ergo ꝙ prouidētia ē cā ſꝫ ꝗ̄tum ad cognitōneꝫ vel videntiā quā importat ē cā formalis exēplaris. qꝛ ſicut in ſciētia edificādi in artifice ē cā exēplaris dom⁹: ita in ſcīa diuīa ē cā exemplaris formaꝝ fiendaꝝ. vn̄ ipa dr̄ ydea rerū. et ꝙ ſe habeat prouidētia ad modū rōnis vel cā exemplaris ī artifice dicit boetius. ſicut artifex faciē de rei formā mēte proſpiciēs vel ꝑcipiēs mouet oꝑis effectū: pn̄terꝗ̄ ꝑſpexerit ꝑ tꝑales ordines ducit: ita de⁹ prouidentia quidē ſingulariter faciēda ſtabiliterꝗ̄ diſponit. ſꝫ rōe cālitatis ſuꝑaddite ſe habet ī rōe efficiētis. ⁊ ſꝫ mō dr̄ prouidētia bona volūtas dei q̄ cūcta gubernant̄ atꝗ̄ regūtur. ¶ Ad illud aūt qd̄ obijcit̄ de cā finali. dōm ꝙ prouidētia nō ē cā finalis rerū. Et ad illud q̄ obijcitur ꝙ ipa ē ſummū bonū. dōm ꝙ in fine duo ſunt ſcꝫ terminare ⁊ finire ipas res ⁊ ordines rerū: iterū finis ē mouē efficiētē ſic dic̄ phs. ꝓpꝛia t̄n rō inꝗ̄tū finis detmīat̄ ī ſꝫ ꝙ tmīat̄ res: ⁊ ꝙ ad ipm̄ velut ad tminū ordinant̄ res: ⁊ ſic ſūmū bonū habet has duas rōes ī prouidētia. ꝗ̄ ē illd̄ finis qd̄ ē mouē efficiētē: ⁊ ſic hꝫ ī ſe virtutē ordinādi oēs res ſicut finis. ſꝫ nō dr̄ ī rōe termināntis res. verū tamē ꝑ hoc ꝙ habet de rōe finis magis refert̄ ad ipm̄ efficiētem prouidētia: ꝗ̄ ē ſummū bonum. et ſummū bonū habet p̄dictas duas rōes. quarū vna conuenit prouidentie. de cā aūt materiali nō hꝫ locū q̄ſtio. Vel pōt dici. ꝙ ſummū bonū dicit̄ finis ⁊ efficiēs. Efficiens aūt dr̄ inꝗ̄tū ē ſui coīcatiuū vel diffuſiuū. ⁊ ꝑ hāc rōem dr̄ prouidentia bonū. qd̄ patet ex illo vͦbo aug. in li. lxxxiij. q. Summe illd̄ bonū ē: cuius p̄ticipatōe cetera bona ſunt: quā diuinā prouidētiā vocamus. nō igit̄ ſequitur prouidētia ē ſummū bonū: ergo ē finis ſꝫ ē peccatū id ē fallacia ſm̄ accidens.

## Membrum quartum

[C]Onſequenter queritur quorum eſt prouidentia hoc modo. Primo vtrum bonoruꝫ et malorum. Secundo vtrum caſualium. Tercio vtrū voluntarioꝝ. Quarto vtruꝫ nobilium et vilium.

## Articul⁹ prim⁹

[A]D primū ſic. creatōis actus ē fundamentuꝫ quaſi ad producēdū res ī eē. gubernaæ vͦ ⁊ ꝯtinē ⁊ mlt̄iplicare ⁊ ꝯſil'es act⁹ ſunt q̄i edificia appoſita ſuꝑ illd̄ fundamētū: ſꝫ edificiū nō ſe extendit vltra ꝗ̃ fundamētū. creare aūt t̄m ſe extēdit ad bona geñ. j. vidit de⁹ cūcta q̄ fecerat ⁊c̄. ꝗ̄ gubernaē. cōtinere. mlt̄iplicare ⁊ hmōi act⁹ q ſunt q̄i ſuꝑ edificia: t̄m ſe extēdēt ad bona. ſꝫ gubernatō ē prouidētie. ꝗ̄ prouidētia erit t̄m bonoꝝ. ¶ Itē aug. ī li. lxxxiij. q. prouidētia ē ſummū bonū a q̄ cetera bona ſunt. ſꝫ a ſummo bono nō deſcēdūt nec deriuant̄ niſi t̄m bona: ꝗ̄ prouidētia t̄m ſe extēdit ad bona. ¶ Itē damaſ. oīno neceſſe ē oīa q̄ prouidētia fiunt ſm̄ rectā diſpoſitōeꝫ ⁊ optima ⁊ deo decētiſſima fieri. ſꝫ mala nō ſūt optima nec dͦo decētiſſima: ꝗ̄ mala nō ſunt ſub diuīa prouidētia. ¶ It̄ hoc probat̄ ꝑ ſil'e. ſi ei eēt aliqs rex magn⁹ ⁊ potēs. nūqd ꝑmittēt in regno ſuo aliqd̄ malū qd̄ deſtruēt regnū. ¶ Nō vtiꝗ̄ ſi ꝯgnoſcēt illd̄ malū ⁊ potētiā h̄ret expellēdi vl' eē deſtruēdi. ſꝫ de⁹ rex regū ē oīpotēs ⁊ oīſciēs. Si igit̄ aliq̄ ſūt mala ī regno ei⁹: non ſūt ſub ei⁹ prouidētia. ¶ Sꝫ ꝯ. hugo ī ſuis ſentētijs dicū ꝙ opat̄ prouidētia ī ſuo ⁊ alieno. ī ſuo qd̄ fecit ī alieno qd̄ ꝑmiſit: ſꝫ illd̄ alienū ē malū: ꝗ̄ prouidētia oꝑat̄ circa malū. ꝗ̄ ſe extēdit eē ad malū. ¶ Itē ſuꝑ illd̄ nūeri. xxij. venit aūt dn̄s. glo. origeñ. nos dicem⁹ ſapīa dei. ī. proui

dentia dei oĩa eẽ ita diſpoſita: vt nihil ocioſum ſit apud deũ nec bonũ nec malũ. maliciã deus nõ fecit. cũ tñ inuẽtã ab alijs ꝓhibere poſſit nõ ꝓhibuit: ſʒ ea vtitur ad neceſſarias cãs. ꝙ mala nõ ſunt ſub diuina ꝓuidẽtia. ¶ Jtẽ Boetius de cõſolatõe. ſola diuina vis ē cui mala bona ſunt. mala inquã ipĩ creature: cũ eis ꝯpetẽter vtẽdo alicuius boni elicit effectum. ordo em̃ in diuinis ita cũcta cõplectit̃. vt qui ab aſſignato ordine rceſſerit. ſ. miſcdie in aliũ ordinẽ relabatur. ſ. iuſticie. iuxͣ illud ꝓuer. xvj. oĩa ꝓpter ſemetipm̃ opatus ē dñs impiũ qʒ ad diẽ malũ ergo mala ſubſunt diuine ꝓuidentie et eẽ bona. ¶ Jtẽ dyo. de diuinis nominibꝰ. Etenim malũ ad vniuerſitatẽ boni ꝯferẽs ē. nõ impfectũ eẽ ei largiẽs. ſʒ quicqd ē cõferẽs ad vniuerſitatẽ ē ordinatũ. ordinatũ autẽ eẽ ē ſub diuina ꝓuidẽtia: ꝙ malũ ē ſub ꝓuidentia. ¶ Quod cõcedimus. Sed notãdũ. ꝙ dupliciter dr̃ aliquid eẽ ſub diuina ꝓuidẽtia. Uno mõ vt ab ipã creatum vel factũ. et ſic ſunt bona tñ ſub ꝓuidẽtia. Alio mõ nõ vt ab ipõ factũ: ſʒ cum factũ ē ab homine vel angelo malo ab ipã ordinãdum. et ſic ſunt mala ſub diuina ꝓuidẽtia. ſic ꝙ ſub diuina ꝓuidẽtia ſunt bona tãꝗ̃ ab ipã facta: et etiã mala tãꝗ̃ ab ipã ordinata. vñ hugo ĩ ſentẽtijs. ſm̃ hãc vniuerſalẽ ꝓuidentiam cũctoꝝ nõ ſolum ſuis que bona ſũt ſʒ alienis que mala ipẽ nõ fecit ſʒ ꝑmiſit: qđ debitũ ē diſpẽſat. nihil em̃ ĩ regno ſuo hãc ordinatõem euadet. ¶ Nã et ipã iniquitas ex hac ꝓuidentia ſtipendia habet. ⁊ nõ poterat vel ipã malicia in obliuionẽ venire apud ꝓuiſorẽ omniũ. Scđm hoc ergo rñdendum ē ad omĩa q̃ obijciunt̃ ĩ ꝯtrariũ. ꝙ. ſ. mala nõ ſunt ſub diuina ꝓuidentia qꝛ oẽs ille rõẽs ꝓcedũt illa via q̃ mala nõ ſunt ſub ꝓuidẽtia diuina tãꝗ̃ ab ipã creata vel facta. ¶ Ad primum dđm. ꝙ nõ eſt ſimile de creatõe et gubernatõe. creatio eī ē de nihilo. vñ nõ ponit rem exiſtẽtem. imo ē de nõ eẽ ad eẽ ſiue de nihilo in aliquid. malũ aũt ecõuerſo. ſ. de aliq̃ in nihil ſiue de eẽ in nõ eſſe. et hoc ē quia malũ eſt corruptio ipĩus nature que eſt ens et bonum. et iõ contrario modo ꝓcedunt creatio et malicia. vñ nõ poteſt trahi creatio vt dicatur mala. ſed malũ nõ ſe habet ecõtrario gubernatõni: quia gubernatio ponit rem exiſtentem. malũ aũt nõ ē de nihilo ſed de aliquo. nec tñ ex hoc ſequit̃ ꝙ ad plus ſe extendat gubernatio ꝗ̃ creatio. quia ſicut creatio ſemꝑ terminatur ad bonũ cuius eẽ eſt ex nihilo ita gubernatio ſiue reſpiciat bonũ ſiue malũ ſemꝑ terminat̃ ad bonum. quia nõ reſpicit mala ꝓpter ſe: ſʒ vt ex illis eliciat bonũ. Bonũ em̃ ē mala ordinari vt nihil ĩ regno ꝓuidẽtie maneat inordinatũ. et h̃ ē qđ dicit boetiꝰ. ꝙ ſola vis diuina ē cui mala bona ſunt. vñ ꝓuidẽtia cõtra malũ ſemꝑ vlterius intendit trahere bonũ. ⁊ in hoc terminat̃ eius aſpectus. Jtẽ cũ dr̃ ꝙ gubernatio nõ põt ſe plus extendẽ ꝗ̃ creatio que ē fundamẽtũ eius. h̃ ē ita intelligẽdum. ꝙ ipã ꝓuidentia cuius ē gubernatio non ſint aliqua que nõ ſubſint creatõi. ab ipã eī nõ ſunt aliqua niſi bona. tñ per hoc nõ priuat̃ reſpectus ad aliqua que nõ ſunt creata: ſed per defectum voluntatis educta vt ex ipĩs ſemper vlterius bonuʒ eliciat. ¶ Ad illud qđ obijcit. ꝙ a ſummo bono nõ deſcendit niſi bonũ. dđm ꝙ verum eſt ſicut ab ipõ factum. nec dicimus ꝙ malum ꝓcedat a ꝓuidentia ſicut ab ipã factũ: ſʒ ſubeſt ei tanꝗ̃ ab ipã ordinatũ. ¶ Similiter dicimus ꝙ autoritas damaſc. loquitur đ illis que facta ſunt a diuina ꝓuidẽtia et nõ de illis que reguntur a ꝓuidentia. de illis em̃ que fiunt ab ipã: verũ ē illud ꝙ fuit decentiſſima et optima ⁊ vt nõ ē melius fieri. ſuꝑple ſm̃ ꝙ ſunt in vniuerſitate. quia ſic ꝯgruentiſſime ſunt ſuꝑple ꝗ̃tum ad cognitõem vniuerſi: licet ſinguli in ſtatu ſuo poſſent meliora fieri. Similiter dđm ē ad alias autoritates. ¶ Ad illđ quod obijcit ꝙ aliquis potens nõ ꝑmitteret malum fieri ĩ terra ſi ſciret illa. Similiter dđm ē de deo ꝙ rem illã quaʒ malã p̃ſciret nec crearet nec gubernaret niſi ex ea aliqđ bonũ elicere intenderet. et hoc bene determĩat aug. ſuꝑ. ix. ad Ro. Suſtinuit in multa patiẽtia. glo. nullũ deus vel hominum vel angeloꝝ crearet quẽ maluʒ eẽ p̃ſciret: niſi ꝑiter noſſet quibꝰ bonis vſibus eos accomodaret. ſicut etiã facit rex terrenus cũ habʒ aliquot de filijs qui nolunt comodari ad aliquẽ bonuʒ vſum trãſmittit eos ad alium vſum. et ſic de ipĩs ſemper elicit bonũ. Et hec ē etiam rõ quare dñs ſuſtinet malos. Jdem etiã oñditur autoritate Origeñ. ſuꝑ. xxij. nũeri. Malicia vtit̃ deus ad neceſſarias cauſas per quam ꝓbat eos qui ad virtutũ gloriã tendũt. Si em̃ nõ eẽt malicia: nõ eẽt q cõtrairet virtutibꝰ. virtus aũt ſi cõtrariũ nõ haberet non clareſceret. ſic ergo ad exercitium bonorum et ꝓbatõeʒ virtutum ſuſtinet deus malos.

## Articulꝰ ſecundꝰ

Conſequenter queritur. an ꝓuidentia ſit caſualiũ. Ad quod ſic boetius. v. de cõſolatõe. ordo ille ineuitabili ꝯnexione ꝓcedens. q de ꝓuidentie fonte deſcẽdens: cũcta ſuis locis tꝑibuſqʒ diſpoſuit. ⁊ agit ibi đ caſualibus: ergo caſualia ſunt ad ꝓuidentiam. ¶ Jtem boetius licet diffinire caſum eẽ inopinatũ ex cõfluẽtibus cauſis in his que ob aliud geruntur euentum. ſicut alius facit domũ. et alius tranſit per illũ locum: cadit lapis ſuꝑ caput eius et occidit ipm̃. neqʒ hic facit domũ vt lapis cadat ſuper ipm̃: nec hic tranſit vt occidatur a lapide. neuter em̃ hoc intẽdit. iſtud aũt dr̃ caſuale. illud aũt ſubeſt gubernatõi et ꝓuiſioni diuine. ꝙ em̃ lapis cadit in illũ locũ ſubeſt ꝓuidẽtie ⁊ gubernatõi diuine. Similiter ꝙ iſte vadat ad forum ꝑ illum locum: et illa hora. hoc ſubeſt gubernatõi diuine ⁊ ordinatõi. Et ex his duabus cauſis cõfluentibus ē caſus. ꝙ caſualia ſubſunt diuine ꝓuidentie. Similiter iſte abſcõdit thezaurum ⁊ h̃ p̃ter intentõeʒ ꝙ alius inueniat. iſte arat terrã illã p̃ter intentõem ꝙ illũ inueniat: et tñ ipm̃ inuenit iſtũ reponẽ thezaurũ: h̃ ſubeſt ꝓuidẽtie. et ſimiliter arare iſtũ. et he ſunt cauſe illius inuẽtõis. ſi ꝙ ille cauſe ſubſunt ꝓuidentie diuine. ꝙ caſualia ſubſunt ꝓuidentie diuine. ¶ Jtem boetius. ſiquidẽ aliquis euẽtũ temerario motu nulla cauſarũ cõnexione ꝓductũ caſum eẽ diffiniat: nihil oĩno caſum eẽ ꝯfirmo. ꝙ caſus ē ex cõnexione cauſarũ cũ ſit aliquid. ſed omnis cõnexio cauſarum faciens aliquid ſubeſt ordinationi diuine: ergo caſus ſubeſt ordinatõi vel ꝓuiſioni diuine. ¶ Jtem boetius. ꝓuidentia cũcta ꝑiter ꝗ̃uis diuerſa ꝗ̃uis infinita ꝯplectitur: ꝙ cõplectitur caſualia. ¶ Jtem boetiꝰ. hic actus fortunaſqʒ hoĩm indiſſolubili cãrum connexione ꝯſtrigit. ¶ Cõr. aug ĩ li. lxxxiij. q. qcqd caſu fit temẽ fit h̃ qcqd temẽ fit ñ ꝓuidẽtia fit. ſi ꝙ caſu aliq̃ fiũt ĩ mundo nõ ꝓuidẽtia vniuerſus mũdus adminiſtrat̃. ꝙ ſi aliqua caſu fiũt: ē aliqua ſubſtãtia q̃ ad opus ꝓuidẽtie nõ ꝑtinet: caſualia ꝙ non ſubſunt diuine ꝓuidẽtie. ¶ Solutõ dđm ꝙ caſualia dicunt̃ dupliciter. vno mõ põt dici caſus ex aliquibꝰ cõfluentibꝰ cauſis que nõ hñt aliquã ordinatõem inopinatus euẽtus. et h̃ mõ vult aug. ꝙ nihil caſu fit: qꝛ nihil inordinate ſiue abſqʒ omni ordine fit. imo ſi fit aliqd a caſu: h̃ mõ temẽ fit. Alio mõ ſm̃ ꝙ dicit boetiꝰ. Ariſtoteles inqt in phiſicis. quotiẽs aliquid cuiuſpiã rei grã gerit̃ aliudqʒ qbuſdã de cauſis ꝗ̃ qđ intendebat̃ obtingit: caſus vocat̃. vt ſiquis colẽdi agri cã fodiẽs humũ: defoſſi auri pondꝰ inueniat. hoc igit̃ fortuitu quidẽ creditur accidiſſe. verũ nõ de nihilo ē. nã ꝓprias cãs habet. quarũ improuiſus inordinatuſqʒ cõcurſus caſum videtur opari. ¶ Nã niſi cultor agri humũ fodẽt. niſi eo loco pecuniã ſuã depoſitor obruiſſet: auꝝ nõ eẽt inuẽtũ. he igr̃ ſũt fortuiti cauſe cõpẽdij ſibi ꝯfluẽtibꝰ cauſis: nõ ex gerẽtis intẽtõe ꝓuenit. neqʒ eĩ qꝛ aurũ obruit nec qui agrum exercuit. vt ibi pecunie inuenirentur intẽdit. ſed vt dixi ꝙ iſte obruit hunc fodiſſe contingit atqʒ concurrit. licet igitur diffinire caſum eſſe inopinatum ex confluentibus cauſis in his que ob aliud

gerūtur euentū. cōcurrere vō atqꝫ ꝯfluere caſum fac̄ or do iſte ineuitabili cōnexione ꝓcedens. qui de ꝓuidentie fonte deſcēdens: cūcta ſuis locis temporiſqꝫ diſpōit. ex quo patet ꝙ caſualia ſubiecta ſunt diuine ꝓuidentie. ꝗ niā ab ipō ē ꝙ cōfluunt cauſe ad talē euentum.

## Articulus tercius

COnſequēter querit̄ vtrū ꝓuidētia ſit voluntariorum. Ad quod ſic aug. lxxxiij. q. Omne quod ē. ingͣtum ē: bonū ē. Illud eñ ē ſumme bonū cuius ꝑticipatōne cetera ſunt bona. Porro illud cuius ꝑticipatione cetera ſunt bona per ſeipm̄ bonum eſt: quā diuinā ꝓuidentiam vocamus. Sed aliqua que ſunt a libero arbitrio ſunt bona: ergo ſunt a ſummo bono quod eſt diuina ꝓuidentia. ¶ Itē mala que ſunt a libero arbitrio ſunt ordinata a deo: ergo ſubſunt diuine ꝓuidentie. ergo voluntaria ſunt a diuina prouidentia. ¶ Item boetius. rector ac mediator mentiū deus qui cū ex alta ꝓuidentie ſpecula reſpicit qđ vnicuiqꝫ cōueniat agnoſcit: et quod conuenire agnouit: accomodat. ergo tribuit deꝰ omnibus que ſunt a libero arbitrio ſiue ſint bona ſiue ſint mala qđ eis cōuenit. ſed omnia talia ſubiecta ſunt ꝓuidētie. ¶ Cōtra. boetius dicit ꝙ ordo iſte qui a ꝓuidentie fonte deſcendit: ineuitabili cōnexiōe ꝓcedit. Sed ea que ꝓcedunt a libero arbitrio nō ꝓcedūt ineuitabili cōnexione. quoniā volūntarie et libere ꝓcedunt ab ipō. ꝗ nō ꝓcedunt ab ipō ſm ordinē ꝓuidentie nō igitur ꝓuidētie ſubiecta ſunt. ¶ Item damaſ. oportꝫ noſcere ꝙ oīa quidē p̄noſcit deus. nō aūt p̄determinat. cognoſcit aūt que in nobis ſunt: nō p̄determinat aūt ea ſed omnia que ſunt ꝓuidētie p̄determinat. quia ſuū ꝓuidere ē p̄determinare: ergo ea que ſunt liberi arbitrij nō ſubſunt diuine ꝓuidentie. ¶ Item greg. querit. vñ eſt ꝙ in faciēdo hoīem querit̄ ⁊ aduocat̄ ꝯſiliū cū dr̄. faciamꝰ hoīem ⁊c̄. geñ. j. et nō in faciēdo alia. Et rñdet ꝙ aliud ē qñ aliquis debet facere aliquā rem magnā. et aliud ē qñ dꝫ facere aliquā rem modicā. rē eñ magnā facit cuꝫ magna diligētia et circūſpectōe. Similiter quia homo ē in quo ē impreſſa imago dei. cū magna diligētia dr̄ faciamꝰ. vñ dicit. aīa regale qđ ē: hinc demonſtrat̄ ꝙ nullius ſubdat̄ imꝑio hñs in ſe libertatē arbitrij: ſuoqꝫ nutu et moderamine diſpēſans ſe. ergo ñ requiritur diſpēſatio diuine ꝓuidētie. ꝗ ea que ſunt a libero arbitrio nō ſubſunt prouidentie. ¶ Solutio. notandū ꝙ aliter ſubſunt diuine ꝓuidētie ea que ſunt liberi arbitrij ꝙ̄ naturalia. Nā ſic̄ dicit damaſ. duplex ē ꝓuidētia. vna eſt ſm acceptōem. alia ſm cōceſſionē. Et dic̄ ꝙ ꝓuidentia ſm acceptōem ē: vbi nō cōtingit eē reſiſtentiā nec ꝯtradictōnē. vñ hec ꝓuidētia ē de his vbi nō cōtingit reſiſtētia. et h̄ mō ē ꝟ ipis naturalibꝰ et que ſunt ordinata nec aliter pñt eē. ſic̄ ſolē oriturū cras. Prouidētia aūt ſm ꝯceſſionē ē de his vbi cōtingit eē reſiſtētiā et cōtradictōeꝫ. ⁊ ſic eſt in libero arbitrio. deus enim dedit libero arbitrio. vt conſentiat vel non conſentiat. vel non conſentiat bono: et ipi malo conſentiat ſi velit. et quicqͥd faciat ſiue bonum ſiue malum: ſemꝑ ordinat ipm̄ ꝓuidētia. vñ ſubſunt ꝓuidētie ſm ordinationē. qꝛ nō cogit liberū arbitriū licet ſub ipā ſit: ſꝫ ꝑmittit ei facē quicqđ vult. ſed in bono ipm̄ adiuuat inſtinctu gr̄e: in malo aūt nō. ſed tñ malum ꝑpetratū ordinat. vñ. j. thi. ij. ſuꝑ illud quos tradidi ſathane: dicit aug. nulla creatura ē ſiue que manet in veritate dans glīam deo. ſiue que in veritate nō ſtetit querēs gloriā ſuā. que velit nolit diuine ꝓuidētie nō ſeruiat: ſed volēs facit cū ea qđ bonuꝫ ē. de illa vō q̄ hoc nō vult fit quia iuſtū ē: nō tñ rependitur ꝙ ꝟ ipā iuſte fit: ſed quo aīo ipā facit. qꝛ neqꝫ liberā voluntatē ratōnali creature deus negauit: et tñ p̄tateꝫ qua iniuſtas iuſte ordinat ſibi retinuit. ¶ Ad illud qđ dicit boetius patet rñſio ex his que dicta ſunt ſupra. queſtiōe ꝟ p̄ſciētia. ¶ Ad illđ qđ dicit greg. ꝙ ē ſibi liberi arbitrij diſpenſans inde cadit ſub imꝑio alicuius. dōm ꝙ veruꝫ ē ꝑ coactionē ita ꝙ auferat̄ ei cōſenſus et libertas faciendi quicquid vult nec cogitur a deo ad hoc vel illud faciendū. quidquid tamē faciat ſemꝑ ſubeſt diuine prouidētie que in bonū ipm̄ ordinat et adiuuat in bonū ꝑ gratiam: in malo aūt nō: ſed ſolū ordinat illud malū. ¶ Ad auctoritatē damaſceni dōm. ꝙ ipēmet ſoluit dicēs. non predeterminat ea que ſunt in nobis: quia non compellit ipam virtutem. i. nō cogit liberū arbitriū ad faciendꝫ hoc vel illud: tamē p̄noſcit que qđ fient.

## Articulus quartus

DEinde queritur vtrū diuina ꝓuidentia ſit īdifferenter nobilium et vilium. Ad quod ſic ſap̄. vj. equa eſt cura de omnibꝰ. Sed ꝓuidētia eius eſt cura ſicut dicit hugo et damaſcenus: ergo equaliter ē de omnibus nobilibus et vilibus ¶ Item. xij. ſap̄. Nec eſt alius ꝙ̄ tu cui cura eſt de omnibus. ¶ Cōtra. j. cor. ix. Nūquid de bobus cura eſt deo quaſi diceret nō. ¶ Item dicit aug. et ph̄us. melius ē q̄dam neſcire ꝙ̄ ſcire: ſicut vilia. et hoc eſt ratōe vilitatis ergo de talibus nō eſt cura deo. ¶ Item hiero. in expoſitōne ſuper abacuk. abſurdum ē ad hoc deducere dei maieſtatem. vt ſciat per momēta ſingula quot culices naſcūtur quotue moriātur quota pulicū et muſcarū multitudo quotue piſces naſcantur in aquis et ſimilia. Nō ſumus tamfatui adulatores dei. vt duꝫ ꝓuidentiā eius etiam ad yma retrudimus in noſipōs iniurioſi ſimus. candē irratōnabilium et rōnabilium ꝓuidentiā eſſe dicentes. hic videtur dicere ꝙ deus illorum minimoꝝ ſcientiā ſiue prouidentiam nō habebat. Nā ſi omnia ſubſunt ꝓuidentie dei: nota ſunt ab ipō. ergo nō ē eius ꝓuidentia reſpectu illorum viliū. ¶ Solutio. dōm. ꝙ duplex ē cura ꝓuidētie diuīe. vna ē cura diuine ꝓuidētie que generalis eſt. qua res per tempora ſibi debito et determinato ꝯſeruant̄ in ſuo eē a diuina ꝓuidentia. ⁊ hoc mō verum eſt ꝙ eſt ei cura de omnibus. Alia ē cura ſpecialis ꝓuidentie quā ſpecialiter habet de ratōnali creatura. ſm quā erudit ipam. dādo ei p̄cepta et legē: ⁊ ſm hāc nō ē ei cura de oībꝰ. Et de hac loquit̄ apl̄us cū dicit nūquid cura ē ei de bobus: vñ glo. nō de bobus cura eſt vt de eis in lege p̄cipiat. nō ꝓ bobus tm̄ hoc dicit h̄ ꝓpt̄ nos tm̄. Sed generali cura ꝓuidet tam nobilibꝰ ꝙ̄ ignobilibus: quia omnia cōſeruat gubernat et hmōi. ¶ Ad illud quod obijcit̄ ꝑ hiero. habetur ſolutio primo ſententiaꝝ diſtictione. xxxix. Scit itaqꝫ deus quāta ſit multitudo pulicū. culicum et muſcarū ⁊ piſciū. quot naſcuntur quot moriant̄: ſed nō ſcit hoc per momenta ſingula īmo ſimul. vñ Ro. xj. ſuꝑ illo. ex ipō et per ipm̄ ⁊c̄. glo. ars quedam omnipotētis atqꝫ ſapiētis dei plena omnium rōnum viuentiū et omēs vnū in ea: ſicut ipa vnuꝫ de vno. cū quo vnū vniuit oīa deus que fecit ꝑ ipam. et ideo cū decedāt et ſuccedāt tp̄a: nō diſcedit aliquid vel ſuccedit ſcīe vel ſcīe dei. Nō eñ ea que creata ſunt iō ſciuntur a deo qꝛ facta ſunt. ac vō potius iō facta ſunt: qꝛ imutabiliter ſciunt̄ a deo. et h̄ ſatis habet̄ ſuꝑ illud p̄s. velociter ſcribētis. vbi dicit glo. nō vnū poſt aliud ſed oīa ſil̄ ī vno vbo eterno pr̄ diſpoſuit: et ſic ſil̄ ⁊ imutabiliter et ſine ſucceſſione ꝓuidet mutabilibus.

## ¶ Membrum quintū

SEquit̄ querē ꝑ qđ ſit ꝓuidētia. et hoc mō. Primo querendum an poſſit deus ꝯferre creature vt ſe gubernet ſine deo. Secundo vtrū ꝓuideat ꝑ creaturas. Tercio vtruꝫ opari per malos ꝯueniat ꝓuidentie.

## Articulus primus

AD primū ſic. videt̄ eñ cū ſit oīpotens ꝙ poſſit oīa ꝯferre. ꝗ pōt creature ꝯferre vt gubernet ſe. ¶ Cōtra. deus nō poſſet dicē creature. ꝙ nō depēderet a creatore ſm eē. ſic̄ nec poſſꝫ ꝙ eēt a ſe.

Sed ſi daret creature ꝙ gubernaret̃ a ſe: daret illi ꝙ n̄ dependeret a creatore. ğ ⁊c̃. ❡ Itē damaſ. neceſſe ē eūdē eē factorem eorū q̄ ſunt ⁊ ꝓuiſorem. ğ cū nulla creatura ſit a ſe: nulla creatura poterit ſe regē. ❡ Nõ ꝯcedimus dicētes. ꝙ nulla creatura pōt eē ſufficiēs ad ſe regendū ❡ Ad id qđ obijcit̃ ꝙ deꝰ eſt oīpotens. ğ pōt creature cō ferre potentiā regendi ſe. dōm ſm aug. ꝙ quoddā ē nō poſſe qđ magis eſt poſſe q̄ꝫ nō poſſe. vn̄ ꝙ deꝰ nō pōt peccare. ꝙ nō pōt facē aliquā creaturā equalez ſibi. ꝙ non pōt ꝯferre creature ꝙ ſit ſufficiēs ad regēdū ſe: nō dicūt impotentiā deo ſꝫ magis potentiam. vn̄ ſicut derogaret potentie q ponēt creaturā aliquā a ſeipā: ita derogat ſapientie vl̕ bonitati. q ponit creaturā eē ſufficientē ad regimē ſui. vn̄ ꝙ nō pt̃ creatura ſe regē nō ē de impotētia dei ſed de impotētia creature: que tantā virtutē nō poteſt capere.

## Articulus ſecundus

Secūdo querit̃. vtrū deꝰ ꝓuideat ꝑ creaturā Ad qđ ſic aug. ſuꝑ geñ. viij. ad litterā. gemina oꝑatio ꝓuidētie reꝑit̃. ꝑtim naturalis ꝑtim volūtaria. ❡ Naturalis ꝑ occultā dei adminiſtratōꝫ ꝑ quaꝫ dat lignis et herbis incremētū. volūtaria ꝑ angeloꝝ oꝑa ⁊ hoīm. ğ ꝓuidētia diuīa explet̃ ꝑ creaturas ❡ Itē aug. in eodē. ſm primā ꝓuidentie differētiā ē quicquid ī rebꝫ naturali interioriqꝫ motu ꝯgerit̃. q2 ſm aliā ſigna dare. docere. diſcē. ⁊ quecūqꝫ alia ſiue ī hac terrēa ſiue in illa celeſti ſocietate agunt̃. ❡ Itez boetiꝰ. v. đ cōſolatōe. fato hec ipā oꝑa que diſponit multipliciter ac tꝑaliter adminiſtrat. ſiue igit̃ famulātibꝫ quibuſdā ꝓuidētie diuine ſpiritibꝫ fatū exercet̃ ſiue aīa: ſiue tota ī ſeruiēte natura ſeu celeſtibꝫ ſyderū motibꝫ. ſeu angelica virtute. ſeu demonū varia ſolertia. ſeu aliquibꝫ hoꝝ ſeu omnibꝫ fatalis ſeries texitur: illud certe manifeſtū ē immobilez ſimplicemqꝫ gerēdarū rerū eē ꝓuidentiam ❡ Cōtra. Boetius. ꝓuidētia ē diuina rō ī ſummo omniū pꝛīcipe cōſtituta: qua cūcta diſponit. ſꝫ ordinatō cūctoꝝ nō eſt ꝑ creaturam nec diſpoſitio q̄ eſt ſm illam. ğ nec ꝓuidētia. ❡ Item ꝑ ſimile. in rege tꝑali. ꝙ eīn nō ꝓuidet ī regno ſuo ꝑ ſe ſꝫ ꝑ alium: hoc eſt ex defectu. Sed ī rege eterno nō ē defectꝰ: ꝓuidet ğ ꝑ ſe nō ꝑ aliū. ❡ Reſponſio. ꝓuidentia dei dicitur ꝓprie diuina rō qua cuncta gubernāt̃. et hoc mō ꝓuidētia dei ſeipā ſolū ē. Alio mō executio ꝓuidētie. ſ. ipā gubernatio. et hec in pl̕ibꝫ ē ꝑ creaturā. tñ diſtinguendum. q2 cū dicit̃ ꝓuidere gubernare ꝑ creaturā: pōt dicē ſub auctoritate. et ſꝫ mō verū eſt. ⁊ ſignificatur ꝙ vna creatura gubernat aliā. et ſꝫ habet a deo. queādmodū diceret̃. rex gubernat ciuitatē ꝑ p̄poſitum: hoc ē p̄poſitus gubernat et hoc habet a rege. Vel poteſt dicere autoritate et hoc modo falſum eſt. quia eēt ſenſus ꝙ deus gubernaret et hoc haberet a creatura. ſꝫ ecōuerſo eēt verum creatura gubernat aliā ꝑ deum. Simile p̄poſitus regit ciuitatē ꝑ regez. ❡ Quod obijcitur. ꝙ ꝓuidētia eſt diuina rō ī ſummo oīm pꝛīcipe cōſtituta. qua cūcta diſponit. dōm ꝙ duo dicunt̃ ibi. ſ. diuina rō q̄tum ad qđ nō famulat̃ ibi creatura. ⁊ dr̃ diſpoſitō cui famulat̃ creatura: ⁊ ꝑ creaturā pt̃ eſſe diſpoſitio. i. executio diſpoſitōis et gubernatōis creaturarū inferiorū ꝑ ſuꝑiores. ❡ Ad aliud dōm. ꝙ nō ꝓuidē ꝑ ſe ſꝫ ꝑ alium pt̃ eſſe ex triplici cā. vel ex defectu illiꝰ qui debet ꝓuidere: vl̕ ex defectu illius cui debꝫ fieri ꝓuiſio: vl̕ ex ꝑte illius ꝑ quem eſt ꝓuiſio. Ex ꝑte ꝓuidentis: vt cū iſte nō eſt potens ꝑ ſe explere quod vult. vt patet in exēplo poſito de rege. Ex ꝑte illius cui debet fieri ꝓuiſio. vt patet quia ꝓuidentia diuina adminiſtrat inferiores creaturas ꝑ ſuꝑiores: quia inferiores ꝓpter ſuum defectum nō ſunt īmediate ſuſceptibiles diuīe actōis. ſic̃ patet in oculo qui nō poteſt videre ſolem in rota: videt eū in medio. ſ. in aqua vel in ſpeculo. Similiter ꝓuidentia dei adminiſtrat inferiores creaturas ꝑ ſuꝑiores. rōnales aūt creaturas ꝑ ſe: et etiam quaſdā ꝑ alias. vt homines ꝑ angelos et alios angelos ꝑ angelos. Itē ꝓpter vtilitatem illiꝰ ꝑ quem eſt ꝓuidentia: fit ꝓuiſio ꝑ alium. vt deus vult āminiſtrari pauperibꝫ a diuitibꝫ ꝓpter vtilitatē diuitū. vult et̃ quoſdā doceri ꝑ alios. iſtis duabus rōibꝫ multis ꝓuidet deus ꝑ alios. nō ꝓpter primā: quia ſꝫ nō ē ex defectu qui ſit ī deo: ſꝫ ꝓpter defectum creature cui adminiſtratur. vel ꝓpter vtilitatem illius per quam alij āminiſtratur vel ꝓuidetur.

## Articulus tercius

Tercio queritur vtrum oꝑari ꝑ malos ꝯueniat ꝓuidentie. Ad quod ſic aug. in li. lxxxiij. q̄ſti. fieri pt̃ vt ꝑ bonū hoīem ⁊ malū diuīa ꝓuidētia opituletur. ❡ Cōtra. melior ē ꝓuidētia qua ꝓuidetur bonū et ꝑ bonum: q̄ꝫ illa q̄ ꝓuidetur bonū ⁊ ꝑ malū. quia totuꝫ ibi bonum. Sꝫ ſicut dic̃ damaſ. ꝙ quecūqꝫ fiunt ꝑ ꝓuidentiam fiunt ꝯuenientiſſime. ergo diuīa ꝓuidētia ꝓuidet bonum ꝑ bonum nō ꝑ malum. ❡ Itez querit origenes. qua rōe deus ꝓuideret ꝙ ſpūs ꝓphecie loqueretur ꝑ malos ⁊ infideles et ꝑ gentiles: cū tñ contrariū videat̃ Sap̄. j. ſpūs diſcipline effugiet fictū: ⁊ aufert ſe a cogitatōibꝫ q̄ ſunt ſine intellectu. cū ğ infideles ⁊ gentiles habeant cogitatōes ſine intellectu veritatis nō deberet ſpirituſſanctꝰ ꝑ ipōs loqui. quare ergo locutus eſt ꝑ balaam. numeri. xxiij. et ꝑ Caypham. ioh. xj. ❡ Solutio. dōm ꝙ deus etiam ꝓuidet ꝑ malos. ❡ Ad hoc quod obijcitur in ꝯtrariū. dōm ſm aug. ꝙ melius dr̃ dupliciter. ❡ Melius ei dr̃ q̄tū ad aliqđ. vel meliꝰ ſimpliciter vel vniuerſaliter. dōm ğ ꝙ etſi melius eēt q̄tum ad aliquid ꝓuidere bonum: quia melius q̄tum ad illū nō tamē vniuerſaliter. quia malum ī vniuerſitate etiaꝫ ē ad maiorem pulchritudinem vniuerſitatis et ad maiorē gloriam bonoꝝ. et ponit aug. exemplū in ſonis ⁊ ī coloribus. ſicut dicit̃ infra de queſtione de ꝑmiſſione volūtatis diuine. in hoc eīn magna pulchritudo vniuerſi et magna laus bonitatis diuine: ꝙ malos facit ſuire bonis. ❡ Ad aliud rn̄det origeñ. dicēs. agebat̃ ī ira diſpoſitōe ꝓuidentie diuine. vt ꝓphetaruꝫ verba ea que intra iſta heliticam aulam cōtinebātur ꝑ balaam ad gentes ꝑuenirent. cum eis omnes gentes crederēt: et natōibus ſecreta de xp̄o miſteria reuelarent̃. Ratio ğ huius ē. q2 ſpūſſanctus volebat loqui ꝑ illum cui magis crederetur vnde quia gentes infideles magis credebant Balaam infideli q̄ꝫ alij licet malus eſſet. ideo ſpūſſanctus ꝑ eum voluit loqui gentibus. Vel etiam ratio poteſt eē. vt veritas ab aduerſarijs veritatis nūciaretur. et in hoc excellentior appareāt: ꝙ etiam aduerſarij eius eam confiterentur. Similiter de Caypha qui erat ſummus ſacerdos cui iudei credebant. vt credētes ei inexcuſabiles iudei fierent. ⁊ alij. ſ. electi reuerterentur ad cor. Ioh. xv. Si non veniſſem et eis locutus fuiſſem: peccatum nō haberent. nunc aūt nō habent excuſationē de peccato ſuo. ❡ Ad hoc quod obijcit dōm ꝙ ſpirituſſanctus longe eſt ab infidelibus et alijs malis. quia non format eoruꝫ affectum. ſed tamen nihilominus illuminat intellectum eorum et inſtituit ad veritatem ꝓferendam. et hoc non propter ipōs ſed propter vtilitatem aliorum. vnde philipp̄. j. ſiue per occaſionem ſiue per veritatem chriſtus annuncietur in hoc gaudeo. Similiter ſiue per iuſtos ſiue per iniuſtos chriſtus annuncietur ſemper gaudendum eſt.

## Mēbrum ſextum

Poſt hoc queritur de modis prouidētie diuine. ſcilicet quot modis. Ad quod nota quod dicit damaſcenus ꝙ prouidētia hec quidem ſm acceptionem hec quidem ſm conceſſionem. Secūdm acceptionem. vt eorum que per ſe bona. ſiue etiam que in contradictione ſunt bona.

ẜm cõceſſionẽ quã ipẽ vocat derelictionẽ reſpectu eorũ
que ſunt mala. Diſtinguit aũt derelictõem in duas ſpe-
cies. vna ẽ derelictio diſpẽſatiua. i. caſtigatiua ſiue eru-
ditiua. Alia ẽ finalis deſperatiua. Diſpenſatiua võ eſt
que ad directõem et glĩam et ſalutẽ paciẽtis fit ſiue ad
alterius zelũ: et imitatõnem et glĩam dei. Deſperatiua
võ derelictio ẽ qñ deo omnia que ad ſalutẽ faciente hõ
inſenſibilis et incurabilis ex ꝓprio ꝓpoſito permanet: et
tũc traditur ĩ finalẽ ꝑditõem. ¶ Itẽ derelictõem diſpen
ſatiuã ſiue eruditiuã diuidit in ſeptẽ ſpẽs. quarũ pͥma
ẽ. cũ cõcedit iuſtũ incidere in calamitates: vt in eo laten
tẽ virtutẽ alijs manifeſtã faciet: vt in Iob. Secunda ẽ
cũ cõcedit incõuenientiũ quid agi. vt ꝑ opatõez eſtima
tam cõuenientez: magnum quid et mirabile dirigatur.
vt ꝑ crucẽ ſalutẽ hominũ. Tercia cũ cõcedit pati ſanctũ
vt nõ ex recta cõſcientia vel ex data ſibi virtute in ſuper
biã incidat. vt in paulo. ij. ro. xij. Quarta qñ derelinqͭ
quis ad tp̃us in directõem alioꝝ. vt ꝙ ẜm ip̃m intuen-
tes alij inſtruant̃. vt in lazaro. Quinta ẽ qñ derelinqui
tur quis in alterius glĩam: nõ ꝓpter ꝓprium vel parẽtuz
peccatũ. vt in ceco nato ꝓpter glĩam xp̃i Ioh. ix. Sexta
ẽ cum cõceditur quis pati in alterius zelũ. vt gratia eiꝰ
qui paſſus ẽ cõſiderata: impigra alijs paſſio fiat vt in
martiribus. Septima ẽ quia cõceditur quis in nephа-
riã incidere opatõem: in directionẽ alterius deterioris
paſſionis. vt elatus in virtutibus incidere in adulteri-
um: vt ex caſu humilietur. ¶ Sed queritur multiplicitẽ
cum eñ ſit duplex ꝓuidentia vt dictũ eſt. ẜm acceptõem
et ẜm cõceſſionẽ: ſimiliter poſſumus cõſiderare duplici
ter voluntatem beneplaciti. vno mõ ẜm ſe: et ſic eadem
ẽ ꝓuidentia. ¶ Itẽ ꝗ̃tuz ad ſua ſigna que ſunt quinqꝫ. ſ.
p̃ceptio. ꝓhibitio. ꝑmiſſio. cõſiliuz. impletio. Si igitur
ꝓuidentia ſit eadẽ cũ voluntate beneplaciti: ſigna euiſ-
dem erant eadem: ergo ꝓuidẽtia ẜm cõceſſionẽ ſe exten
dit ad hec quinqꝫ ſigna. Contra. ꝓuidentia ẜm cõceſſi-
onẽ totaliter cõtinetur in. vij. differentijs que dicte ſũt
ſed omnes iſte ſeptẽ differẽtie: aut reſpiciũt malũ culpe
vel pene. que vtraqꝫ ſunt in ꝑmiſſione dei et in plenitu-
dine tm̃. nõ ergo eſt eadem ꝓuidentia ẜm cõceſſionem
cũ ſignis voluntatis dei: cum totaliter impletioni ade-
quetur et ꝑmiſſioni. ergo nec ꝓuidentia ẜm acceptõem
erit eadem cũ volũtate beneplaciti. ¶ Itez cum duplex
ſit voluntas in deo ẜm ꝙ diſtinguit damaſce. vna ante
cedẽs qua vult omnes homines ſaluos fieri: et alia cõ-
ſequẽs qua vult electos eẽ in glĩa et reprobus in pena.
Queritur de prima voluntate. vtrũ ad ꝓuidentiam re-
ducatur et videt̃ ꝙ nõ reducat̃ ẜm acceptõez. Nã dicit
damaſce. ꝙ volũtas antecedens eſt ẜm acceptõnez. ẜ q̃-
cũqꝫ ſunt ſub hmõi ꝓuidentia in cõtradictõe ſunt. ergo
neceſſariũ ẽ omnes homines ſaluos fieri: ſed hoc falſuz
quia quidam p̃deſtĩati ſunt ad gloriã. quidã ad penam
p̃ſciti. ergo illa qua vult omnes homines ſaluos fieri ñ
reducitur ad ꝓuidentiã ẜm acceptõem: reducetur ergo
ad ꝓuidentiam ẜm cõceſſionẽ. ſed talis ꝓuidentia ẽ re-
ſpectu eoꝝ que ſunt a libero arbitrio. et requiritur ibi
ſemper aliquid de noſtra voluntate. ergo voluntas dei
ẜm hoc dependeret a noſtra voluntate. qđ ẽ incõueniẽs
ergo voluntas qua vult omnes ſaluos fieri nõ erit a ꝓ
uidentia ẜm acceptõem: nec a ꝓuidentia ẜm cõceſſionẽ
¶ Itẽ queritur que eſt ratio quare ꝓuidentia que ẽ ẜm
acceptõem ẜm ꝙ ꝓprie ſumitur manet indiuiſa: ꝓuidẽ-
tia võ que eſt ẜm cõceſſionem diuiditur in ſeptem. Si-
milis queſtio eſt de voluntate beneplaciti que nõ diuidi
tur: voluntas võ ſigni diuiditur in quinqꝫ vt dictum ẽ.
Reſponſio. ꝓuidentia ſemper reſpicit bonuz. ſed eſt
bonũ ĩ cõtradictõe et illud ẽ bonũ abſolute et ſimplicitẽ
et eſt bonum in cõparatõne hoc eſt ꝗ̃tum ad aliquid de
bono abſolute et ſimpliciter eſt ꝓuidentia ẜm acceptõ-
nez. de bono in cõparation ẽ ꝓuidentia ꝯceſſionis. ẜm
ꝙ diſtinguitur voluntas beneplaciti et ꝑmiſſiõis. Eſt
eñ bonuz quod elicitur ex bono cuius ẽ acceptio. et eſt
bonum quod elicitur ex malo cuius eſt cõceſſio. Itẽ bo-
num elicitur ex malo caſtigatiuo vel ex malo deſperati-
uo. Malum caſtigatiuum eſt preſens malũ: deſperati-
uum eſt malum eterne damnatiõis. poteſt ergo elici bo-
num ex malo temporali. quod reſpicit ꝓuidentia que ẽ
ẜm derelictionem. diſpenſationẽ et eruditionẽ. Itẽ bo-
num poteſt elici ex malo eterno. ſ. iuſticia dei et leticia
ſanctorum. et illud reſpicit ꝓuidentia que eſt ẜm dereli
ctionem et deſperationem. Item bonũ quod elicitur ex
malo temporali aut eſt bonum ꝓprij vel bonuz ꝓximi vł
gloria dei. et ex verbis damaſceni accipiuntur he diffe-
rẽtie. Si eſt bonum quod elicitur ad gloriam dei: ſic eſt
quinta differentia. ſ. qñ derelinquitur quis in alterius
gloriaz vt in ceco nato: Si elicitur bonum ex malo. aut
hoc eſt ꝓpter bonum alterius generale. vt derelictõ xp̃i
in cruce: aut ꝓpter bonum alterius ſpeciale quod eſt du
plex. ſ. in declinando malũ vel faciendo bonum. vel ali-
ter in agendo et ĩ patiendo. ſi bonum in agendo: ſic fu-
it derelictio in lazaro. ſi bonuz in ſuſtinendo hoc modo
derelicti ſunt martires. Item bonum ꝓprium eſt tripli-
citer: et ita ꝓpter bonum ꝓprium eſt derelictio vel in ma
lum pene vt in Iob. vel in malo temptatõnis vt in pau
lo. vel in malo culpe vt in illo qui permittitur cadere in
adulterium vt de caſu humilietur. et ſic patet ratio ĩ li-
bro differentiarum ꝓuidentie quas ponit damaſcenus
¶ Ad primo queſitum dđm. ꝙ ꝓuidentia ẜm acceptio-
nem tripliciter dicitur. vno modo ẜm ꝙ eſt aliquorum
que incõtradictiue bona ſunt nec ſubſunt li. ar. ſicut ſũt
illa que ipẽ deus per ſe et immediate opatur et etiaz na
turalia. Alio modo ſubſunt aliqua diuine ꝓuidentie q̃
egrediuntur non tm̃ a diuina ꝓuidentia: ſed ad hoc vt
ſint: requiritur alterius conſenſus vel nõ reſiſtentia: vt
eſt virginem parere. Tercio ſubſunt aliqua diuine pro-
uidentie que egrediuntur in eſſe non tm̃ a deo ſed etiaz
alio opante vel coopante. vt ſunt boni actus qui ſunt a
li. ar. tribus iſtis modis ſe habet ad res ꝓuidentia ẜm
acceptõez. et ſimiliter illa voluntas beneplaciti. Nihil-
ominus tamẽ ip̃a ꝓuidentia ſe extendit ad aliqua ad q̃
ſe non extendit voluntas beneplaciti. vt patet de aliqui
bus p̃ceptis. ꝙ eñ abraham ymolaret filium ſuũ: iſtud
datum fuit ei a diuina ꝓuidentia. nec tamẽ fuit volun-
tas beneplaciti ꝙ ip̃m ymolaret. Similitez ď libello re
pudij ꝗ̃uis a diuina ꝓuidentia ꝑmitteretur: non tamẽ
fuit voluntas beneplaciti. ſic igitur aliqua ſubſunt ꝓ-
uidentie ẜm acceptõnem que non ſubſunt voluntati be
neplaciti. cum tamen hec duo eadem ſunt. et hoc ideo ẽ
quia voluntas beneplaciti ſe habet ad res vt creans. ꝓ
uidentia võ non tm̃ vt creans ſed aliquãdo vt ordinãs
¶ Ad illud quod obijcitur. ꝙ prouidentia ẜm conceſſio-
nem ſe extendit tm̃ aut ad malum culpe aut pene: ergo
tm̃ eſt ſub permiſſione et adimpletione. Dicendum ꝙ
conceſſio dicitur dupliciter. vno modo prout eſt idẽ qđ
permiſſio: et ſic veruz eſt quod obijcitur. Alio modo di
citur conceſſio illa libertas que conceditur libero arbi-
trio faciendi quod vult ſiue bonuz ſiue malũ. ⁊ ẜ mõ li-
berũ arbitriũ ſe extẽdit ad oĩa illa quinqꝫ q̃ dicta ſunt:
ita ad omnia illa ſe extendit ꝓuidentia ẜm conceſſionẽ
Sed notandum eſt. ꝙ ꝓuidentia ip̃a ſe habet ad res ꝓ
ut iã ſunt in eſſe cõſtitute: et ſic reſpicit impletõem et ꝑ-
miſſionẽ inꝗ̃tum ſic ſunt. qꝛ dicũt rẽ in eẽ. Alia võ tria
ſigna dicuntur reſpectu eorum que fiẽda ſunt nõ vt iaz
facta: ſicut p̃ceptũ. ꝯſiliũ et ꝓhibitio: et iõ in rõe qua ſic
ſunt nõdum ſunt ſub prouidentia. ſed illa eadem cũ ad
eẽ vel completõnem venerint: tunc ſub ꝓuidentia ſunt.
¶ Ad aliud dđm ꝙ ꝓuidentia qua vult omnes homĩes
ſaluos fieri reducitur ad ꝓuidentiam ẜm acceptõem. ẜ
hec ꝓuidentia multipliciter compatur ad res vt dictũ
eſt. vno modo comparatur ad res quarum ipẽ deus eſt
tota cauſa. nec ad eſſe hmõi rerum coexigitur aliqua

concauſa.ſicut li.ar.vel hmōi. ⁊ in hmōi inducit ꝓuidentia neccitateꝫ.⁊ ſimilit̄ ipā volūtas. ⁊ talia ſunt in ꝯtradictōne.vn̄.ix.ro. voluntati eius qs reſiſtet.q.d. nullus. Sed de hac ꝓuidētia vel volūtate nō intelligitur illud: vult omēs hoīes ſaluos fieri. Iſtud eniꝫ ſm aliquē ſaluū fieri: nō eſt tale qꝺ habeat tm̄ eſſe a diuīa ꝓuidentia vel voluntate: ẜ etiā a li.ar.cooꝑante vl̄ coadiuuante. ⁊ in talib⁹ nō inducit ꝓuidentia vel voluntas neccitateꝫ. vnde nō ſequit̄: vult omēs hoīes ſaluos fieri. ergo omnes ſaluabunt̄. nihilomin⁹ tn̄ vult h̄ volūtate bn̄placiti .i. paratus eſt omīb⁹ dare gratiā etiam finalem qua ſaluabunt̄: dūmodo libeꝝ arbitriuꝫ prout debet cooꝑetur. que ideo volūtas antecedens dicit̄: ꝓpter gratiā bn̄faciendi quā preꝑat nobis dn̄s ⁊ pretēdit. Et eſt ſimile de luce. que quantū in ſe omēs illuīat nec tn̄ illuīant̄ ꝓpter aliqꝺ impedimentū ex ꝑte ipoꝝ. ¶ Ad aliud dꝺm. ꝙ ꝓuidentia ſm acceptatōꝫ ⁊ etiaꝫ voluntas bn̄placiti referunt̄ ⁊ creant̄ in ipſo deo. vnꝺ hec eſt voluntas qua quieſcit in ſe deus. de q̄.xij.ro. vt ꝓbetis que ſit voluntas dei bona bn̄placēs ⁊ ꝑfecta. ⁊ de hac ꝓuidentia dicit̄ ꝓuer.xvj. vniuerſa ꝓpt̄ ſemetipſum oꝑatus eſt dn̄s. q2 igit̄ hec duo referūt̄ ⁊ dicūt̄ terminari in deum qui in ſe manet indiuiſus. iꝺo ipſa indiuiſa manet. voluntas ꝟo ſigni ⁊ ꝓuidentia ſm cōceſſionē referunt̄ ad creaturas. ſicut patet de p̄ceptis ꝓhibitionib⁹ ⁊ hmōi. ⁊ ideo diuidūt̄.

## Membrū ſeptimū

Conſequent̄ querit̄ de effectu ꝓuidentie. ⁊ querūt̄ duo. Primo. quis ſit effect⁹ ꝓuidentie. Secūdo. vtrum effectus prouidentie inferat neccitateꝫ rebus.

### Articulus prim⁹

Ad primū quo querit̄. vtꝝ effectus ꝓuidētie ſit ꝙ ꝓducant̄ res in eſſe. vel ꝙ ꝑmaneāt res in eſſe. aut ꝙ gubernent̄ vel ſe extēdant ad omīa iſta. Q2 aūt ad effectū ꝓuidentie ꝑtineat ꝓductio rerū in eſſe: ꝓbat̄ ꝑ Boe. de ꝯſo. qui loquēs de drn̄tia ꝓuidentie dicit. ꝙ ꝓuidentia eſt rerum vt ſint. ¶ Item aug. ſuꝑ gen̄. ad lit. Gemina eſt ꝓuidētie oꝑatio: naturalis ⁊ voluntaria ꝑ angeloꝝ ⁊ hoīm adminiſtratōꝫ. ſm primā arbuſta ⁊ aīalia hn̄t concipi ⁊ naſci: celeſtia ⁊ terreſtria ordinari. ergo ꝓuidentia naſcūt̄ res ⁊ ꝓducunt̄ in eſſe. ¶ Iteꝫ ꝙ ad effectum ꝓuidentie pertineat ꝑmanentia vel ſubſiſtentia: iam ꝓbatuꝫ eſt aucte auguſti. ſuꝑ illud: requieuit de⁹. ¶ Item ꝙ ſe extendit ad gubernatōꝫ ꝓbatur ꝑ dama. Generatio noſtra eſt virtutis conditiue. ꝑmanentia virtutis ꝯtentiue. gubnatio ⁊ ſalus virtutis ꝓuiſiue. Sic ergo ꝓuidentie effectus ſe extendit ad eſſe reꝝ ⁊ ꝑmanentiā ⁊ gubernationem. Contra. penes eſſe reꝝ ⁊ gubernatōꝫ ⁊ prouiſioneꝫ diſtinguit̄ virtus ꝯditiua. ꝯtentiua. ⁊ ꝓuiſiua a Iohāne dam̄. in predicta aucte. ergo cū virtuti ꝓuiſiue attribuit̄ reꝝ gubernatio: tm̄ ſe extendit ꝓuidētia ad rerū gubernatōꝫ. Solo. ꝓuidentia aliqn̄ accipit̄ cōmunit̄: ⁊ ſic ꝑtinet ad virtuteꝫ ꝯditiuā. ꝯtentiuā. ⁊ prouiſiuā. ⁊ ſic ꝑtinet ad virtuteꝫ. ſm hoc res ab ipā ſunt ꝑmanent ⁊ gubernant̄. ⁊ ſic accipit̄ a Boe. in li. ꝯſola. cū determiat de ꝓuidentia ꝑ compatōꝫ ad fatū. Aliqn̄ autē ſumit̄ ꝓprie. ⁊ ſm h̄ attribuit̄ ei gubernatio tm̄. ⁊ tūc etiā diſtiguit̄ virt⁹ ꝓuiſiua a ꝯditiua ⁊ a ꝯtētiua.

### Articulus ſecūdus.

Conſequent̄ querit̄. vtꝝ ꝓuidentia inducat neccitatē ipſis reb⁹ ꝓuiſis. Ad qꝺ ſic. Boe. ordo iſte ineuitabili ꝯnexione ꝓcedēs a fonte ꝓuidētie deſcendēs cūcta ſuis locis tꝑib⁹q3 diſponit. Ex hac aucte pꝫ. ꝙ ineuitabilis ꝯnexio ē in ipis ꝓuiſis a ꝓuidentia. ¶ Iteꝫ boe. dicit. h̄ actus fortūaꝫ hominū indiſſolubili cauſaꝝ ꝯnexione ꝯſtringit. qui cum ab immobilis ꝓuidentie ꝓficiſcant̄ exordijs: ipos qꝫ immutabiles eē necce eſt. Ex hac aucte plane apparēt ꝙ ꝓuidentia inducat reb⁹ neccitatē. ¶ Iteꝫ q̊ꝝ cāe ſunt immutabiles ⁊ necc̄ie: ipſa q3 ſunt immutabilia ⁊ neceſſaria. ob h̄.n. dicit̄ cā neccia ꝙ ꝓducit effectū necc̄iuꝫ. ſed ꝓuidentia eſt cauſa immutabilis ⁊ necc̄ia. ergo res q̄ ab ipā ſunt: ſunt necc̄ie ⁊ immutabiles. Contra. ea que ſunt liberi ar. ſubſunt diuine ꝓuidentie. ẜ ea q̄ ſunt li. ar. nō ſunt ex neccitate. ergo ꝓuidētia nō inducit neccitatem eis que ꝓuidet. Q2 aūt illa q̄ ſunt li. ar. nō ſunt ex neccitate pꝫ. qm̄ ſi eēnt ex neccitate: tūc pc̄m nō imputaretur ipſi libero ar. ⁊ hec rō ſumit̄ ex dictis ipius boetij. Si apud illū oīm reꝝ certiſſimū fonteꝫ nihil incerti eē pt: certus eſt coꝝ euentus q̄ futura illi firmit̄ p̄ſcierūt. q2 nulla eſt hūanis ꝯſilijs actōibuſq3 libertas: q̄s diuina mens ſine falſitatis errore cūcta ꝓſpiciens ad vnū alligat ⁊ ꝯſtringit euentū. fruſtra .n. bonis maliſq3 p̄mia peneue ꝓponūt̄ que nullus meruit liber ⁊ volūtarius motus aīoꝝ. idq3 oīm videbit̄ iniquiſſimū: qꝺ nūc equiſſimū iudicat̄. vel puniri improbos vel remunerari ꝓbos quos ad alterutꝝ ꝓpria nō mittit volūtas: ẜ futuri cogit certa neccitas. Ex his incōuenietib⁹ videtur. ꝙ diuina ꝓuidentia nō imponat reb⁹ ſibi ſubiectis neccitateꝫ. Solo. dꝺm ꝙ diuina ꝓuidētia ſm ꝙ hmōi īducit rebus neceſſitateꝫ ordinis. nec dico neccitatem ꝙ hec res ſit vel illa: ẜ neccitatē ꝙ ordinet̄ poſtq̄ eſt. ⁊ hoc etiā facit in his que ſunt a li. ar. lꝫ mutabilit̄ ꝓcedant i eſſe a li. ar. tn̄ inducit neccitatē ordinis poſtq̄ ſunt ab illo: nō neccitatē ad h̄ ꝙ ſint. ¶ Circa qꝺ notandū. ꝙ multiplex eſt necc̄iuꝫ. Uno modo dicit̄ neceſſariū quod impoſſibile eſt aliter ſe habere vel eſſe: ⁊ hoc ē neceſſariū ſimpl'r. ⁊ hoc modo dicit̄ deus necc̄io eſſe ⁊ ea q̄ ſemper ſunt ⁊ principia phie. ⁊ iſtud eſt necc̄iuꝫ abſolute. Iteꝫ alit̄ dicit̄ neceſſariuꝫ reſpectiue. ⁊ hoc dicit̄ multipl'r: quia eſt necc̄iuꝫ ab h̄. ⁊ ſic dicit̄ necc̄iuꝫ qꝺ ꝑ violentiam inducit̄. ſicut ꝙ graue aſcendit ſurſuꝫ ē necc̄iuꝫ: ſed h̄ ꝑ violentiā. vnde ab illo qui eleuat ipſuꝫ ſurſum eſt ipſa neccitas. Iteꝫ eſt necc̄iuꝫ cū h̄. ſicut necc̄iuꝫ ē ſpirare aīali hn̄ti cor ⁊ pulmonē. Iteꝫ eſt necc̄ium ad h̄. ⁊ h̄ mō dicit̄ medicina necc̄ia ad ſanitatē. nō quia ſine ipſa nō poſſit eē ſanitas: ẜ necc̄ia eſt ad illā hn̄dam. In his ergo q̄ fiunt a ꝓuidētia ē necc̄iū ad h̄: n̄ ab h̄. qm̄ ꝓuidētia n̄ cogit libeꝝ ar. vn̄ nō poſſum ibi dicere neccitatē ab h̄: que ē neceſſitas ꝑ violentiā vel coactōꝫ. Unde dicit dam̄. preco gnoſcit que in nobis ſunt: ẜ nō p̄determiat. nō .n. ꝯpellit virtutē .i. nō ꝓuidet cū coactōne faciēdi. vn̄ necc̄ium ab h̄ nō eſt in his q̄ ꝓuident̄ ab ipſa ꝓuidētia q̄tū ad volūtaria dico: ẜ necc̄iuꝫ ad h̄. q2 cū res eſt a li. ar. ſiue bonū fuerit ſiue malū: ordinat̄ necc̄io ab ipſa ꝓuidētia ad aliqꝺ bonū. nō dico ad iſtud determinatū vel ad illud: ẜ infinite ad aliqꝺ. Et dico ꝙ iſte auc̄tes boetij nō ponūt necc̄iuꝫ euentū ipſius rei mutabilis que mutabiliter ꝓcedit ſiue ſicut inuolūtarijs: ẜ ſolū ponit̄ ꝑ h̄ immutabilitas ex parte diuine ꝓuidētie: que ſingulariter ſtabilit̄q3 facienda diſponit. ¶ Ad illud qꝺ obijcit̄ dicendū. ꝙ nō ſequit̄ ſi ꝓuidētia eſt cauſa necc̄ia ⁊ immutabilis: ꝙ ꝓpter h̄ res omēs ſint immutabiles. qm̄ n̄ ſolum dependent res ex hac cauſa immutabili: immo ex cā mutabili ſibi immediata ⁊ ꝓpinqua ſicut a libe. ar. ſm cui⁹ diſpoſitōꝫ exeūt: cū immediate ab ipſa ⁊ a prima cā mediante ipſa. ⁊ ideo trahūt mutabilitatem ab ipſa vt dicāt̄ mutabiles. ¶ Si obijciat̄. ꝙ prima cā pl⁹ influat q̄ ſecūda. ergo plus debet trahi ad immutabilitatem prime cauſe. verū eſt plus influit q̄tū ad eē. q2 illa non ſine iſta: immo ab iſta. ẜ nō plus q̄tum ad diſpoſitōꝫ eſſe. qm̄ etſi p̄ma cā pl⁹ influat q̄ alia: ſecūda tn̄ influit pl⁹ .i. ampliori ꝯformitate. ideo ei .ſ. ſecūde cīētie ꝯformat̄ res in diſpoſitōne.

## Membrum octauū

Reſtat querere de fidei ꝓuidentia. ⁊ que-
runt̄ duo. Primo querit̄. quare nō poni
tur in ſymbolo ꝓ articulo. Scđo. de erro
re circa ꝓuidentiā.

## Articul⁹ primus

Ad primū quo querit̄. Cū i ſymbolo ſit vn⁹
articulus deū eſſe oīm creatorē: quare ñ po
nitur ſimilit̄ vnus articulus deū eē oīm gu
bernatorē: Et videt̄ ꝙ deberet eē. qꝛ ſicut fides ſuppoīt
ꝙ deus ſit oīm creatoꝛ: ita tenet ꝙ eſt oīm gubernatoꝛ
⁊ ꝯſeruatoꝛ. ¶ Itē querit̄. cū in ſymbolo ſint diuerſi
articuli vt excludant̄ ꝑ ipſos hereſes incidentes ꝯ veri
tatem fidei. ſ; ſicut erant hereſes incidētes circa creati
onē. ſ. manicheoꝝ: qui ponebant duplex eſſe reꝝ prin
cipiū. ſ. deum lucis: ⁊ tenebraꝝ deū. ita errabant aliq
circa gubernatōnē ſeu ꝓuidentiā. ſicut epicuri: q po-
nebant omīa eſſe a caſu ⁊ nihil eſſe ꝓuidentiā. ſicut ꝰ
fuit articulus excludens errorē manicheoꝝ circa crea
tionē: ita debuiſſet articul⁹ eſſe excludens errorē epi-
curoꝝ ꝯtra ꝓuidentiam. ¶ Solutio. dicim⁹ ꝙ verū ē
ꝙ ꝑ articulos poſitos in ſymbolo debent excludi here
ſes. inter articulos igit̄ quidā ſunt qui ꝑtinent ad oꝑa
creationis. quidam ad oꝑa recreatōis: ſicut illi q ſunt
de incarnatōe ⁊ paſſione. quidam vō ad oꝑa iuſtifica-
tionis ⁊ gloꝛificatōnis: ſicut vltimi articuli ſymboli.
Quoniā aūt circa articulū creationis ab initio erroꝛ
erat circa principiū creatōis. qm̄ quidam ponebāt ꝙ
vnum principiū boni ⁊ aliud mali. Alij ꝙ vnū erat pn
cipiū ſuꝑioꝝ: aliud inferioꝝ. Itē alij. ꝙ vnus erat cre
atoꝛ ſpūaliū: alius coꝛꝑaliū. Iſtis ꝰ erroꝛib; qꝛ vige-
bant q̄i a principio: opoꝛtuit opponi articulos explici-
te ꝑ quos excluderent̄. Sed quia hereſis circa ꝓuidē-
tiam vel gubernatōē nō erat ita a principio: ſufficit ꝙ
hmōi erroꝛ excludat̄ implicite ꝑ aliquē articuloꝝ. vñ
dicimus ꝙ bñ excludit̄ cū ponim⁹ deū creatorē. Cum
enim dicim⁹ eū creatorē: ſilr̄ dicim⁹ eū gubernatoꝛem
⁊ ꝓuiſorē. ſicut dicit dam̄. Et eſt ſimile ꝙ de⁹ ſex die-
bus creauit vniuerſū. ibi ꝑ creatōē intelligit̄ diſtinctō
ꝑiter ⁊ oꝛnatus. Similit̄ cū dicim⁹ deū creatorē: innu-
imus ſimul creatōē. gubernatōē. ⁊ ꝓuidentiā. ⁊ ſic pꝫ
rñſio ad illud quo querebat̄. ad excludendū aūt errorē
illoꝝ qui ponebant vnū principiū boni ⁊ aliud mali:
dicimus ſufficere articulū de creatore. Cū. n. dicim⁹ eū
eſſe creatorē: intelligimus ꝑ hoc eſſe principiū oīm q̄
ꝑ creatōē in ſe ꝓducūt̄. ſm ꝙ dicit̄ eccī. xviij. Qui viuit
ineternū creauit oīa ſimul.

## Articul⁹ ſecund⁹

Conſequēt̄ querit̄ de errore circa diuinā ꝓ-
uidentiā. Et querit̄ qui magis peccāt: an q
negant diuinā ꝓuidentiā eſſe: an illi q ipāꝫ
ponūt: ſ; ipſum auctorē. ſ. deū accuſant ſcꝫ de malis. di
cendo ꝙ nō bñ regit ꝑmittendo mala fieri. ¶ Ad quod
ſic obijcit̄. ꝙ illi q negant ꝓuidentiā deterius peccant:
quia tales ſunt infideles. qꝛ credūt deū nō omīa ſcire
vel gubernare. ꝰ ſi infidelitas eſt maximū pctm̄ qđ ē ꝯ
fundamētū totius boni. ꝰ tales deterius peccāt. ¶ Itē
. j. coꝝ. iij. ſi cui⁹ opus manſerit qđ ſuperedificauit ⁊c.
dicit glo. ꝙ ſi ꝑfidi ineternū pereant ꝓdeſt illis ex ꝑte
credidiſſe xp̄m. ꝰ illis ꝓdeſt ꝙ credūt ⁊ ponūt ꝓuiden-
tiā. ꝰ illi magis peccāt qui negant illam ꝓuidentiā.
¶ Cōtra. eſa. xviij. ve terre cimbolo alaꝝ. Glo. hiero.
dicit epicurus nō eſſe ꝓuidentiā: ⁊ voluptatē eē ſūmū
bonū. ſ; illi peioꝛes qui ꝓuidentiā recipiūt ſ; auctorem
accuſant q̄i inutilia fecerit dñs. ꝰ iſti ſecūdi peius pec
cant ꝙ̄ alij. ¶ Rñſio. dđm ꝙ illi peius peccāt ⁊ deteri⁹
q ponūt ꝓuidentiā ſ; accuſant auctorē. ⁊ qđ obijcitur
ꝙ ꝓdeſt illis credidiſſe: dicimus ꝙ hec glo. vult dicere
ꝙ ꝓ illo ꝙ crediderūt nō punient̄: ſ; alij punient̄ q non
crediderūt. iſti aūt nō punient̄ ꝓ illo. tñ grauius ⁊ acer
bius punient̄ ſimplicit̄: quia ſcientia fidei in ipīs agḡ
uat peccatū ſuū rōne ꝯtemptus. vnde Iaco. iiij. ſcienti
bonū ⁊ nō facienti peccatū eſt illi. Et luce. xij. dr̄. Ser-
uus qui ſcit voluntatē dñi ſui ⁊ nō facit: plagis vapu
labit multis. qui aūt ñ cognouit vapulabit paucis. vñ
pꝫ ꝙ grauius eſt peccatū illud. quia graui⁹ punit̄. ⁊ ſ;
ꝓpter ꝯtemptū. ¶ Nihilomin⁹ tñ alius punit̄ rōne igno
rantie eoꝝ que ſunt nccīa ad ſalutē: ꝓ qua nō alius.
vnde. j. coꝝ. xiiij. ignoꝛans ignoꝛabit̄. quia cū poſſꝫ ſci
re que ſunt neceſſaria ad ſalutē: ignoꝛauit tamen illa
ex quo punit̄. Alius aūt rōne ꝯtēptus qui occaſiona-
liter ex ſcientia generat̄.

## Queſtio. xxvij. de fato.

Conſequēter querē
dum eſt de fato. Primo. an ſit. Secū-
do. quid ſit. Tercio. quoꝛū ſit. Quar-
to. in quibus radicaliter ſit. Ultimo.
de ꝯcoꝛdantia liberi arbitrij cū fato.

## Membrum primū

Circa primū ſic procedit̄. Boetius in li.
de conſolat̄. Fatum eſt rebus mobilibus
inherens diſpoſitio. ꝑ quam ꝓuidentia
ſuis queqꝫ nectit oꝛdinib;. ſ; diſpoſitō ex
iſtens in rebus mobilibus aliquid eſt. ꝰ fatum aliqd
eſt. ¶ Contra. Greḡ. in omel. epiphaīe. Abſit ſ; a fide
liū coꝛdib; vt fatum aliqd eſſe dicant. ꝰ fatum nihil ē.
¶ Item ꝓuidentia diuina eſt cognoſcitiua eoꝝ que fu
tura ſunt. precognitio aūt dei nihil relinqt in reb; fu-
turis. qm̄ ſi relinqueret cū ipſa ſit ab eterno: eſſet aliqd
in reb; futuris ab eterno. ꝰ ex ꝓuidētia nihil relinquit̄
in reb; ꝓuiſis. quare ſi fatū ſicut dicit boe. eſt diſpoſi-
tio i mobilib; relicta ex diuina ꝓuidētia: cū nihil aliđ
a ꝓuidētia diuina relinquat̄ in reb; futuris. aut fatū
ſimplr̄ nihil erit: vel nō erit aliud a diuina ꝓuidentia.
¶ Ad qđ dđm. ꝙ fati duplex eſt acceptō. Una ſm quā
dicit̄ ex aſtroꝛum: que rebus ſingularib; dicit̄ inducere
neceſſitatē ⁊ etiā li. ar. ⁊ ſm hanc acceptionem dicit
auguſti. ꝙ fatum eſt ius poſitōnis ſiderū qua exiſten-
te qñ quis concipit̄ vel naſcitur: cognoſcit̄ qualis futu
rus ſit. ⁊ ſic acceptum nihil eſt vt dicit greḡ. Alia ē ac-
ceptio fati ſm quam dicit̄ quedam diſpoſitio ſiue ꝯne-
xio relicta in rebus temꝑalibus a ſummo artifice ſiue
a diuina ꝓuidentia. ⁊ ſm hoc ſic diffinit̄ a Boe. Fatū
eſt eoꝝ que diuina ſimplicitas gerenda diſpoſuit mo-
bilis nexus atqꝫ oꝛdo temꝑalis. Et ſic ſumptū aliquid
eſt. ⁊ diffinitur a boe. ſicut dictum eſt. Fatum eſt rebus
mobilibus inherens diſpoſitio. ¶ Ad hoc quod obij-
citur. ꝙ ꝓuidentia nihil relinquit in rebus prouiſis ſi
cut nec p̄cognitio. Dicendum ꝙ ꝓuidentia ⁊ habet ra
tionē cognoſcitiue: ⁊ rationē factiue. ꝰ q̄ꝛtum ad rati
ones cognoſcitiue nihil relinquit̄. nec ſic ab ea dicitur
relinqui fatum: ſ; vlterius habet rationē faciēdi. vir-
tus aūt factiua relinquit aliquid in factis. vnde etiam
boe. dicit. ꝙ non dicit̄ preuidentia ſ; ꝓuidentia. Et da
maſcen⁹ etiā dicit. ꝙ eſt volūtas: ⁊ nō ponit eam tm̄ in
cognitiua. Ab hac ꝰ prout eſt factiua ⁊ nō entiū tm̄ ſ;
mobiliū ſupra. ⁊ non factiua tm̄ ſ; etiam gubernatiua
relinquit̄ fatum. ⁊ ideo fatum eſt aliquid. ſ. ipſa diſpo
ſitio relicta in reb; mobilibus. non ſolum rōne eius ꝙ
erat factiua prouidentia: ſ; rōne eius ꝙ erat guberna-
tiua. in gubernatiōe enim ſonat hoc verbum nectit qđ
ponit̄ in diffinitōne boetij. ſ. poſita.

## Membrum ſecūdū

Secundo querit̄ quid ſit fatum. ⁊ habet duos articulos. Primo querit̄ quid ſit fatum ſm rem. deinde quid ſit ſm diffinitionem.

### Articulus primꝰ

Conſeqnter querit̄ de hoc noīe deus ſꝫm ꝙ accipit̄ ſubſtātiue vel naṫaliter vtrū ſit nomē opatōis. qd̄ expſſe dicit ioh. damaſ. Un̄ dic. ꝙ ſcd̄m nomē dei ē theos. i. deus. qd̄ dicit̄ vl' ab eo qd̄ eſt theim qd̄ eſt currere et fouere vniuerſa: vel ab ethim. i. ardens. deus eīn ignis cōſūmēs ē oīnem maliciam. vel a theaſte. i. a ꝯſiderādo oīa. nulla eīn eum latent. et poſtmodū ſubdit ꝙ ē nomē opatōis. ¶ Contra amb. deꝰ nomē ē naṫe ⁊ dn̄s nomē ē ꝑtatis. cū ergo ſit nomē naṫe nō eſt ergo nomē opatōis. ¶ Itē ſi ħ nomē deus eſt nomē opatōis. ergo dr̄ ꝑ habitudīem ad creaturā ſicut hoc nomē creator. ergo nō decet poni in alia dr̄ia noiatōis nomē opatōis et nomē habitudīs. ¶ Itē ſi hoc nomē deus dicit̄ ab eo ꝙ ē currē ſiue fouē. qꝛ diſcurrit ꝑ oīa et fouet oīa. vel ab eo ꝙ videt oīa. vel ab eo ꝙ cōſumit malū. ſed he opatōes dicūtur in hītudīe ad creaturā: relinquit̄ igit̄ ꝙ nō eſt nomē hītudinis. ¶ Item cū fouē ſit actus bonitatis. vidē actus ſapiētie ꝯſumere vō actus ꝑtatis: boītas aūt appropriat̄ ſpūiſ. ſapīa filio. ꝑtas pr̄i: videt̄ hoc nomē deus rōne vnius ꝓprietatis appropriatū pr̄i. rōe alteriꝰ appropriatū filio rōne tercie appropriatū ſpūiſcto. ¶ Reſpōſio nomen opatōis dicit̄ duobꝫ modis. vno mō nomē impoſitum ab opatōe. Alio mō nomē ſignāa opatōꝫ. Primo mō dic damaſ. ꝙ ħ nomē deꝰ ē nomē opatōis. qꝛ impoſitū eſt et ſumptū ab opatōe fouēdi vidēdi vel cōſumēdi. ꝑ q̈s opatōes a creaṫa mūdi cognoſcit̄ ſempiterna v̇tus eius et dinitas. Secūdo mō nō eſt nomē opatōis. immo ſignificat ipam dinam naṫam inquātū hmōi. ⁊ ad illā ſignificādā impoſitū eſt. Q̄tū ergo ad illd̄ a quo imponit̄ dr̄ a damaſceno nomē opatōis. ꝗtū ad illud cui imponit̄ dic ambro. ꝙ eſt nomē naṫe. et ꝑ hoc ſoluitur primū et etiā ſcd̄m. Nā hoc nomē creator et imponit̄ ab opatōne creatōis et ſignificat creatōꝫ vt in cauſa creante. et ideo nomē eſt habitudīs. ¶ Ad terciū dicendū. ꝙ opatio dei pt̄ cōſiderari duplicit̄. ſꝫm potētiā ſiue habitū: ⁊ actū. ſꝫm potētiā et habitū debet ītelligi opatio ſiue fouēdi ſiue videndi ſiue cōſumēdi: ſꝫm ꝙ ab opatōne hoc nomē deus īpoīt̄. ſꝫm actū vō intelligitur opatio a qua īponit̄ hoc nomē creator. et iō̄ iſtud nomen ē hītudinis ad creaturā nō aūt hoc noc nomē deꝰ. Preterea ē opatio dei qua agit: ⁊ eſt opatio quā efficit queādmodū in ſole lucē eſt opatio qua agit et ſemꝑ eſt in ſole: et illuīare eſt opatio quā efficit in ꝑſpicuo ſuſceptibili. Nomē ergo opatōis vt qua deꝰ agit ē ħ nomen deus. nec hmōi opatio dicit̄ in hītudine ad effectū. vn̄ hoc mō debēt intelligi ille opatōes a qua hoc nomē deus impoīt̄: velut lucere qd̄ nō dicitur in compatōe ad aliqd illuſtratū vel illuīatum. Nomen vō opationis quā agens efficit neceſſario ponit hītudīem ad effectū ſicut ſi diceret̄ ſol lucēs et illuīator. lucens dicit̄ reſpectu actionis abſolute et qua agit: illuīator vō ab opatōne quā efficit. lucēs abſolute: illuīator in hītudīe. ita hoc nomē deꝰ ſiue īterp̄tet̄ fouēs ⁊c̄. dicit̄ abſolute: ſed creator dr̄ in habitudine. hec aūt debent intelligi inq̄ntum dicūt habitudīem in cā ⁊ nō actū in effectu. ¶ Ad vltimū quod querit vtrū ſit appropriatum. dico ꝙ non ſed appropriabile. n̄ eīn ſig̃ficat has opatōnes ſꝫ ab his opationibꝫ imponitur ipi nature.

## Mēbrum ſecundum

Conſeqnter querit̄ de cōſig̃ficatōne huiꝰ noīs deus et hoc ꝗtum ad numerum ſingularem et pluralem. Q̄tum ad ſignificationem pluralē q̄rit̄. an hoc nomē deꝰ inquātū dicit̄ ſubſtātiue poſſit dici pluraliter. Querit̄ ergo primo vtrū vere dici poſſit plures dij. Ad qd̄ ſic. Idem ē deꝰ qd̄ hn̄s dinā naṫam. ſꝫ pl'es ſunt hn̄tes diuiam naṫam ſcꝫ tres ꝑſone. ¶ Itē. j. gen̄. vbi nos hēmꝰ in p̄cipio creauit deus ⁊c̄. hebreus habet heloym qd̄ interp̄taṫ dij vel iudices ſic hēt̄. ij. diſ. j. li. ſniaꝝ. ergo v̇itas hebraica ꝑdicat pl'es deos. ¶ Itē deꝰ ē nomē opatōis vt dictū ē. ſꝫ opatō dei deſignat̄ pluralit̄ Ge. iij. Faciamꝰ hoīem ad imagīem ⁊c̄. Actio eīn numerat̄ ſꝫm ꝑſonas: ꝗ ſil'r poterimꝰ dicē pl'es deos. ¶ Itē forma hꝰ termī deꝰ q̄ reſpicit eē dinū pt̄ ſig̃ficari pl'aliter ꝑ ħ nomē dine cū dr̄ tres ſūt ꝑſone dine. ¶ Itē ſuppoſitū huiꝰ termī deꝰ pt̄ ſignificari pl'aliter qꝛ ſuppoīt ꝑſonas. ꝗ cū rōe forme cū rōe ſuppoſiti poterit ſignificari pl'alit̄: ꝗ vere poterit dici plures dij. ¶ Cōtra ſymbolū athanaſij nō tres dij ſꝫ vnus ē deus. ¶ Itē querit̄ vtrū poſſit in plurali deſignari ꝯgrue. ad qd̄ ſic. idē ſignificat hoc nomē deꝰ qd̄ dina eēntia. niſi qꝛ ī maiori abſtractōe ſig̃ficat ħ nomē eēntia. ſi ꝗ ħ nomē eēntia qd̄ ſꝫm aug. proprie dr̄ de deo dr̄ ꝯgrue pl'alit̄. ꝗ et ħ nomē deꝰ. ¶ Itē ħ nomē principiū creaturaꝝ hꝫ plurale. qꝛ vere dicit̄ ꝙ monichei credūt pl'a p̄cipia creaturaꝝ. ſꝫ equipollent p̄cipiū creaturaꝝ ⁊ deꝰ: ꝗ ħ nomē deus hꝫ pl'e. ¶ Iteꝫ ad gal'. ſeruiebatis his q nō ſūt dij. glo. nō ſūt dij naṫa ſꝫ opinione hoīm. ꝯgrue ergo ibi negat̄ hoc nomen dij pl'ale ſꝫm ꝙ ſignificat naturalit̄ deū: ergo hoc nomen deus ꝓut accipit̄ natutaliter ponit̄ cōgrue in plurali. ¶ Item ad idem. eſt: itaqꝫ non tres dij. ¶ Contra. j. corinth. viij. Et ſi ſunt dij multi. glo. adoptiue vel nuncupatiue: nobis tñ vnus eſt deus. qui ē deus naṫalit̄. ergo incōgrue dicet̄ plures dij ꝗtum ad naturalē ſignificatōem. Itē ibibidē dicit̄ nō eſt deꝰ niſi vnꝰ. ergo hoc nomē deus eſt ꝓpriū dei: ergo nō habet plurale. ¶ Itē querit̄ de cōſignificatōe ſingularis vtrū hoc nomē deꝰ ſꝫm ꝙ accipit̄ adoptiue habeat ſingulare. Nam ī pluralī loquūtur ſcripture. ego dixi dij eſtis. et ad hoc facit ꝑdicta auctoritas. j. ad chorinth. viij. qua dicitur ſi ſunt dij multi adoptiue nuncupatiue: nobis tamē vnꝰ eſt deus. Ex quo relinquitur. ꝙ pluraliter debet dici dij adoptiue non ſingulariter. ſimiliter et nuncupatiue. ¶ Contra. exo. vij. Conſtitui te deum pharaonis conſtans eſt ꝙ ibi deus dicitur adoptiue et tñ ī ſingulari. Item ſicut bonum dicitur dupliciter. ꝑ eſſentiā de creatore: ꝑ ꝑticipatōem de creatura. ſic hoc nomen deus.

ſi ergo hoc nomē bonū acceptū p pticipatōem cōuenit creaṫe in ſingulari: et hoc nomē deus cōuenit viro ſancto in ſingulari. ¶ Item cū hec poſſit eſſe vera aliq̄ mō petrus eſt deus. et hoc ꝓpter cōem rōem. nūquid poterit hec eē vera ydolū eſt deus ꝓpṫ rōem que eſt ſm opinionem ydolatre. ¶ Rñſio ad primum dōm. ꝙ h̄ nomen deus nec vere nec ꝓprie dicit̄ in plurali: ſm ꝙ accipit̄ naṫaliter. et ratio eſt ex illa regula. nō habꝫ locū diſtinctio vbi nō eſt ex diuerſis vnio. Vñ qꝛ ē vna deitas in trib9 pſonis nō multiplicata ſ; vna eadem: neccē eſt tres pſonas vnū eſſe deum nō plures ſ; vnus deus. ¶ Ad primū ergo dōm. ꝙ queadmodū in alijs cū dico hūanitatem: dico ꝙ hō eſt. cū dico hoiem. dico ꝙ ē. cuꝫ dico petrū: dico qs eſt. Scdōm hoc dici pṫ in dīnis. cuꝫ dico trinitatē: dico ꝙ deus eſt. cū dico deū: dico ꝙ ē. cū dico patrē: dico quis eſt. Cū ergo obijcit tres ſunt habētes diuītatem. diſtinguendū quia habens dīnitatem dicit̄ dupliciṫ. vt ꝙ eſt vel quis eſt. vt qd̓ eſt. ſic dicitur p hoc nomē deus. vt quis eſt: p hoc nomē pater. Tres ergo ſunt habentes diuinitatē vt quis eſt. nō ſunt aūt tres habētes diuinitatē vt qd̓ eſt: ſed ſunt tres pſone. i. tres hn̄tes diuītatē vt qs ē. Scdōm hoc ḡ dicendū. ꝙ cū dicitur deus dicit idē qd̓ hn̄s diuinaꝫ naturā. pticipiū debet reſolui p ꝙ nō p qui. vt ſit ſenſ9 de9 dicit ꝙ ē hn̄s diuinā naturā ⁊ ſic hn̄s dīnā naturam ē vnū ſolū. Cū vō dicit̄ pſona d̓ patre aut de alia pſona eſt habēs diuinā naturā. pticipiū debet reſolui p qui eſt. nō p ꝙ ē vt ſit ſenſus. pater et filius ſunt hn̄tes diuiam naturam. i. qui hn̄t. nō tn̄ ſequit̄ ergo ſut dij. cōmutaṫ eīm quis eſt in qd̓ eſt. ſiue ratio dicēdi pſonaliṫ in rōem dicendi ſubſtātialiter. ¶ Ad ſecūdū reſpōdeṫ ꝙ ſic̄ ī greco alia ꝓprietas ſermōis eſt q̄ in latīo. ſilr̄ in hebreo. Vñ grecis dicētib9 tres ypoſtaſes ſm ꝓprietatē ſui ydeomatis. nō tn̄ nos dicimus tres ſubſtātias: cū tn̄ ypoſtaſ idem ſit qd̓ ſubſtātia. ex hac rōne. qꝛ hoc nomē ſubſtantia in latina lingua indifferēter ſe habet ad deſignationem eēntie et ſuppoſitoꝝ eēntie. in greco vō ypoſtaſis eſt nomē ſuppoſiti eēntie. iō qd̓ in greco ſine ambiguitate dicit̄ tres ypoſtaſes ꝓ trib9 ſuppoſitis pſoīs: ambigue diceretur latina lingua tres ſubſtātie. ſermo aṫ catholic9 debet eſſe certus nō ambigu9. Siṁ mō iuxta ꝓprietatem hebraici ſermōis ꝯueniēter dicit̄ heloym. appropriatū eīm ē ſuppoſitis eēntie. et iō ꝯueniēter plr̄aliter ponit̄ rōe ſuppoſitaꝝ pſonaꝝ. apud latīos vō h̄ nomē deus plr̄aliṫ deſignaret nō ſolū pluralitē ī ſuppoſitis. imo pluralitatē eēntie ī ſuppoſitis. ¶ Ad terciū dicendū. ꝙ q̄uis h̄ nomē de9 ſit nomē opatōis. pter h̄ hꝫ ītellectū ſubſtātie pfecte ⁊ p ſe ſtātis. opatō aūt diuia ſignificaṫ duplr̄. adiectiue ſiue verbaliṫ. qꝛ verba ſignificāt īadiacētia. et iō ꝓpṫ plr̄alitatē pſonaꝝ plr̄aliṫ ſignificaṫ cū dicit̄. faciam9 hoiem ad imagiem. Aliqñ vō ſubſtātiue ⁊ noīaliṫ nō p modū adiacētis. q̄ qdē opatō ē eadē qd̓ dīna ſba ⁊ iō ñ recipiet plr̄alitatē. ¶ Ad q̄rtū dōm. ꝙ forma hui9 termī deus pṫ plr̄aliter ſignificari reſpectu pluriū ſuppoītoꝝ. ſic̄ qñ ſigficaṫ īadiacētia p hoc nomē diuīe. vt cū dicit̄ pſone diuīe. ſ; nō pṫ pluraliter ſignificari ad hoc vt ī ſe recipiat pluralitatē vel diſtinctōꝫ. Ad h̄ aūt ꝙ hoc nomē de9 hrēt plr̄ale exigereṫ ꝙ hrēt diſtinctōꝫ et multiplicareṫ in ſuppoſitis. ¶ Ad illud qd̓ ſcdō q̄rit̄. vtrū hoc nomē deus poſſit pluraliṫ cōgrue deſignari. dōm ꝙ nō. qꝛ cū ſit abſolutiſſimū et nomen ſimplicis nature importat oīes ꝯditōes q̄ faciunt ipm̄ ꝓprium abſolute et ſimplicis nature. qd̓ ꝓhibet vt non poſſit pluraliter deſignari queadmodū nec ꝓprium. ¶ Ad illud quod obijcit de eēntia patet reſpōſio ex predictis. nam ſi hoc nomē eēntia intelligaṫ ī ſua generalitate. predicare poteſt de oīibus eſſentijs. vñ poteſt habere plurale. ſed ſi intelligeretur cum preciſione eſſentia ſeip̄a ens et non alia. ꝓprium eſt diuīe eēntie nec recipit pluralitatem. talis eīm eſt vna ſola. et iō non poteſt intelligi nec deſignari pluraliter. ¶ Ad ſecundum ꝙ duo ſunt genera eoꝝ que predicanṫ de pluribus ſed non de vno ſolo. vnum eſt cuius imaginatio non prohibet ip̄m predicari de pluribus. ſed ip̄a res. ſicut ſol et luna. Aliud eſt cuius imaginatō ꝓhibet ip̄aꝫ predicari de pluribus et ip̄a res. vt ſoṙ. et talis differētia ponitur inter hoc nomen deus et primum principium creaturarum. quia hoc nomen deus ſm rem nō cōuenit pluribus naturis et eius imaginatio iſtud ꝓhibet. Iſte vō terminus principiū creaturarū ſm rem non cōuenit pluribus naturis. ſed tn̄ eius imaginatio iſtud non prohibet q̄uis tamen iſtud prohibeat verus intellectus. et ideo q̄uis primum principium creaturarum poſſit dici pluraliter. non tamen hoc nomen deus. ¶ Ad alid̓ vō dicendum. ꝙ qñqꝫ p vocem non ſimpliciter ſignificatiuā in coordinatione inſtructōis melius deſignatur intentio dicentis q̄ p ſignificatiuā. vnde et apud poetas ſolent dicere duo vates in coordinatione cōſtructionis: ita et ī expreſſione veritatis fidei p vocem nō ſignificatiuā melius exprimit̄ intentio vt in ſymbolo. nō plures dij ⁊c̄. i. nō ſunt plures nature q̄ꝝ quelibet ſit deitas. et ad Gal̓. Seruiebatis his q non ſunt dij. ¶ Ad illud qd̓ cōſeq̄nter q̄rit̄ vtruꝫ de9 hēat ſinglr̄are ſm ꝙ ſumit̄ adoptiue. dōm ꝙ non ꝓhiberet cōgruitas qn habet ſingulare: ſ; ip̄a ꝓprietas dicendi ꝓhibet vt in enūciatione nō dicaṫ ſine determiātione. Unde ſcriptura nō dicit de moyſe ꝯſtitui te deū ſ; deū pharaonis hoc ē potentē ſup pharaonē diuinit9. ¶ Ad illud vō qd̓ querit̄. an aliq̄ mō ſit vera iſta. ydolū ē deus. dōm ꝙ nō: niſi cū determiatōe trahēte extra rōem. vt ydolū ē de9 illi. ſimplr̄ ḡ iſtud nomē deus cōueīt deo vero. ſm qd cū determiatōe vt hui9 vel illi9 cōuenit viro ſcṫo. Scdōm qd vō cū determiatōe vt illi pṫ cōuenire ydolo. Vñ ydolum eſt deus ydolatre.

## ¶ Membrum terciū

Conſeq̄nter q̄rit̄ de ſuppoſitōe hui9 noīs deus. circa qd̓ fuerūt due pricipales opiniones. Quorūdam opinio fuit. ꝙ hoc nomen deus ſic erat eēntiale vt ſupponēt ꝓ eēntia ꝓprie tn̄ ex adiūcto vt determiatōne pſonali trahit̄ extra ꝓpriā rōem ad ſupponēdū ꝓ pſona. vñ cū dicit̄ deus ē: nullo mō ſupponit̄ ꝓ pſona. cū dicit̄ deus generat. ex adiūcto ṫhit̄ ad ſupponendū ꝓ pſona. Aliorum vō opinio ē ꝙ hoc nomē de9 ſignificet naṫaꝫ. ſ; ex mō ſue ſignificatōis q̄ eſt ſignificās naṫaꝫ vt ꝙ ē. ꝙ eſt aūt cōuenit et naṫe ⁊ rei nature. iō hoc nomē de9 ſupponit qñqꝫ naturā vt cum dicit̄ deus eſt tres pſone: qñqꝫ vō ſupponit pſonam: et hoc differenṫ. qñqꝫ ꝓ vna tm̄: vt de9 genêat. qñꝫ ꝓ duab9: vt de9 ſpirat. qñqꝫ ꝓ trib9 vt īuiſibili ſoli deo ⁊c̄. j. thi. vlṫ.

## ¶ Articul9 prim9

Contṙ pmā opīoꝫ obijciūt. ī pſ̄. dꝛ. Bñdicat nos de9 deus nr̄ benedicat nos deus: et metuāt eū ⁊c̄. et dicit ambro. ꝙ trina confeſſio trinitatem exprimit pſonaꝝ. ſed ibi nō ponit̄ determinatio aliqua pſonalis cū dicitur benedicat nos deus ⁊c̄. hoc ergo nomē deus ꝓprie ſupponit pſonam. ¶ Iteꝫ hoc nomē hō ꝓprie ſuppoīt ꝓ oīi eo cui ineſt hūanitas et hoc nomē aſin9 ꝓ oīi eo cui ineſt aſinitas ⁊ ī ſiſib9 ſilr̄ ḡ hoc nomē de9 ꝓprie ſuppoīt ꝓ oīi eo cui ineſt diuinitas. ḡ ſuppoīt ꝓ prē ⁊ filio et ſpūſcṫo. ¶ Itē h̄ nomē deus impoſitū eſt a diuītate. aut ergo p̄ciſe impoſituꝫ ad illumiandum eēntiā: aut ad inſinuādam eēntiā ⁊ pſonā. Si p̄ciſe ad inſinuādam eēntiā: ergo idē dicetur penitus cum dicit̄ eſſentia et deus. ſ; hec ſimpliciṫ eſt falſa. eſſentia diuina genuit eſſentiam: ergo et hec de9 genuit deū. qd̓ ē ꝯ ſcṫos Si aṫ ad īſinuādā eēntiā ⁊ pſonā: ḡ hꝫ ſupponē pſonā. ¶ Itē poſito ꝙ iſte dicat de9 fili9 eſt. ali9 dicat deus pr̄ eſt. obijcit̄ ſic. vterqꝫ loqṫ de deo.

queritur quõ accipiat̃ hoc nomẽ deus. nam eſſentiam nõ ſupponit: qꝛ neuter loquitur de eſſentia: ergo ꝑſonã ſuppoĩt. ¶ Contra. hec obiecta ſibipĩs replicãt hoc mõ. primo qꝛ cũ dicitur benedicat nos deus ⁊c. et metuant eum: trina cõfeſſio trinitatẽ exprimit ꝑſonaꝝ. vnitatẽ võ eſſentie cum ſingulariter ſubdit̃ eum. Si ergo h̃ ꝓnomẽ eũ exprimit vnitatẽ eſſentie. ergo refert vnitate3 eſſentie. ſ3 nõ refert niſi illud qd̃ ſupponebat hoc nomẽ deus: ergo ſupponebat vnitatem eſſentie q̃uis ex iteratõne huiꝰ nõis deus ſumet̃ pl̃alitas ꝑſonaꝝ. ¶ Ite3 ſi nomẽ ſupponit ꝓ omĩ eo cui attribuit̃. ſed hoc nomen eſſentia attribuit̃ ꝑſone. et verũ eſt ꝙ pater eſt eſſentia filius eſt eẽntia. ergo hoc nomẽ eẽntia ſuppoĩt ꝓ ꝑſona ꝓprie. ergo verũ erit eẽntia generat: eẽntia generat̃. qd̃ nõ recipit̃ catholice. Si ergo hoc nomen eẽntia nõ proprie ſupponit ꝓ omĩ eo cui attribuit̃ vt ꝓ ꝑſonis. ḡ nec hoc nomẽ deus ſupponet ꝓ ꝑſoĩs q̃uis attribuat̃ perſonis. ¶ Item pone p̃dicta data iuxta hoc quod dicit. vterqꝫ iſtoꝝ loquitur de deo. ſi hoc nomẽ deus ſuppoĩt ꝑſonã: cũ nõ ſit ꝑſona. ꝑſona de qua vterqꝫ loq̃tur. ergo hec erit falſa: vterqꝫ iſtoꝝ loquitur de deo. ſi ḡ vera eſt: et nõ eſt vera ꝓ ꝑſona: eſt ergo vera ꝓ eſſentia. ergo hoc nomen deus ibi ſupponit eſſentiã. ¶ Item deus eſt de quo iſte loquitur. deus eſt de quo ille loquit̃. et ñ eſt niſi vnus deus: ergo vnus deꝰ eſt de quo iſti loquũt̃ Quero ergo aut hoc ꝙ dico vnus deus ſuppoĩt ꝑſonã: aut eẽntiã. nõ ꝑſonã: qꝛ nõ eſt vna ꝑſona de qua iſti loq̃unt̃. ergo hoc nomẽ deus ſupponit eẽntiã. ¶ Reſponſio tenẽtes ſcd̃am opinionẽ. ꝙ hoc nomẽ deꝰ ex mõ ſue ſignificatõis que ĩpoſita ẽ ad ſignificãdũ ꝙ deus ẽ. qd̃ eſt aũt deꝰ habet ponẽ naturã. et rem nat̃e habet ſupponere ꝑſonã et naturã. nõ ſic aũt eſt de hoc nomĩe deitas vel de hoc nomĩe eẽntia diuĩa. Nam hoꝝ ſignificatio impoſita eſt ad ſignificãdũ quo deus ẽ. et iõ nõ hñt ſupponere niſi naturã. Quo ẽ em̃ nõ poĩt rem nat̃e ſiue ꝑſonã. Et ſi obijceret̃ ꝙ ĩ deo nõ differt qd̃ ẽ. et quo eſt ergo cui attribuet̃ qd̃ eſt et ſupponet: attribuet̃ quo eſt et ſupponet. ergo ſi hoc nomẽ deus attribuit̃ ꝑſonis et ſupponit ꝑſonas. et hoc nomẽ eẽntia. dd̃m ꝙ q̃uis ĩ võ ſm̃ rem nõ differãt qd̃ eſt et quo eſt: tñ refert in rõe dicẽdi que ẽ ſm̃ nos. Nam hũana cõſideratõ cõſiderans diuiam eẽntiã in ſe et in quadã abſtractõne: ſignificat ipĩam vt quo ẽ ꝑ hoc nomẽ diuĩtas. cõſiderãs võ diuina3 eẽntiã vt in habẽte illã: ſignificat eã vt ꝙ ẽ. ꝑ hoc nomẽ deus. qꝛ igit̃ habẽs diuinam eẽntiã ẽ diuĩa ꝑſona. vt pr̃ et filiꝰ: iõ ꝑſona ſupponet̃ ꝑ hoc nomẽ deus qd̃ ẽ nomẽ ſignificãs ꝙ eſt. nõ aũt ꝑ hoc nomẽ deitas qd̃ ẽ nomen ſignificãs quo eſt. ¶ Ad illud ergo qd̃ primo replicant dd̃m ꝙ cũ dĩ benedicat nos deus ⁊c. hoc nomẽ deus ſignificat diuĩã eẽntiam et ſupponit ꝓ trib̃ ꝑſonis. et h̃ ꝓnomẽ eũ relatũ ad illud: ſignificat diuinam eẽntiam ĩ trib̃ ꝑſonis. gr̃a ergo relatõis eẽntie ponit̃ ĩ ſingl̃ari nõ gr̃a ſuppoſitõnis. ¶ Ad ſcd̃m iã patet reſpõſio. nam aliter ſe habet hoc nomen eẽntia ſiue diuĩtas cũ attribuit̃ ꝑſonis: aliter hoc nomẽ deus. Nam hoc nomẽ deus attribuit̃ ꝑſonis vt ꝙ eſt ſiue vt habẽs diuiam naturã: et ideo habet ſupponere ꝑſonã ſicut dictũ eſt. hoc võ nomẽ eẽntia attribuit̃ ꝑſonis vt quo ẽ: nõ tñ vt quo ꝑſona ẽ ꝑſona: ſ3 vt quo ꝑſona eſt. Et in diuinis ꝓpter ſimplicitatẽ diuini eſſe de eo qui eſt. i. de ꝑſona: dĩ de ꝑ ydemptitatẽ q̃ ẽ. ñ tñ hẽbit ſupponẽ ꝑſonã: qꝛ ñ ſigĩficat eẽntiã vt in hñte illã. ¶ Ad terciũ dd̃m ꝙ cũ dicit̃. vterqꝫ iſtoꝝ loq̃t̃ de deo. ſuppoĩt ꝑſonã indetermĩate: vl̃ potius ſupponit ꝓ duab̃ ꝑſonis ſcꝫ pr̃e et filio. Simĩ mõ dd̃m ad illd̃ qd̃ obijcit̃ vltĩo. deus eſt de quo vterqꝫ loquit̃. qꝛ hoc nomen deus ſupponit ꝓ duab̃ perſonis habentib̃ vnam deitatem.

## Articulus ſecundus

Circa ſcd̃am opinionẽ quã tenemꝰ obijcitur multiplicit̃. primo an ſequat̃ deꝰ genuit deũ ḡ ſe vel aliũ. Secũdo an hec ſit vera deꝰ genuit aliũ deũ. Tercio vtrũ hec ſit cõcedẽda deꝰ genuit ſe. Quarto an ſequat̃ deus genuit deũ: ergo genuit deum q̃ ẽ pater vel deũ q̃ nõ eſt pater. Quĩto an hec ſit cõcedenda deus generat et ille nõ generat̃. Sexto an hec ſit vera deus generat. et ille nõ eſt trinitas. Septĩo an ſicut hec ẽ vera trinitas eſt deus: cõuerſa ſit vera deꝰ eſt trinitas quã negauit porretanus.

## Q̃tũ ad primũ .§. j.

arguit̃. ſi ſeq̃t̃ deꝰ genuit deũ. ḡ ſe vl̃ aliũ ad alterã ꝑtẽ ſi aliũ: ḡ nõ ẽ tm̃ vnꝰ deꝰ. ſi ſeipſ3 deũ: ḡ ide3 generat ſeipſm. quoꝝ vtrũqꝫ falſũ eſt. aut igitur prima erit falſa deus genuit deũ: aut nõ ſequitur deus genuit deũ. ergo ſe vel alium. ¶ Cõtra. bene ſequit̃ homo generat hoĩe3 ergo ſe vel aliũ hoĩem. ergo eadem rõne dicet̃ deus genuit deum: ergo ſe vel alium deum. ¶ Preterea. idem et diuerſum diuidũt ens ĩmediate. ergo ſi deus genuit deum: genuit idem vel diuerſũ deum. ¶ Reſpõſio quedam nomĩa diuĩa ſignificãt eẽntiam. q̃dam relatõem. Itẽ quedã eẽntialia ſignificãt ꝑ modũ abſtractõnis vt deitas. eſſentia. ſubſtãtia. Quedã ꝑ modũ cõcretõnis vt deus qd̃ ſignificat diuĩã eẽntiam vt in habẽte illam vnde habet ſignificare diuinam nat̃am et ſupponere ꝑſonam. Cum ergo dico deus genuit deu3: hec eſt vera. qꝛ pater qui habet deitatem genuit filiũ qui habet deitatem. et nõ ſequitur. ergo ſe deum vel alium deum: qꝛ em̃ alia eſt ꝑſona generantis alia geniti: nõ poteſt habere locum relatiuũ ydemptitatis: nec ꝓpter ydemptitatẽ nat̃e relatiuũ diuerſitatis. qꝛ ergo cum dicit̃ deꝰ genuit deũ: in ꝑte ſignificat̃ idem rõne nature quã ſignificat hoc nomẽ deus: et in ꝑte dĩſũ rõne ꝑſone quã ſupponit hoc nomẽ deꝰ. ñ pt̃ inferri ſimpl̃r idẽ nec ſimplicit̃ dĩſum. imo eſt ibi fallacia ſm̃ q̃d et ſimpl̃r. ¶ Qd̃ aũt obijcit̃ ꝙ idẽ et dĩſum cõdiuidũt ens. dd̃m ꝙ verũ eſt ꝙ res eedem ſũt vel diuerſe. ſ3 nos poſſimꝰ ſignificare in ꝑte idem et in ꝑte dĩſum vt patet ĩ ꝑte et in toto.

## Secũdo queritur .§. ij.

an hec ſit vera. deus genuit aliũ deũ. qd̃ vidr̃. vidr̃ em̃ ſeq pr̃ genuit aliũ q̃ ẽ deus: ergo genuit aliũ deũ. ¶ Preterea. iſte terminꝰ aliũ ꝑſonale ẽ et nõ eẽntiale. ſ3 h̃ v̇bũ genuit ꝑſonale ẽ: ergo ꝑ ipm̃ trahit̃ terminꝰ eẽntialis ad ſupponẽdũ ꝓ ꝑſonis cũ dicit̃: deus genuit deũ. ⁊ notat̃ ibi diſtinctio ꝑſonalis q̃re ſil̃r d3 trahi ꝑ iſtu3 terminũ aliũ. et ita hec erit vera deus genuit aliũ deum. ¶ Reſpõſio ad primũ ſm̃ hãc regl̃am. nõ h3 locũ diſtinctio vbi non eſt ex diuerſis cauſis vnio. verbigr̃a. hũanitas ẽ in ſorte et pl̃one ex diuerſis cãis. Vñ poſſũ dicẽ ꝙ ſortes ẽ aliꝰ hõ a pl̃one: qꝛ alia eſt rõ q̃ ſortes ẽ hõ: et alia q̃ plato ẽ hõ. qꝛ alia hũanitas ſortis alia humanitas pl̃onis. In diuinis aũt nõ ſic. qꝛ pr̃ ẽ deꝰ ⁊ filiꝰ eſt deus eadẽ diuinitate. Vna ḡ ẽ cã et rõ qua pr̃ ẽ deꝰ et filiꝰ ẽ deꝰ. vnio ḡ ĩ h̃ noĩe deꝰ: nõ ẽ ex diuerſis cãis. imo ex vna. ⁊ iõ nõ hab3 ibi locũ diſtinctõ. Qñ ḡ obijcitur aliꝰ a pr̃e ẽ genitꝰ ⁊ ille ẽ deꝰ: ḡ aliꝰ deus a pr̃e ẽ genitꝰ a pr̃e. nõ ſequit̃. qꝛ in prima ſolũ dicit̃ diuerſitas ꝑſonalis. in cõcluſiõe võ ponit̃ diuerſitas ꝑſonalis ⁊ eẽntialis. et eſt cõmutatio p̃dicamẽti a p̃dicamẽto relationis ĩ p̃dicamẽtũ ſbſtãtie. imo ad hoc ꝙ valeat ita oportet inferre. aliꝰ a pr̃e eſt genitꝰ. et ille ẽ deus alia diuinitate qua pater: ergo alius deus a pr̃e ẽ genitꝰ. ſ3 media falſa eſt. ¶ Ad aliud dicendũ. ꝙ cũ aliqd̃ cõe trahitur ad ꝑſonã: deb3 trahi ꝑ aliq̃d qd̃ ſit ꝑſonale ⁊ ꝓpriũ nomẽ ꝑ aliqd̃ ꝑſonale ĩfinite. ſ3 ḡ verbũ gignẽ cũ determĩet ꝓprietatẽ qua vna ꝑſona diſtiguit̃ ab alia. poteſt trahẽ terminũ eẽntialẽ ad certã ꝑſonã. quod nõ pt̃ iſte termĩꝰ aliꝰ: qꝛ nõ termĩat ꝓprietatẽ ꝑſonalẽ finite.

## Tercio queritur. .§.iij.

Utrꝫ hec ſit ꝯcedenda. pater genuit ſe. qꝺ videt̃ dicere augꝰ. in quadam omel. ſup Jo. Qꝫ pater mittens filiũ ſe alterꝫ miſit. q̄re miſit ſe. ¶ Itez aug. ad mariminũ. genuit de ſe alterꝫ ſe. ergo genuit ſe. ¶ Item Anſ. in ꝓſologion. cum dicit̃ deus de deo filius de patre: nõ intelligimus alium deũ ſʒ eundeʒ deum de ſeipſo. ergo deꝰ eundem deum genuit: quare deus genuit ſe. ¶ Item augꝰ. xv. de trini. tanꝙ ſeipſum dicens pater verbuʒ genuit ſibi per omĩa coequale. non. n. ſe integre ꝑfecteqꝫ dixiſſet: ſi amplius vel minus eſſet in verbo ꝙ in ſeipſo. ſʒ dicere dei gignere eſt. vnde in pſ. ſemel locutus ẽ deꝰ. Glo. loqui dei eſt eternaliter verbum generare. ¶ Reſponſio. hoc verbum dicere nõ ſumit̃ ibi notionalit̃ ſed eſſentialit̃. Unde ſenſus eſt. non ſe ꝑfecte dixiſſet. i. manifeſtaſſet. quia nõ ſufficienter declarat̃ potentia pr̃is in creatione creaturarꝫ nec oñditur vſqꝫ ad ſummuʒ: ſed tota oñditur qñ totam potentiã cõmunicat. hoc eſt qñ generat taleʒ qualis eſt ⁊ quantus eſt. ꝑ generatiõʒ ergo declarat̃ ſummitas potentie patris. eſa. lxv. nũqd qui alios parẽ facio ſterilis ero. ¶ Ad prima duo obiecta poſſet dici. ꝙ hoc relatm̃ ſe: non ſignificat terminũ huius verbi genuit. ſed potius terminũ alteritatis ſignificate ꝑ hoc nomen alterꝫ. Uel aliter põt dici. ꝙ ſicut cõmune ꝑ additõʒ coartat̃: ita quod ꝑſonale eſt: ꝑ aliqꝺ additum poteſt fieri cõmune. vt cum dicit̃. omĩs ariſtomenes intelligibilis. omĩs muſcalus muſicꝰ. Similiter hoc relatiuũ ſe quod reciprocũ eſt ⁊ perſonam diſcretam iterat. per hunc terminũ alterum ſibi adiunctum ſit eſſentiale ⁊ cõmune: ⁊ extrahit̃ a rõne ꝑſonalitatis. ⁊ ideo non ſequit̃: genuit ſe alterũ: ergo genuit ſe. ſʒ eſt ibi fallacia ſm quid ⁊ ſimpl'r. ¶ Ad aliud Anſ. dicendũ. ꝙ hec eſt vera. pater de ſeipſo genuit eũdẽ deũ. ſed hoc relatm̃ ſe quod eſt ꝑſonale: nõ eſt ex ꝑte rei genite ſʒ ex ꝑte generantis. ſʒ iſte terminꝰ eundeʒ adiunctus termĩo eẽntiali nõ ſumit̃ ꝑſonaliter. ſicut nec iſte terminus alius cũ adiungit̃ termino eẽntiali. vnde nõ iterabit̃ ꝑſona patris. nec valet ħ argum̃tũ. de ſeipſo genuit eundeʒ deũ: ergo ſe deum.

## Quarto queritur .§.iiij.

de hac. deꝰ genuit deũ: ergo genuit deũ q eſt pater: vel deũ qui ñ eſt pater. ſi genuit deũ qui nõ ẽ deus pater. ergo deus eſt qui nõ eſt deus pater. nõ ergo tm̃ vnus deꝰ eſt. Si genuit deuʒ q eſt deus pr̃. ergo pater genuit ſe. ¶ Rñſio. ſm magr̃m in ſent. negat. n. hanc. deꝰ genuit deũ qui ẽ deus pr̄. ⁊ diſtinguit hãc. genuit deũ q ñ eſt deꝰ pat̃. ſic cũ dicit̃ nõ eſt homo albus. hoc põt eẽ: vel qꝛ ñ eſt hõ: vel qꝛ ñ eſt albꝰ. Sil'r deus genuit deũ qui nõ ẽ deꝰ pr̃. hoc põt dici. vel qꝛ nõ eſt deus: ⁊ ſic falſuʒ. vel qꝛ nõ eſt pr̃: ⁊ ſic verũ. Tñ ſm prepoſitm̃ hec ñ eſt ꝯcedẽda. deꝰ genuit deũ qui ñ eſt pater. qꝛ alit̃ fit relatio in affirmatiuis: alit̃ in negatiuis. in affirmatiuis refert̃ ſuppoſitũ tm̃: in negatiuis ſuppoſitũ ⁊ ſig̃tum. vñ exigeret̃ ad veritateʒ huiꝰ deus genuit deũ qui nõ eſt pater: ꝙ alia eſſet ꝑſona patris: alia filij: ⁊ alia diuinitatis ꝓpter relatm̃ qui: qꝺ refert ſuppoſitũ ⁊ ſignificatũ hꝰ nõis deꝰ. ¶ Aliter põt dici ⁊ ꝯcedi iſta deꝰ genuit deũ qui nõ eſt deus pater. ſed nõ ſequit̃. ergo eſt deus qui nõ eſt deus pr̄. qm̃ in prima iſte terminꝰ deũ ꝓpter ꝓprietateʒ ſignificatã ꝑ hoc verbũ genuit diſtinguẽteʒ ꝑſonas: tenebat̃ ꝑſonalit̃. ⁊ ideo relatm̃ refert ſimilit̃. Sed in ꝯcluſiõe in hac. ſ. ergo deus eſt qui nõ eſt deus pr̄. iſte terminꝰ deus tenet̃ eẽntialit̃. ⁊ ideo relatm̃ ſimilit̃. ¶ Alit̃ põt dici. ꝙ hec eſt duplex: deus genuit deũ qui ẽ deus pr̄ vel q ñ eſt deus pater. quia ħ ꝙ dico deus pater: põt teneri dictionalit̃ vt ſit circũlocutio vniꝰ ꝑſone. ſicut ħ ꝙ dico ſpũſſanctus cũ tenet̃ dictionalit̃ circũlocutio ẽ vniꝰ ꝑſone. ⁊ ħ mõ affirmatiua falſa: negatiua vera. Uel poteſt eſſe oratio: ſʒ ħ dupl'r. qꝛ iſte terminꝰ pater põt eſſe predicatũ: iſte terminꝰ deus appoſitio vel ecõuerſo. ſi p̃mo mõ: affirmatiue dictũ nõ põt vere attribui: negatiue põt. Si ſecũdo mõ: adhuc dupl'r. qꝛ iſti duo termĩ deꝰ pater: vel pñt referri ad ſubiectũ: ⁊ ſic affirmatiue dictũ nõ ꝯuenit: negatiue ꝯuenit. vel iſte terminꝰ deus tm̃ põt referri ad ſubiectũ: ⁊ iſte terminꝰ pater ad hunc terminũ deũ. vt ſit ſenſus: deus genuit deũ q ẽ deus pr̃. i. qui eſt pater. ⁊ ħ mõ affirmatiue dictũ ꝯuenit: negatiue nõ ꝯueit. qꝛ relatm̃ tenet̃ eẽntialit̃: eo ꝙ refert̃ ad hũc terminũ deus qui in p̃dicato poſito tenet̃ eẽntial'r.

## Quinto queritur. .§.v.

an hec ſit ꝯcedenda: deus generat ⁊ ille nõ generat̃. qꝺ videt̃. quia nõ eſt ideʒ deus q generat ⁊ generat̃. ergo deꝰ generat ⁊ ipſe nõ eſt filius. ergo deus eſt ⁊ ipſe nõ ẽ filius. eadeʒ rõne deus nõ eſt pater. deus nõ eſt ſpũſſanctꝰ. ⁊ eadeʒ rõne deus nõ eſt tres ꝑſone. ¶ Iteʒ queritur de hac ꝓpoſitione cuiꝰ quãtitatis ſit: deus ſpirat. ⁊ de illa ſilit̃: deus generat vel generat̃. videt̃ ꝙ ſit indefinita: qꝛ hoc nomẽ deus nõ ſupponit ibi magis ꝓ patre ꝙ ꝓ filio. Econtra videt̃ ꝙ ſit ſingl'aris: quia vna ⁊ ſingularis eſt ſignatio hꝰ nõis deus. ſ. deitas. ¶ Rñſio ſm p̃poſitm̃ dicenteʒ. ꝙ relatiua dictio ĩ negatiuis refert ſignatũ ⁊ ſuppoſitum. ⁊ niſi predicatũ remoueat̃ a ſuppoſito ⁊ ſignato: falſa eſt ꝓpoſitio. ſi aũt remoueat̃: vera. vnde hec ꝓpoſitio vera ꝯcedit̃: deus generat ⁊ ipſe nõ generat̃. quia hoc relatm̃ ipſe: refert ꝑſonã patris ⁊ diuinam naturã. ſʒ nec ꝑſona patris nec diuina natura generat̃. hec aũt eſt falſa: deus generat ⁊ ipſe nõ ẽ filiꝰ: qꝛ hoc relatm̃ ipſe nõ tm̃ refert ꝑſonã patris: ſʒ deitatẽ. deitas aũt eſt filius. ad hoc aũt ꝙ hec eſſet vera oporteret ꝙ hec eſſet vera: diuina natura nõ eſt filius. Uñ in argumẽtatione eſt mutatio predicamẽti ab abnegatõe notionis que deſignat̃ cum dicit̃: nõ generat. ad abnegatiõnẽ ꝑſone que deſignat̃ cũ dicit̃: nõ eſt filius. ſicut ſi diceret̃: diuina eſſentia nõ generat̃. ergo nõ ẽ filiꝰ. ¶ Ad ſecundũ dicimꝰ. ꝙ hec ꝓpoſitio: deus generat vel generatur: nec eſt ſingularis nec indefinita. quia ħ nomen deus nec eſt ꝓpriũ nec appellatm̃. ſed aliqd hʒ ꝓprij: aliquid appellatiui. hʒ. n. ſignificatõʒ ꝓprij: ⁊ ſuppoſitõnẽ appellatiui. ⁊ ita illa ꝓpoſitio ꝑtim eſt ſingl'aris: ⁊ partim indefinita.

## Sexto queritur .§.vj.

de hac: deus eſt ⁊ ille nõ eſt trinitas. qꝛ pater eſt: ⁊ ille nõ eſt trinitas: ⁊ pater ẽ deꝰ. ergo deus eſt ⁊ ille ñ eſt trinitas. ¶ Cont̃. deus eſt ⁊ ille nõ eſt trinitas. ergo deus ñ eſt trinitas. ¶ Iteʒ obijcit̃. ſeq̃t̃: ſortes nõ eſt plato. ergo hõ ñ eſt plato. ergo ſimili rõne pat̃ nõ eſt filiꝰ: ⁊ pater eſt deꝰ. ergo deus nõ eſt filius. ¶ Iteʒ videt̃ ſeq. qꝛ ħ nomẽ deꝰ ſupponit ꝑſonaʒ: ſʒ de alia ꝑſona eſt verꝫ. qm̃ nõ eſt filiꝰ vt de patre. ergo erit verũ: deus nõ eſt filiꝰ. ⁊ pari rõne deus nõ eſt pater ⁊ deus nõ eſt ſpũſſanctꝰ. ergo deus nõ ẽ trinitas. ¶ Rñſio ſm prepoſitm̃. hec eſt falſa: deus ẽ ⁊ iſte nõ eſt trinitas. qꝛ relatm̃ refert ſuppoſitũ ⁊ ſignificatũ. vnde ad veritatẽ requirit̃. ꝙ nec qui eſt deus eẽt trinitas vt ſuppoſita ꝑſona: nec ꝙ eſt deus eẽt trinitas. qꝺ ẽ falſum ꝓ hac ꝑte: nõ ꝙ eſt deus eſt trinitas. Si aũt arguat: pater eſt: ⁊ ille nõ eſt trinitas: ergo deus ñ eſt trinitas. mutatio eſt predicamẽti a rõne dicendi qui ẽ. i. ꝑſonali: ad rõneʒ dicẽdi qꝺ ẽ. i. ſubaleʒ. Scḋm alios cõcedit̃ iſta: deus eſt ⁊ iſte ñ eſt trinitas. qꝛ ꝓpter naturã ꝓnoĩs cuiꝰ ꝓpriũ eſt ꝓ ꝓprio noĩe poni ⁊ certas ſignificare ꝑſonas. ꝙ dico ille: ꝓ vnica ⁊ certa ꝑſona tenet̃ cũ dicit̃: deus eſt ⁊ ille nõ eſt trinitas. hec aũt falſa: deꝰ nõ eſt trinitas. Sʒ cũ arguit: ergo deꝰ ñ ẽ trinitas. ñ ſeq̃t̃ quia hic fit abnegatio ꝓ qualibʒ ꝑſona ⁊ etiã ꝓ diuĩa eſſentia. ¶ Ad illud qꝺ obijcit̃ ſecũdo. dḋm ꝙ lʒ nomẽ deus ſupponit ꝓ qualibet triũ ꝑſonarꝫ: tñ quia ſuppoĩt

ꝓ cis indiſticte niſi addaꝛ̄ determiatio pſonalis: vt generans genitus vel ꝓcedens: ⁊ ꝓ vna ſingulari deitate: negatiua pticula addita remouet ꝓ q̄libet ſuppoſito tāq̄ ſi negatio pponereꝛ̄. vñ eqpollēt iſte: de⁹ ñ ē pr̄ ⁊ ñ de⁹ ē pr̄. pȝ igiꝛ̄ ꝙ ē mutatio p̄dicam̄ti ī p̄dictis argum̄tatōib⁹ a pſonali rōne dicēdi ad eēntialē.

## Septimo queri/ .§. vij.

tur. an hec ſit vera: de⁹ ē trinitas quā negauit Porretan⁹. Et videꝛ̄ bñdicere. qꝛ pr̄ nō ē trinitas: nec fili⁹ nec ſpūſſ. q̄re neqȝ de⁹. ſeqꝛ̄. n. iſte hō ñ currit nec ille: ğ hō nō currit. ⁋ Iteȝ hec ē falſa: hō ē oīs hō. qꝛ iſte termi⁹ hō poſitus ī ſubiecto ſupponit pſonaliꝛ̄. cū dr̄ de⁹ ē trinitas: iſte termin⁹ deus poſit⁹ ī ſubiecto ſuppoīt pſonaliꝛ̄. ⁊ ß ƀm ꝙ dictū ē ꝙ ſignificat eēntiā pſonalr̄. ß hoc mō falſa ē hec: de⁹ ē trinitas. ⁋ Iteȝ dicit boe. in li. de tri. ⁊ aug⁹. ſilr̄. qm̄ qcqd de deo p̄dicaꝛ̄: p̄dicaꝛ̄ ƀm ſbaȝ vel adaliqd. ß ß nomē trinitas ñ dicit adaliqd: diciꝛ̄ ğ ƀm eēntiaȝ. ß ƀm boe. ⁊ aug. in eodē. qcqd p̄dicatur de deo ƀm eēntiā: p̄dicaꝛ̄ de qualibȝ pſona. cū ğ ß nomen trinitas de nulla pſona vͤe dicaꝛ̄: hec ē falſa de⁹ ē trinitas. ⁋ Conꝛ̄. aug. in p̄mo li. de tri. Recte ip̄e de⁹ trinitas intelligiꝛ̄ ecce q̄ expſſe dr̄ deū eē trinitatē. ⁋ Itē auguſti. in verbis illis apl̄i. j. thim̄. vlt̄. bt̄s ⁊ ſol⁹ potens id ē vn⁹ ⁊ ſol⁹ verus de⁹: q ē ip̄a trinitas. ⁋ Itē aug⁹. in ƀmone de fide. credim⁹ vnū deū vnā eē diui noīs trinitatē. ex q̄b⁹ auc̄tib⁹ relinqꝛ̄ ꝙ de⁹ ē trinitas: ⁊ de⁹ eſt tres pſone ſic ecōuerſo. ⁋ Nō ꝯcedēdū ē. Dicendū ğ ꝙ p hūc terminū de⁹ qñqȝ ſupponiꝛ̄ eſſentia: qñqȝ pſona. Nō. n. ſilr̄ ſe hȝ eēntia ſignificata p ß nomē de⁹ ad pſonas: ſic̄ ſe hȝ eēntia ſignificata p ß nomē hō ad indiuidua. eēntia. n. ſignificata p ß nomē hō multiplicaꝛ̄ in diuiduis. eēntia vͦ ſignificata p ß nomen de⁹ indiuiſa remanet in pſonis. dico ğ ꝙ ſi eēntia ſignificata p ß nomen hō eēt indiuiſa ī indiuiduis hec eēt vera: hō ē oīs hō. ideo hec ē vera: de⁹ ē trinitas. vñ differenꝛ̄ ē ī ß termino de⁹ ⁊ in ß termīo hō. qꝛ hō p ſe ſupponit pſonalr̄ ex adiuncto eēntialr̄. vt cū dr̄ hō ē digniſſima creaturarū. iſte termin⁹ de⁹ ecōuerſo ex ſe ſuppoīt eēntiā: ex adiūcto pſonā. ⁊ in ß fallebaꝛ̄ porretan⁹: credēs ꝙ tm̄ ſupponeret eēntiā qñ p̄dicaꝛ̄: vt ß ñ ex ſe hr̄et ß ex rōne predicati. ⁋ Ad vltimū dōm. ꝙ aliud ē eē adaliqd ƀm rē: aliud ƀm nomē ⁊ dictionē. dōm ğ ꝙ nomē trinitas nō eſt adaliqd ƀm nomē ⁊ dictōeȝ: res tm̄ q̄ ſignificaꝛ̄ adaliqd ē. vñ ß nomē trinitas ſignificat p modū ſube. ſic̄ ğ accidit ī aliq̄b⁹ relatōib⁹ alijs: ꝙ termīanꝛ̄ intra ⁊ ñ extra, ē in ß noīe trinitas. in intellectu. n. ei⁹ claudiꝛ̄ ñ ſolū ꝙ dr̄ adaliqd: ß illud ad qd dr̄. ⁊ in hūc modū terminaꝛ̄ queſtio de noīe opatōis.

## Queſtio. lj. de nominibus

priuatiuis ƀm affirmatōȝ ⁊ negatōȝ.

## Inquiſito de nomi

nib⁹ ſignificātib⁹ diuinū eē abſolute: ⁊ de noīe opatiōis. ꝯñter tercio loco ƀm ordinē damaſceni ingrendū ē de noīb⁹ p̄uatiuis. ſic̄ ſunt increat⁹. immēſus. etern⁹. Et qꝛ oppoſita iux̄ ſe poſita magis apparēt: idͦ p̄mo ingrendū ē de his q̄ dicūꝛ̄ ƀm affirmatiōȝ de deo: ꝯñter de his q̄ dicūꝛ̄ ƀm negatōȝ.

## Membrū primū

Primo q̄riꝛ̄ de his noīb⁹ q̄ dicūꝛ̄ ƀm affirmationeȝ ß mō. Primo. vtꝝ dicāꝛ̄ dͤ deo ⁊ creatura vniuoce vel equoce. Secūdo. vtꝝ dicanꝛ̄ dͤe. Tercio. an ea q̄ dicūꝛ̄ ƀm priuatōȝ: dicūꝛ̄ in diuinis veriſſime ⁊ ꝓpriſſime.

## Articul⁹ prim⁹

Ad primū ſic q̄riꝛ̄. vtꝝ nomē vnū ī vna ſignificatōe ꝯueīat deo ⁊ creature ƀm affirmatōȝ. Ad qd obijciꝛ̄ ex ml̄tis auc̄tib⁹. p̄mo ex auctoritate aug. de doc. xp̄ia. Reꝝ q̄dā ſunt q̄b⁹ fruēdū. q̄dā q̄b⁹ vtēdū. q̄dā q̄ fruūꝛ̄ ⁊ vtūꝛ̄. ī hac diuiſiōe ꝯp̄hēdiꝛ̄ q̄libȝ res creata ⁊ icr̄ata. Si ğ diuiſio ꝯueniēs ē: nom̄ diuiſū qd ē ß nom̄ res: ī eadē ſig̃ficatōe ꝯueīt reb⁹ diuidētib⁹. ğ ⁊ deo ⁊ creature. ⁋ Itē hiero. oē qd ē: aut ē ingenitū: aut geītū: aut factū. ⁊ accipiꝛ̄ ß vocabulū īgenitū. i. ñ geītū. ƀm ꝙ ꝯueīt pr̄i ⁊ ſpūiſ. geītū vͦ dic̄ filiū. factū creaturā. ß ī hac generalitate oē qd ē: ꝯp̄hēdiꝛ̄ creator ⁊ creatura. ſi ğ ꝯueniēs ē diuiſio: ī eadē ſig̃ficatōe accipiꝛ̄ qd dr̄ ꝙ ē. ⁋ Itē aug. oē bonū vel de⁹ ē: vl' ab ip̄o. ī hac generalitate oē bonū ꝯp̄hēdr̄ de⁹. ⁋ Itē ī his q̄ ñ dicūꝛ̄ ƀm vniuocatōȝ ē incōgrua ꝯpatō. ß ƀm ꝯpatōeȝ magnitudīs ñ dicim⁹ deū maiorē oīb⁹ reb⁹. ƀm cōpatōȝ bonitatis ñ dicim⁹ deū meliorē creaturis. relinqꝛ̄ ğ ꝙ magnū: bonū: ñ dicūꝛ̄ equoce de creatore ⁊ creatura. ⁋ Itē in math. Nemo bon⁹ niſi ſol⁹ de⁹. Glo. ex ſe. ğ aliqd p̄ꝛ̄ deū ē bonū q̄uis ñ ex ſe. ğ illd ⁊ de⁹ ſunt bona vel bonū. ⁋ Itē. j. coꝛ. xv. cū dic̄. oīa ſubiecit ſub pedib⁹ ei⁹. intelligēdū ē preꝛ̄ deū q ſbiecit ſibi oīa. hec dictio p̄ꝛ̄ ſumiꝛ̄ exceptiē. ğ de⁹ ē de nūero oīm. ğ intētō ei⁹ ꝙ dr̄ oīs res vel oīa: ñ equoce ꝯueīt creatori ⁊ creature. ⁋ Itē arguiꝛ̄ cū dr̄. oīs ſba ē. aut ī hac generalitate ꝯp̄hēdr̄ de⁹: aut ñ. ſi ſic: hr̄ ꝓpoſitū. ꝙ ß nom̄ ſba ñ cōuenit equoce creatori ⁊ creature. ſi ñ: ⁊ ꝯſtat ꝙ hec ē vͣa oīs ſba ē. arguiꝛ̄ ğ oīs ſba ē. ⁊ eaꝝ nl̄la ē deus: ğ nulla ſuba ē de⁹. qd ē manifeſte falſuȝ. ⁊ ſil̄i mō pōt argui in alijs noīm intentōib⁹. ⁋ Conꝛ̄. hec intētō res vel ens dicta de deo. accipitur pro re ⁊ ente infinito. ſed de creatura accipitur pro re ⁊ ente finito. ſed finitū ⁊ infinitū nūq̄ pōt intellect⁹ reducē ī vnā aliquā rōeȝ. ğ ñ pōt vniuoca ſignificatio ß equoca accipi cū dr̄ res vel ens de creatore ⁊ creatura. ⁋ Itē boītas dicta de deo ⁊ creatura ñ ꝯueniūt genē nec ſpecie nec ī drn̄tia nec ꝓprio nec accn̄te. ğ in nl̄lo ꝯueniūt equoce. ğ dr̄ boītas dͤ creatore ⁊ creatura. ⁋ Itē iuſticia dicta de creatura ē ſpecies q̄litatis ⁊ accn̄s. iuſticia dicta de creatore eſt ipſa eēntia ⁊ dīna ſuba. ğ equoce. ⁋ Itē ꝯpatio q̄ eſt ƀm magis ē ƀm pticipatōȝ alic⁹ forme ƀm pl⁹ vel min⁹. ſic̄ pticipatōe albedīs ƀm pl⁹ dr̄ nix eē albior piete: ⁊ petrus iuſtior lino. ſi ğ ñ ē accipe vnā aliquā formā q̄ ƀm pl⁹ ⁊ min⁹ pticipeꝛ̄ a creatore ⁊ creatura: ñ erit dicē ꝯpationē nec ƀm magnitudineȝ nec ƀm bonitateȝ nec ƀm iuſticiā c̄atoris ⁊ creaꝛ̄e. ⁋ Rñſio. nōndū c̄ca ß diuerſe fuerūt ſnīe magr̄oꝝ. nā q̄dā dixerūt ꝙ ī alia ſig̃ficatōe accipiꝛ̄ nomē dictū ƀm affirmatōȝ de creatore ⁊ creatura. ⁋ Ad illas ergo auctoritates Auguſtini ⁊ Hieronimi reſpondent. ꝙ quia balbutiendo excelſa dei reſonam⁹: ideo ſancti patres lȝ vocabula in alia ⁊ alia ſignificatione conueniant deo ⁊ creaturis: vſi ſunt his nominibus ad ſignificandum creatorem ⁊ creaturas. ⁊ hoc ꝓpter indigentiam humane locutionis: ⁊ exigentie theologice facultatis. que exigit ſicut ipſi dicunt: vt vocabulum ſemel poſitum equiuoce ſumatur. verbigratia. hoc vocabulum natiuitas: in alia ſignificatione accipitur de natiuitate eterna ⁊ temporali. ⁊ tamen dicimus duas natiuitates: ita etiam dicimus de creatore ⁊ creatura. ꝙ ſunt due ſubſtantie: due res: duo bona: ⁊ quaſi in duabus ſignificationibus ponitur ibi terminus vt ſemel poſitus bis intelligatur: id eſt hoc eſt ſubſtantia: illud eſt ſubſtantia. hoc eſt bonum: illud eſt bonum. ⁊ per hunc modum ſoluūt illas predictas auctoritates. ⁋ Ad illd quod obijcitur de exceptiuis ⁊ excluſis: reſpondent. ꝙ hec vocabula preter: ſolus: aliqñ ponunꝛ̄ ad excluſionem contenti ſub ſuppoſitōe termini. vt omnis homo preter ſortem. qñqȝ vͦ ad ſolam

equiuocatõnis ↄfuſionez remouendã. vt ſi dicat᷑ omis
canis ꝑter celeſtez eſt aĩal.q̃uis.n.hoc vocabulum ca-
nis ſ᷑m ꝙ ibi ponit᷑ nõ poſſit ↄuenire celeſti: qꝛ ꝑ ꝑꝛedi-
catũ determiata ẽ equocatio: tñ adijcit᷑ h̄ excluſiuũ ꝑt:
vt magis remoueat᷑ ↄfuſio. Simili modo volũt intelli-
gere: nemo bonus niſi ſolus de⁹. ⁊ oĩa ſubiecta cẽ ꝑter
eũ qui ſubiecit. ſimili mõ ↄſimilia exponũt. ¶ Ad alia
vo cuz dicit᷑. omĩs ſuba ⁊c̃. Dicendũ ꝙ ſigna v̓lia ad-
dunt᷑ vocabulo accepto in alia ⁊ in alia ſignificatõe ꝑ-
ter indigentiã hũane locutõis. qꝛ aliter nõ eſt poſſibi-
le eloqui diuina. Addũt etiã de adiectiuis ꝙ q̃nq̧ po-
nũtur ad reſtrictionez ⁊ determiatõz: q̃nq̧ ad remouẽ-
dam ↄfuſionez equocationis. Ad determiatõz ⁊ reſtri-
ctionez nominũ ponũt᷑ que accipiũt᷑ vniuoce. vt cuz dr̃
aĩal riſibile: ad drñtiam illius qd̓ nõ eſt riſibile. vnde
incõuenient᷑ dicit᷑ homo riſibilis: qꝛ ĩ hoĩe intelligit᷑ ri-
ſibile. Ad ↄfuſionez equiuocatõis remouendã: vt cum
dicit᷑ canis latrabilis. q̃uis.n. canis ⁊ latrabile ſ᷑m ꝙ
accipit᷑ vniuoce paria ſuꝑponãt ſicut hõ ⁊ riſibile: tñ i-
conuenient᷑ dicit᷑ homo riſibilis ⁊ ↄueniẽt᷑ dicit᷑ canis
latrabilis: qa hic tollit᷑ ↄfuſio: ibi nõ. ꝑ hũc modũ in-
telligũt eſſe dictũ res fruende res eterne ⁊ hmõi: ꝑ hũc
modũ ſoluũt omnia. ¶ Scd̓z ꝓpoſitũ dicit᷑ in ↄ̃riũ. ꝙ
vocabula affirmatiua dicta de deo ſ᷑m eſſentiã: ⁊ dicta
de creaturis vniuoce dicant᷑: ⁊ eandez eſſentiã ſignifi-
cent: ſ᷑ aliter ⁊ aliter. vt cũ dico deus eſt iuſtus. ibi ꝑ-
dicat᷑ diuina iuſticia ita ꝙ deus eſt illa iuſticia. cuz vo
dicit᷑ homo eſt iuſtus: ꝑ̃dicat᷑ diuina iuſticia: ſ᷑ hõ nõ ẽ
illa ſ᷑ ꝑticeps. nihilomin⁹ tñ hic dicit᷑ ineſſe quedaz iu-
ſticia cui⁹ cauſa eſt diuina iuſticia. Sil̓r cum dico de⁹
eſt ſubſtantia: homo eſt ſuba. vtrobiq̧ diuina ſuba ꝑ̃di-
cat᷑ ſed diſſil̓r. nam deus eſt ſubſtãtia ſeipõ: hõ vo dicit᷑
ſuba quia diuina ſubſtantia eſt cauſa exiſtẽdi ei. Scd̓z
h̄ ḡ dicit. ꝙ vocabulũ in eadez ſignificatõne dr̃ de crea-
tore ⁊ creatura. ſ᷑ de deo ꝑ eſſentiã: de creatura vo ꝑ ꝑ-
ticipatõz. ¶ Sed ↄ̃ bonitas diuina nõ eſt bonitas per
ꝑticipatõz ſ᷑ eſt boĩtas ꝑ eẽntiã. ſimilit᷑ ⁊ iuſticia ⁊ h⁹-
modi. ſ᷑ bonitas ⁊ iuſticia dicta de creatura eſt boni-
tas ꝑ ꝑticipatõz: ſicut dicit aug. ĩ li. de tri. relinqt᷑ igit᷑
ꝙ nõ eadez bonitas predicat᷑: cũ dicit᷑ de⁹ bonus crea-
tura bona. ¶ Item cum dicit᷑ homo iuſtus: hic ꝑ̃dicat᷑
iuſticia que eſt accñs. ſed cũ dicit᷑ deus iuſtus: predica-
tur iuſticia que eſt ipſa eẽntia nullo mõ accñs. relinqt᷑
ḡ ꝙ non eadez iuſticia nec vniuoce accepta ꝑ̃dicatur.
¶ Item cum dicit᷑ iuſtus: ꝑ h̄ ꝙ dicit᷑ iuſtus ſignificat᷑
diuina eſſentia vt retribuẽs vnicuiq̧ qd̓ ſuũ eſt. cuz dr̃
homo iuſtus: ſignificat᷑ ineſſe habitus homĩ ex quo tri-
buit vnicuiq̧ qd̓ ſuũ eſt. vtrobiq̧ ḡ cuz dicit᷑ de⁹ iuſtus
⁊ homo iuſtus: deſignat᷑ cõꝑatio iuſticie ad ↄſimilez
actum. ḡ nõ eſt penitus rõ diuerſa. ḡ nõ equoce. ¶ Itẽ
ad iſtud habes ſ̃. rõnes in. q. de bonitate. ⁊ itez ſ̃. q. d̓
hoc noĩe eſſentia. ¶ Proptea ſicut ſ̃. dictũ ẽ: dd̓m. ꝙ
noĩa q̃ nõ accipiũt᷑ ſymbolice. ſ᷑ eſt ſ᷑m ꝓprietatẽ forme
corꝑalis: ſ᷑ accipiũt᷑ miſtice: ſ᷑ eſt ſ᷑m ꝓprietatez forme
ſpũalis. vt iuſtus bon⁹ ⁊ hmõi: ñ dicũt᷑ equoce nec vni-
uoce: qꝛ ñ penitus ſ᷑m aliã rõnez. nec tñ ſ᷑m eandẽ. ſed
dicũt᷑ analogice ſ᷑m prius ⁊ poſterius: que quidẽ ana-
logia attendit᷑ ex vna aliqua ↄꝑatiõe ſiue ꝓportõe alic⁹
effectus iuſticie vel bonitatis. qꝛ cõꝑat᷑ creatura ad
creatorez. vt reddere vnicuiq̧ qd̓ ſuũ eſt: ↄꝑatur iuſti-
cie creatoris ⁊ iuſticie create. ↄſil̓i mõ ⁊ ab hac vnitate
ↄꝑatõnis accipit᷑ vna rõ ſ᷑m analogiaz: q̃ qdez rõ ñ po-
nit ↄueniẽtiaz vel in genẽ vel in ſpecie ⁊c̃. ſ᷑ ĩ vna ↄꝑati-
one. ¶ Ad illud qd̓ obijcit᷑ de ↄꝑatiõe ſ᷑m magis. dd̓m
ꝙ duobꝫ modis fit ↄꝑatio ſ᷑m magis. Vno mõ ſ᷑m ↄꝑa-
tionẽ forme ſ᷑m plus vel min⁹: vt ipſe obijciebat. q̃ ñ ẽ ĩ
diuinis. Alio mõ ſ᷑m gradũ ꝑfectõis excellẽtioris ſiue
ſ᷑m eẽ ſiue ſ᷑m magnitudinẽ ſiue ſ᷑m bonitatẽ ⁊ hmõi.
qũo dicim⁹ ꝙ de⁹ magis ẽ ens ceteris. ⁊ maior oĩbꝫ ⁊ me-
lior oĩbꝫ. ⁊ ſic ↄuenit ↄꝑatio creatori ⁊ creature.

## Articul⁹ ſecũdus

Conſequent᷑ querit᷑. vtꝝ affirmatões ſint ve-
re. Ad qd̓ h. Dyo⁹. affirmatões dicte d̓ deo
ſunt incõpacte: negatões vere ſimpl̓r. ḡ no-
mia poſitiua nõ vere enunciant᷑ de deo. ¶ Itez dyo⁹.
dicit. oĩm negatões veras de deo in li. de miſtica theo-
logia hoc mõ. neq̧ aĩa eſt neq̧ intellect⁹: neq̧ fanta-
ſiã aut opinionez aut intellectũ aut intelligentiaz hꝫ.
neq̧ rõ eſt neq̧ intelligentia: neq̧ dicit᷑ neq̧ intelligi-
tur. ⁊ ſequit᷑: neq̧ hꝫ virtutez neq̧ virtus eſt: neq̧ lux
neq̧ vita. ⁊ ſequit᷑: neq̧ lux neq̧ ſapĩa: neq̧ deitas aut
bonitas: neq̧ ſpũs: neq̧ filiatio: neq̧ paternitas. ex h̄
videt᷑ ꝙ omẽs affirmatões que maxie attribuũtur deo
ſunt ſimpl̓r falſe. ¶ Cont᷑. hr̃s dyo⁹. de miſtica theolo-
gia. dicamus igit᷑ ꝙ oĩm cauſa ⁊ ſuꝑ oĩa exñs. neq̧ ſi-
ne ſuba eſt neq̧ ſine vita neq̧ ſine rõne. ¶ Itez idem in
eodez. diximus ĩ li. qui ẽ de diui. no. qũo optim⁹ noĩat᷑
qũo ens qũo vita ⁊ ſapĩa ⁊ virtus ⁊ q̃cũq̧ alia intelli-
gibilis ſunt diuine noĩatõis. vere igit᷑ eſt iſta de ipõ af-
firmare. ¶ Rñſio. ſ᷑m dyo. de miſtica theo. ĩ ipſa oꝑtet
omẽs exñtiũ ponẽ ⁊ affirmare poſitões veluti oĩm cã.
⁊ omẽs ipſas ꝓprie negare ſicut ſuꝑ̃ omĩa exñte. ⁊ non
opinari negationes oꝑpoſitas eſſe affirmatõibꝫ. ex hoc
accipit᷑ ꝙ ſunt vere affirmatões ⁊ negatões oĩm in di-
uinis. nec oꝑponũt᷑ affirmatõnes negationibꝫ. nã affir-
matões aut accipiũt᷑ ſymbolice: aut miſtice. ſi ſymbo-
lice: accipiũt᷑ ꝑ tranſlatõz: vt lapis. ꝑ̃s. lapidez quẽ re-
ꝓbauerũt. ⁊ aer in. iij. li. reḡ. in ſibilo aure tenuis ibi
dicim⁹. ¶ Negatões vo nõ lapis ñ aer accipiũtur ꝓprie.
Sed miſtice accipiũtur ꝑ ſuꝑexcellentiã ⁊ ꝑfectõez q̃ ẽ
ſuꝑ̃ nos. vt vita bonitas ⁊ hmõi. vñ dyo. in eodẽ. an ñ
magis deus eſt vita ⁊ bonitas q̃ aer ⁊ lapis. ¶ Negati-
ones vo accipiũtur ſ᷑m nos ⁊ nr̃am ↄprehenſionẽ. ⁊ iõ
nõ oꝑponũt᷑ affirmatõnibꝫ. vñ dyo. ¶ Neq̧ ſpũs ẽ ſic̃ no-
ſcimus: neq̧ filiatio neq̧ paternitas neq̧ aliud ↄgni-
tũ a nobis. neq̧ eſt aliqd nõ exñtiũ: neq̧ exñtia eũ co-
gnoſcũt. ¶ Ad primo obiectũ dd̓m. ꝙ q̃druplex ẽ ↄpo-
ſitio. ſ. ↄpoſitio ꝑtiũ ſ᷑m ꝙ corp⁹ dr̃ ↄpoſitũ. ⁊ ↄpoſitio
ꝓprietatis ad ſubiectũ: ⁊ ſ᷑m h̄ aĩa dr̃ ↄpoſita. materia
etiã dr̃ ↄpoſita qꝛ ↄponit᷑ forme. Quarto mõ forma dr̃
ↄpoſita qꝛ ↄponit᷑ materie. Itez ꝑ ↄ̃riũ quadruplex eſt
ſimplicitas. ſol⁹ aũt de⁹ ꝓprie dr̃ ſimplex: qꝛ caret omĩ
genere ↄpoſitõis. Itez notandũ ꝙ vocabula quedaz ſi-
gnificãt ꝓprietates in adiacẽtia vel inherẽtia: q̃daz in
ſubſiſtẽtia. vt h̄ nomẽ albũ ſignificat albedinẽ ĩ adiacẽ-
tia: qꝛ oñdit eã alij ineſſe. ſ᷑ h̄ vocabulũ albedo ſignifi-
cat albedinẽ in ſubſiſtẽtia: qꝛ ſuꝑponit eã. ſil̓r h̄ nomen
hõ ſignificat hũanitatez in adiacẽtia ſiue inherẽtia: qa
oñdit eã ineſſe ſubiecto. ſ᷑ h̄ vocabulũ hũanitas ſignifi-
cat hũanitatẽ in ſubſiſtẽtia. Quia vo de⁹ omĩ genẽ ſim-
plicitatis ſimplex ẽ: ñ oñdit᷑ aliq̃ ↄpoſitõ ſimplicitatis
circa eũ. vñ cuz dico deus ẽ bon⁹. ñ oñdit᷑ boĩtas ineſſe
deo q̃ ipſe ñ ſit: qd̓ attẽdẽs dyo⁹. dixit affirmatõnes de
deo ſũt incõpacte: qꝛ nullã ↄpoſitõz ꝓprietatis ad ſub-
iectũ oñdũt. de negationibꝫ vo dixit ꝙ ſunt vere: qꝛ qd-
dam veri innuũt. ſ. ꝙ ibi ñ ẽ ↄpoſitio ꝓprietatis ad ſb-
iectũ. Ad ſecũdũ iaz ꝑꝫ rñſio ex dictis.

## Membrũ ſecũdũ

Conſequẽt᷑ querit᷑ de noĩbꝫ ꝑ̃uatiuis vel
negatiuis. an ꝓpri⁹ dicãtur in deo: noĩbꝫ
miſticis poſitiuis. vt etern⁹. incorruptibi-
lis. increat⁹. Ad qd̓ ſic dyo⁹. de miſtica
theolo. oꝑtet ablatões in ↄ̃riũ poſitõibꝫ laudaẽ. Et. n.
illas. ſ. poſitões a ꝑ̃ſtãtiſſimis inchoãtes ⁊ ꝑ media ad
nouiſſima deſcẽdẽtes aꝑponim⁹: h̄ vo a nouiſſimis ad
principaliſſimas aſcẽſiones faciẽtes: oĩa auferim⁹. Et
dicit ↄmẽtator. poſitões ſunt q̃cũq̧ ꝓprie in deo dicũt᷑:
qꝛ eſt eis vita ⁊ lux ⁊ ſil̓ia. abl̓ones vo q̃cũq̧ vt aliena

a deo aſſerūť. vtputa q̄m ñ corpꝰ dr̄: ñ aīa. nec q̄cꝙ eoꝝ
q̄ ꝯgnoſcūť aut intelligētie ſubmittunť. Ex q̄ relinqť ꝙ
poſitōnes dicūť de deo ꝓpriꝰ ꝙ̄ priuatōes. Itē dyoꝰ.
in eodē. ex p̄ſtantiſſimo ponimꝰ poſitōes. a nouiſſimis
v̊o inchoamꝰ diuinā ablatōz. qꝛ ponētes poſitōes īcho
amus a cognitiori: auferētes v̊o a magis diſtantibus:
ipī diue eēntie ſupple. Et dicit ꝯmētator. ꝙ poſitōes ſꝫ
affirmatōꝫ dicūť. qꝛ vita potiꝰ dr̄ ꝙ̄ aer. Negatō v̊o p̄-
uatio ē. q̄m ñ inebriať ñ iraſciť i poſitōibꝫ magis cōge
nerate ſiue ꝓpinquus. vñ dyoꝰ. an ñ magis vita ⁊ boni-
tas ꝙ̄ aer: Cōmētator. familiariꝰ ſiue magis ꝓpriuꝫ ē
deo vita ⁊ bonitas ꝙ̄ aer ⁊ lapis. In priuatōibꝫ a ma-
gis diſtantibꝫ incipimꝰ. vñ dyoꝰ. an ñ magis crapule
⁊ manie: i. furores ſupple remouēť a deo: ꝙ̄ ñ dici vel ī-
telligi. q. d. magis ꝓpriū ē deo ñ crapulari ñ iraſci: ꝙ̄ ñ
dici ñ intelligi. vñ ꝯmēta. an ñ potiꝰ dr̄ ñ iraſciť deꝰ ꝙ̄
ñ intelligiť: Ex ħ relinqť. cū affirmatōes a familiari-
ori ponamꝰ in deo: negatōes a remotōri: ꝙ ꝓpriꝰ dicēť
in deo poſitōes ꝙ̄ negatōes. ⁊ noīa affirmatiā ꝙ̄ p̄uati-
ua. Ad oppoſitū ē p̄dicta auctas dyo. affirmatōes ī
diuis icōpacte: negatōes v̊o vere. Itē dam̄. incorpo
reū incorꝑabile ñ qd ē deꝰ ſignificāt: ħ qd ñ ē. oportꝫ aūt
alicꝰ ſbaꝫ dicē qd ē: enūciare ñ qd ñ ē. in deo ať qd ē: di
cē ipoſſibile ē. familiariꝰ ať ex oī ablatōe facē ſmōēꝫ. ḡ
negatiua ſunt magis ꝓpria affirmatōibꝫ. qꝛ affirmatiā
inſinuāt qd ē: negatiā v̊o qd ñ ē. Rñſio. affirmatio-
nes ⁊ negatōes miſtice ī diuis p̄nt accipi dupl'r. ſm ꝓ
prietatē dicēdi: vel ſm v̊itatē eēndi. ſi ſm ꝓprietatē di
cēdi: qꝛ affirmatōes ſignificāt ꝑ inſinuatōes alicꝰ ꝯcre
tōis: veriꝰ ꝯueniūt negatōes q̄ remouēt modū ꝯcretōis
Et ſm ħ impropꝛie accipiūť affirmatōes. vñ b. dyoꝰ.
ad ꝓprietatē dicēdi reſpiciēs dic̄. ꝙ affirmatōes icōpa
cte: negatōes v̊o vere ñ ad v̊itatē eēndi. vñ dam̄. cuꝫ di
xit. familiariꝰ ex oī ablatōe facē ſmonē: ſubdit. necꝫ ei
eoꝝ q̄ ſunt: necꝫ vt ñ ens. ħ vt ſuꝑ oīa ens: ⁊ ſuꝑ ipm eē
ens. Si. n. eoꝝ q̄ ſunt ꝯgnitōes nr̄e ſunt ꝙ ſuꝑ ꝯgnitōꝫ
ē oīno: ⁊ ſuꝑ ſubaꝫ erit ſupple ipē deꝰ. Si v̊o reſpiciamꝰ
v̊itatē eēndi: magis ꝓprie ꝯueniūt affirmatiōes miſtice
q̄ dicūt ꝑfectōꝫ. vt vita boītas p̄ınitas ⁊c̄. vñ dam̄. Sci
endū ē ꝙ ñ ex nobis trāſlatū ē ad btām deitatē p̄inita-
tis ⁊ filiatōis ⁊ ꝓceſſiōis nomē. Ecōtrario ať inde no
bis traditū ē vt ait diuus apl's. ꝓptea flecto genua ad
p̄rēꝫ: ex q̄ oīs p̄rnitas i celo ⁊ ī terra noīať. ⁊ ſic pꝫ ſol'o
ad obiecta.                                     ꝯſequētibꝫ naturaꝫ.

## Queſtio. lij. de nomibꝰ

# Onſequēs eſt que

rē ſm ordinē dam̄. de noībꝫ ꝯſeq̄ntibꝫ
naturā. Sciēdū ꝙ hmōi noīm q̄dā cō
notāt effectū i creata: vt iuſtꝰ ⁊ miſeri
cors. q̄dā v̊o ñ ꝯnotāt: vt bonꝰ ſapiens.
Itē tuꝫ hoꝝ tū illoꝝ q̄dā ſigſicāt ꝑ modū abſtractōis:
vt iuſticia boītas. q̄dā ꝑ modū ꝯcretōis: vt iuſtꝰ bonꝰ.
Primo ḡ q̄riť. an ſig̃ficēt diuaꝫ ſbaꝫ. Scd̄o. an eodeꝫ
mō de deo dicāť iuſtū ⁊ bonū. Tercō. an iuſticia ⁊ hꝰ-
modi ꝯnotēt effectū. Quarto. vtꝝ eodē mō dicāť iuſtꝰ
⁊ iuſticia.

## Mēbrū primū

Ꝺ p̄mū ſic boe. ī li. de tri. Cū dr̄ deꝰ ē iu
ſtus vel bonꝰ: p̄dicať iuſticia vł boītas q̄
ē dei ſba. ḡ ſig̃ficāt ſbaꝫ. Itē iuſtū ⁊ bo
nū ꝯueniūt tribꝫ ꝑſoīs ⁊ ī ſūma ſinglarit.
ḡ dicūť eēntial'r ſm reglaꝫ aug̃. Cōt. dam̄. iuſtuꝫ ⁊
bonū ⁊ ſctm ſequūť naturā: ñ ipaꝫ ſbaꝫ oñdūt. Itē q̄
riť de ħ qđ dic̄ dam̄. iiij. ca. j. li. q̄cūqꝫ ī deo affirmatiue
dicūť: ñ naturā ħ ea q̄ ſūt ꝯ naturā eiꝰ oñdūt. vt ſi bonū
ſi iuſtū ſi ſapiēs ſi q̄dcūqꝫ dixeris. ñ naturā dicis dei: ħ
ea q̄ ſūt ꝯ naturā. Rñſio. ē ꝯſiderać dupl'r nom̄ dei.
aut q̄tū ad ſig̃ficatū: aut q̄tū ad modūſig̃ficādi. Cōſi-
derādo ſig̃ficatū: oīa hmōi noīa: ſiue opatōis: ſiue p̄ua
tōis: ſiue ꝯñtia naturā: ſiue hitudīs: oñdūt naturā. Cō
ſiderādo v̊o modūſig̃ficādi q ē ſic̄ i c̄atura: dic̄ dam̄. ꝙ
ñ ſig̃ficāt naturā ħ ꝯñtia naturā. qꝛ ad ſilitudīeꝫ dicūť
eoꝝ q̄ ſequūť naturā ī c̄aturis. ⁊ ñ ſig̃ficāt ſbaꝫ ħ ꝓpri-
etatē ſbe. Sig̃ficāt. n. diuā naturā vt q̄litatē ſiue vt hi-
tū. Ad ſecūdū qđ q̄rit. ꝙ q̄cūqꝫ dicūť affirmatiē đ deo
ñ naturā ħ ea q̄ eēntiā oñdūt. dđm ſm illā reglaꝫ fidei
oē ſimplex alio ē alio dr̄ eē: qꝛ ſua ꝓpria eēntia ē. noīať
ať ſuo effectu. qꝛ ḡ nom̄ poſitm̄ i diuis acceptū ē ab effe
ctu. iō dr̄ q̄tū ad modūſig̃ficādi nō ſig̃ficać naturā. ⁊
iſtđ itelligr̄ đ noībꝫ poſitīs ſig̃ficātibꝫ deū ſb aliq̄ fora
detmīata. vt bonꝰ iuſtꝰ ſapiēs ⁊c̄. nā iſtđ ñ itelligr̄ de ſi
gnificātibꝫ abſolute ⁊ indetermiate. vt ens ⁊ q ē.

## Membꝛuꝫ ſecūduꝫ

Onſequēť q̄riť. an eodē mō dicāť iuſtū ⁊
bonū đ deo. qđ vidť. qꝛ vtrūqꝫ ē nom̄ ꝯñs
naturā i rōe q̄ dicta ē. eodē ḡ mō dicunť.
Cōt. nom̄ bōi deriuať ad oēs creatas.
vñ boe. oīa bōa qꝛ a bono: iuſtū ať ñ. ñ ei oīa iuſta qꝛ a
iuſto. Rñſio dicta ē ſ. q. de boītate. nā bonū ē ꝯditō
general' ipiꝰ cāe q̄ ē deꝰ. qꝛ. n. bōꝰ: iō fac̄ c̄aturā. vñ aug̃
qꝛ bōꝰ ē ſūmꝰ. ⁊ iō bonū reſpic̄ oēꝫ c̄aturā cꝰ ē cā. iuſtū
v̊o ē ꝯditō ſpāl' ⁊ reſpic̄ ſpālē actū. ſ. reddē vnicuiqꝫ qđ
ſuū ē. qđ ꝑtiet ad rōalē c̄aturā. ⁊ iō iuſtū ñ deſcēdit ad
oīa ſic̄ dic̄ boe. đ ebdoma.

## Mēbrū. iij.

Einđ q̄riť. an iuſtū ꝯnotꝫ effcm̄ i creata.
Boe. deꝰ ē ſba ſuꝑ oēꝫ ſbaꝫ ⁊ iuſticia ſuꝑ
oēꝫ iuſticiā. ħ cū dr̄ bō ē iuſtꝰ: nihil p̄di-
cať ſiue ꝯnotať niſi iuſticia hoīs. ḡ cū dr̄
deꝰ iuſtꝰ: nihil p̄dicať vł ꝯnōť niſi iuſticia dei. Itē ſic̄
p̄ma v̊itas īfluit ſuꝑ effectꝰ ſuos: ſic ſūma boītas vł ſū-
mū ens. ħ cū dr̄ deꝰ ē bōꝰ: deꝰ ē ens. nullꝰ effectꝰ p̄dicať
vel ꝯp̄dicať vel ꝯnotať. ḡ nec cū dr̄ deꝰ iuſtꝰ. Itē ſi cō-
notať effectꝰ cū dr̄ deꝰ ē iuſtꝰ. ḡ ħ nom̄ iuſtꝰ dic̄ reſpectū
ad c̄aturā. nā effectꝰ ē ī c̄ata. ħ oē nom̄ deſig̃ns reſpectū
ē nom̄ hitudis q̄ ē q̄nta dr̄ia noīm eēntialiū ſm dam̄. vt
c̄ator ⁊ dñs. ñ ḡ eēt i oppoſita dr̄ia. Cōt. ſiue dicať
deꝰ iuſtꝰ ſiue hō iuſtꝰ: ſꝑ poiť redditō vnicuiqꝫ qđ ſuū ē
Effectꝰ igr̄ iſte aut ſig̃ficať cū dr̄ deꝰ iuſtꝰ: aut ꝯnōť cū
p̄ncipali ſig̃ficato: ħ ñ ſig̃ficať. nā ſig̃ficatū ē diuā iu-
ſticia q̄ ē diua eēntia. vt dic̄ boe. ḡ ꝯnōť. Rñſio. cum
diuū eē ſig̃ficeť mltis mōis. vt ſba cū dr̄ deꝰ. vt q̄ntitas
cū dr̄ magnꝰ. vt q̄litas cū dr̄ ſapiēs iuſtꝰ. ⁊ ſic de cetis
genēibꝫ vt ſ. declatū ē. attēdēdū ē reglarit. vtꝝ nomen
diuū ſig̃ficet dr̄iaꝫ alicꝰ genēis abſolutā: ⁊ tūc ñ ꝯnōť
effectꝰ ħ ſolū ſig̃ficať diua eēntia ſic̄ cū dr̄ magnꝰ. Si
v̊o ſꝫ dr̄iaꝫ ꝯꝑatā ꝯſiderādū an ꝯꝑatō ſit detmīata ad
actū tꝑalē vel ad actū etnū (liceat ſic loq) vt ſaꝑe gene
rare ꝯicać q̄ ſig̃ficāt diua ꝑ modū actꝰ. ſi ſig̃ficent ſm
dr̄iaꝫ genēis ꝯꝑatā ad actū tꝑalē: ꝯnōť effectꝰ ī c̄ata.
v̊bigra. iuſtꝰ vł iuſticia miſicors vel miſcđia ſignificāt
diuā eēntiā ꝑ modū hitꝰ. hitꝰ ať ꝯꝑatōꝫ hꝫ ad actū. hꝰ-
mōi ať ꝯꝑatōꝫ hñt ad actū retribuēdi: ad actū miſeren
di. ⁊ iō cū dr̄ miſicors. iuſtꝰ. p̄dicať diua eēntia ⁊ ꝯno
tať vel ꝯp̄dicať actꝰ retbutōis. Si v̊o ſig̃ficēt ſꝫ dr̄iaꝫ
¶ Cōtra. vbicūqꝫ ponit̄ differētia nō ē om̄imoda idēptitas. Si ꝗ eſt differētia ꝑſone ab eēntia vel ecōuerſo nō eſt om̄imoda idēptitas ꝑſone ⁊ eēntie. Ex quo relinquit̄. ꝙ nō erit ſimplicit̄ ꝑſona eēntia qd̄ manifeſte eſt ꝯtra ſanctos. ¶ Itē ſi differt ꝑſona ab eſſentia. aut genē differētia nature: aut relatõis. qꝛ ꝯſtat ꝙ nō eſt ibi differentia accidētis. nō differūt differētia nature: qꝛ ſic ſequeret̄ eē in deo multiplicitas nature nec differētia relatõnis. qꝛ ꝑſona nō refert̄ ad eſſentiam nec ecōuerſo. ꝗ nō differrent re ꝑſona ⁊ eēntia. ¶ Item Bern̄. ad eugenium. ipās diuinas ꝑſonas nō aliud ꝙ̄ ipm̄ deū vnū diuinam ſubāꝫ naturā maieſtatē ꝯfitemur. Idem eſt igit̄ in deo ꝑſona. eēntia. ſuba. natura. maieſtas. ¶ Itē aug. vij. de trini. tres ꝑſonas nō dicimꝰ ex eadē eēntia quaſi aliud ſit eēntia aliud ſit ꝑſona. ¶ Rñ. dicēduꝫ ꝙ ē differētia ſm rem: ⁊ ē differētia ſm intelligētie rōeꝫ. differentia ſm rem nō differt ꝑſona ab eēntia nec ecōuerſo. vn̄ aug. vij. li. de trini. Nō ē aliud deo eē ⁊ ꝑſonā eſſe: ſꝫ oīno idē. Et iterū ī eodē. queādmodū hoc ē illi eē qd̄ deum eſſe: ita hoc ē illi eſſe qd̄ ꝑſonā eē. Differētia vō ſm intelligētie ratõeꝫ differt ꝑſona ab eēntia. qꝛ alia eſt ratio intelligētie ꝑſone: alia eēntie. Cum em̄ intelligit̄ eſſentia: intelligit̄ vnū quid indiſtinctum ī tribꝫ. cū vō dr̄ ꝑſona: intelligit̄ vnuſqſqꝫ diſtinctꝰ a ceteris ꝓprietate ꝙ̄uis nō eēntia. ⁊ hac ratõe dicit dama. iij. li. ꝙ aliud ē ſuba aliud ypoſtaſ. ſ. intelligētie ratõne. ¶ Ad illud ergo qd̄ primo obijcit̄ ꝙ aliqs eſt modꝰ exiſtētie ꝑſone ſm rem: qui nō eſt eēntie. ꝯcedēduꝫ eſt: ſꝫ ex hoc nō ſequit̄. ꝗ ꝑſona differt ab eēntia. ⁊ ratio huiꝰ eſt. qꝛ ille exiſtentie modꝰ facit differētiā ꝑſone ad ꝑſonā: nō ꝑſone ad eſſentiam. Un̄ generās dicit diſtinctõeꝫ pr̄is a filio: nō patris a deitate. Relatiua ei differētia ē relatiui reſpectu ſui correlatiui. nō ē at̄ correlatiua eſſentia ꝑſone. ¶ Ad ſecūdū qd̄ dicit. ꝙ ꝓprietas addit̄ ꝑſone que nō ē eſſentie. diſtinguēduꝫ qꝛ aut loquit̄ de additõe que ē ſm intelligētie ratõeꝫ: ⁊ hoc mō veꝝ eſt. qꝛ ratõe intelligētie ꝓprietas addit̄ ꝑſone. non tamē ex hoc ſequit̄ ꝙ ſit ibi differentia niſi intelligētia ratõis. Aut loquit̄ de additione que eſt ſm rem: ⁊ hoc mō falſuꝫ eſt. ꝓprietas em̄ relatiua ſic eſt relatiui ſicut oñdit boeciꝰ de trinitate: ꝙ nec addit nec mutat nec minuit. vt pꝫ cum aliquo accidente indifferēti ſitu ꝯtra me. ego nūc ſum dexter ad illum nūc aūt ſiniſter ſiue alicuiꝰ forme additõe ſiue aliqua mutatõne. ꝓprietas vō in diuinis que eſt ipīus ꝑſone eſt ꝓprietas relatiua: ⁊ ideo nō ponit additõeꝫ vel ꝯcretionē alicuiꝰ ad ꝑſonam: ſꝫ ſolum ponit differenteꝫ exiſtentie modū. ⁊ hoc ſm ratõneꝫ ordinis nature ſiue originis qd̄ ſufficit ad veritatem ⁊ alietatem perſone a ꝑſona. ſicut declaratū eſt ſupra queſtionibꝫ de veritate ꝑſonaꝝ: ⁊ queſtionibꝫ de numero ꝑſonaꝝ. ¶ Ad aliud vō iam pꝫ ſolutõ. hoc adiūcto: ꝙ aliter dicit̄ ī diuinis ꝓprietas eēntie: aliter ꝓprietas ꝑſone. ꝓprietas em̄ ꝑſone nomīat̄ in diuinis duobꝫ modis. vno mō nomine prime intentõis: ſicut generans. genitꝰ. ꝓcedens. alio mō nomīe ſcd̄e intentõis: vt cū dicit̄ differens diſtinctus. prima noīatio eſt ab intellectu ꝯſiderāte modū eſſendi: ſcd̄a vō noīatio eſt ab intellectu ꝯſiderāte modū intelligētie rei. ex hoc em̄ ꝙ intellectꝰ ꝯſiderat patrē vt ꝑſona a qua ꝓducit̄ ꝯformis in ſuba: noīat generātem ꝯſequēter vō ex hoc ꝙ ꝯſiderat actū mētis diſcernentis generāteꝫ a genito: noīat diſtinctiue. vt generās ſit nomen prime intentõis ſicut hō ⁊ ſoꝛ. diſtinctꝰ vō nomen ſcd̄e intentõis ſicut ſpēs ⁊ indiuiduū. ꝓprietas vō eēntie que quidē nō ꝯuenit ꝑſone: noīat̄ noīe ſcd̄e intentionis vt ꝯmūe indiſtinctū ⁊ hmōi. hec em̄ noīa ſunt ſumpta a mō ꝯſideratõis. ex hoc em̄ ꝙ eſt vna eſſentia tribꝫ ꝑſonis: noīat̄ ꝯmunis q̄ſi ſcd̄a intentõe. noīa vō om̄ia que noīant intentõeꝫ eēntie p̄ma intentõe. ſicut eternitas incōmutabilitas. ⁊ hmōi vtꝛ ꝯueniūt ꝑſone. nō ſequit̄ ergo ꝙ̄uis coītas ſit ꝓprietas eēntie incoīcabilitas ꝑſone: ꝙ differāt ꝑſona ⁊ eēntia ſm rē: ſꝫ ſolū ſm intelligētie rationem.

## Articulꝰ terciꝰ

Onſequēter querit̄ vtꝝ ꝯuenīētiꝰ dicat̄ ſm ratõeꝫ intelligētie ꝑſona eē eēntie ī obliqtate: ꝙ̄ ꝑſōa eē eēntie ī rctitudīe. ⁊ cū diffinitõne ꝑſone cadat nat̄a ī obliqtate: qꝛ dr̄ ꝑſona rōnaliter nature indiuidua. ſuba ꝗ ꝯuenīētiꝰ dicet̄ ī obliqtate ꝑſona eſſe nature vel eſſentie: ꝙ̄ natura vel eēntia. ¶ Iteꝫ ꝑſona eſt res nature: eſſentia vō ipā natura. reſpiciendo ergo ad ꝓprietatem ratõis intelligentie. intellectus nature eſt in obliquitate in ratione perſone. ergo ⁊ intellectus eſſentie. Conuenientius ergo dicetur eſſe perſona eſſentie ꝙ̄ ꝑſona eſſentia. ¶ Cōtra. aug. vij. de tri. non dicūtur tres perſone ex eadem eſſentia. ne putetur aliud eſſentia. aliud ꝑſona. ergo non ꝯuenienter dicen-

tur tres ꝑſone vniꝰ eẽntie. ꝓbatõ. nã ſicut dic priſtianꝰ
obliqui oẽs trãſitiue ſunt. oĩs aũt trãſitõ notat diuerſi
tatem ſiue alietatẽ. ſi ergo dicant̃ tres ꝑſone vniꝰ eſſen
tie: notabit̃ ꝙ aliud ẽ eẽntia aliud ꝑſona. ergo nõ ẽ di-
cendũ tres ꝑſonas vniꝰ eẽntie: ſicut nec dicẽduʒ eſt tres
ꝑſonas eẽ ex eadem eẽntia ſm augu. ¶ Itẽ nõ ꝯuenien
ter dicit̃ tres ꝑſonas eẽ vniꝰ dei ſ3 ꝑſonas eẽ vnũ deũ. er
go non ꝯueniẽter dicet̃ tres ꝑſonas vnius eẽ eẽntie ſed
tres ꝑſonas eẽ vnã eẽntiã. ¶ Item põt ne dici vnꝰ deus
trium ꝑſonaꝝ ſicut vna eẽntia trium ꝑſonaꝝ. ſi ḡ nõ cõ
ueniẽter dicit̃ vnꝰ deꝰ trium ꝑſonaꝝ ſ3 tres ꝑſone ĩ recti
tudine ḡ nõ ꝯueniẽter dicit̃ vna eẽntia trium ꝑſonarũ.
ſ3 vna eẽntia ẽ tres ꝑſone: nõ dicit̃ ergo ꝑſona de eẽntia
in obliq̃tate ſ3 in rectitudiẽ. ¶ Item ſic̃ dicit aug. vij. de
trinitate. cũ queſituʒ eſt de pr̃e filio ⁊ ſpũſcto qui tres:
dictum ẽ tres ꝑſone. ſ3 quo quid q̃rit de eo qḋ ẽ eẽntia:
non de eo qḋ eẽntie in obliq̃tate. ſi ergo recte r̃nſuʒ eſt:
ꝑſona in rectitudiẽ dicit eẽntiaʒ nõ in obliq̃tate: ꝯueni
entius igit̃ in rectitudine dicit̃ ꝑſona eẽntia q̃ eſſentie
¶ Ad hoc fuerũt qui dixerũt. ꝙ hoc nomẽ ꝑſona dicit
eẽntiaʒ in rectitudine: ⁊ diſtinctõneʒ in obliq̃tate. ꝑnci
paliter eĩ ſignificat eẽntiaʒ: ſ3 ſecũdario diſtinctõnem
tam ĩ ſingulari q̃ in plurali. ⁊ hoc ẽ claꝝ. Cum dr̃ pat̃
eſt ꝑſona. ſenſus ẽ. i. vnũ ens ꝑ ſe vnũ. i. vna eẽntia. ꝑ ſe
id ẽ diſtinctꝰ ab alia. vt hoc ꝓnomẽ ſe ſit maſculini ge-
neris ⁊ ſingularis numeri. Cũ vͦ dicit̃ pr̃ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpi-
rituſſctus ſunt tres ꝑſone. ſenſus ẽ. i. ſunt vnũ ⁊ ꝑ ſe. i.
ad ſeinuicẽ diſtincti. vt hoc ꝓnomẽ ſe ſit maſculini ge-
neris ⁊ pluralis nũeri. Cõfirmatõeʒ aũt ſue opinionis
trahũt ex ethymologia noĩs. Dicit̃ eĩ ꝑſona quaſi per
ſe vna. ⁊ hoc nomẽ vna deſignat vnitatẽ eſſentie: ꝙ dico
ꝑ ſe: diſtinctõeʒ. Sʒ ꝙ hec opinio ſit falſa ⁊ ꝓpinqua er
rori ptʒ ſic. cũ dicit̃ hec ꝑſona ẽ pr̃. cũ ꝑ hoc nomen ꝑſo
na nõ ſupponat̃ niſi eẽntia ſicut ipĩ dicũt: ergo cũ dicit̃
hec ꝑſona demõſtrat̃ eẽntia. ſil'r cũ dicit̃ hec ꝑſona ẽ fi-
lius demõſtrat̃ eadem eẽntia: ſequit̃ ergo ꝙ ꝑſona q̃ ẽ
pater ẽ filius: reſpiciẽdo ad ſuppoſitũ ꝑſone qḋ ẽ eẽntia
nõ ad ꝯnotatũ qḋ eſt diſtinctio. Si vͦ dicat̃ ꝙ cũ dicit̃
hec ꝑſona. ibi eſt demõſtratio reſpectiua reſpectu diſti-
ctionis que deſignat̃ ꝑ hoc ꝙ dico ꝑ ſe. querat̃ circa q̄d
notet̃ diſtinctõ cũ dicit̃ ꝑſona vnũ ꝑ ſe. ſi dicãt ꝙ circa
illud ꝙ ẽ in rectitudiẽ. ſ3 illud ẽ eẽntia: ergo eẽntia ẽ di-
ſtincta qḋ ẽ falſuʒ nec poſſunt aliud inuenire. ¶ Item
ſi ꝑſona dicit vnũ ens ꝑ ſe diſtinctũ. ergo eẽntia nõ eſt
ꝑſona: cum ipã nõ ſit vna ens ꝑ ſe. ſ3 ẽ diſtincta. ¶ Pro-
pterea dicẽduʒ. ꝙ reſpiciẽdo ad ſimplicitatẽ rei. ꝯueni-
entius dicit̃ ꝑſona eẽ eẽntia q̃ ꝑſona eẽntie. reſpiciẽdo
vͦ ad ratõeʒ intelligẽtie: ꝯueniẽtiꝰ dicit̃ ꝑſona eẽ eſſen-
tie vel nature q̃ ꝑſona eẽ eẽntia vel natura. ꝑſona enim
ſm ratõeʒ intelligẽtie dicit rẽ nature rõnalis ſiue ypo-
ſtaſ. ⁊ ideo dicit ĩ diuĩs quis ẽ: ſicut eẽntia vel natura
dicũt quo eſt. ⁊ ideo oblique erit intellectus nature vel
eẽntie in intellectu perſone. ¶ Ad illud ergo qḋ obijcit̃
primo de tranſitõe que eſt in obliquis. diſtinguendum.
ꝙ tranſitio duplex eſt. aliquãdo eĩ notat diuerſitateʒ
rei: aliquãdo vͦ diuerſitateʒ ratõnis. diuerſitatem rei
notat in habitudine ablatiui: maxime cũ ꝑpoſitõe. Un
de cum dicit̃ tres perſonas eẽ ex eadem eẽntia. vt ex: di
cat habitudinẽ cauſe materialis ad effectum vel ꝑtium
ad totum. que quidẽ habitudo ẽ diuerſoꝝ ſm ſubſtan
tiam. ſi diceret̃ hoc: notaret̃ ꝙ aliud eẽt eẽntia aliud ꝑ-
ſona. tranſitio vͦ ſm ratõeʒ notatur in habitudine ge-
nitiui. vnde ſufficit ad tranſlatõeʒ genitiui diuerſitas
ſola ſm ratõnem: q̃uis ſit idemptitas ſm rem. vnde cõ
ueniẽter dicitur bonitas dei. q̃uis idem ſit bonitas qḋ
deus ſm rem: ꝓpter differentẽ intelligentie ratõne. Si-
militer ꝯueniẽter dicentur tres perſone vnius eſſentie.
¶ Ad ſecũdum dicẽdum ꝙ nõ ſimilis eſt ratio dicendi
cum dicitur deus: ⁊ cum dicitur eſſentia. Eſſentia eniʒ
dicit quo eſt: ſiue deitas. deus vͦ dicit qḋ eſt: qḋ ẽ autẽ
ſupponit perſonã: nõ quo ẽ. vnde ⁊ deus ſupponit perſo
nam nõ eſſentia. intellectus aũt ſupponẽtis intelligitur
in ſuppoſito in rectitudine: nõ in obliquitate. vt in ſor-
te homo. ita ⁊ in diuina perſona deus. ideo ꝯuenienter
dicitur tres perſone vnus deus: nõ vnius dei. Cum vͦ
eſſentia nõ ſupponat perſonã ꝙ vͦ non ſupponit: intelli
gitur in ſuppoſito in obliquitate. vt natura in re nature
ꝯueniẽtius dicetur ſm ratõeʒ intelligentie q̃ tres per-
ſonas eſſentiã. ¶ Ad tercium dicendum ſil'i modo. ꝙ ſ3
nomen eſſentia dicit diuinã eſſentiã ſicut formam: for-
ma aũt ſemꝑ eſt alicuiꝰ ⁊ dicitur eſſe alicuiꝰ. ⁊ ideo con
ueniẽter dicitur eſſentia trium perſonaꝝ: hoc vͦ nomẽ
deus dicit diuinam eſſentiam vt in habẽte illaʒ: vel ha
bentem diuinã eſſentiã. ⁊ ideo nõ dicit diuinitatẽ vt eſt
alicuiꝰ: ſed vt eſt aliquid. ⁊ ideo nõ ꝯueniẽter dicitur de
us trium perſonaꝝ: ſed deus eſt tres perſone. ¶ Ad vl
timum dicendum. ꝙ illa interrogatio qua queſitum eſt
qui tres: ſicut ſupra dictum eſt. erat quaſi de nomie. cũ
eĩ querebat̃ de patre filio ſpirituſancto qui tres: que-
ſtio erat qḋ ſuſtantiuũ poſſet iungi huic nomini tres. ⁊
reſpõſum eſt tres perſone. vnde queſtio illa nõ fuit que-
ſtio de eſſentia. Uel ſi dicatur ꝙ erat queſtio de re: dicẽ
dum ꝙ hoc nomen quid. querit quãdoq3 eſſentiã: quã-
doq3 vͦ parteʒ ſubiectiuam. quãdo querit eſſentiã: que
rit partem diffinitiuã vt differẽtiam vel genus vel ſpe-
ciem. vt cũ querit quid ẽ homo: reſpõdetur animal ra-
tionale. Cum vͦ querit partem ſubiectiuaʒ: querit qḋ
eſt inferius. vt cum querit̃ quid ẽ in mari: ꝯueniẽter re
ſpondet̃ piſcis. Sil'r in diuinis quid põt querere quã-
doq3 eſſentiam quãdoq3 perſonam.

## Queſtio .lvij. de hoc no mine ſubſiſtentia.

Conſequẽter quẽri
tur de ſ3 noĩe ſubſiſtẽtia dic aũt boeciꝰ
in li. de duab9 natis ⁊ vna ꝑſona xp̃i.
ꝙ nõ vͦboꝝ inops grecia ẽ. ſ3 eẽntiã ſub
ſiſtẽtiã. ſubaʒ. ꝑſonã. totidẽ noib9: eẽn
tiã vſiã. ſubſiſtẽtiã vſioſym. ſubaʒ ypoſtaſim. ꝑſonã ꝓ-
ſopon appellabãt. iõ aũt greci ypoſtaſes ĩdiuiduas ſub
ſtãtias vocauerũt: qm̃ ceteris ſubſũt: ⁊ q̃ſi q̄buſdã accidẽ
tib9 ſubiecte ſũt. vult ḡ dicere. ꝙ hec q̃tuor noĩa eẽntia.
ſubſiſtẽtia. ſuba. ꝑſona. hñt q̃tuor eq̄pollẽtia ĩ greco: vſi
am videlicʒ. vſioſym. ypoſtaſim. ꝓſopon. ¶ Circa ſ3 igr̃
q̃rũt̃ hec. Prĩo an hec q̃tuor noĩa ſint ponẽda ĩ diuĩs.
Scḋo q̃liter diſtinguũtur. Tercĩo vtꝝ nomẽ ſubſiſtẽtie
ſit ꝑſonale vel eſſentiale.

## Membrum primũ

AD p̃mũ obijcit̃ aug. vj. de trini. Subſiſtẽ
vel ſubſtare dr̃ de reb9 ĩ q̄b9 ſũt ea q̃ ſũt ĩ
ſubiecto. Si ḡ ĩ re ſimplici q̃ ẽ deꝰ nihil ẽ
ſic̃ ĩ ſubiecto. q2 ſic̃ dic boeciꝰ ĩ li. de trini-
tate. deꝰ nulli ẽ ſubm: ḡ ĩ deo ñ dr̃ ſubſiſtẽ vl' ſubſtare. ſ3
vbi ñ ẽ vl' dr̃ ſubſiſtẽ vl' ſubſtare: nõ pt̃ dici ſubſiſtẽtia vl'
ſuba. ḡ ĩ deo ñ dicet̃ ſubſiſtẽtia vl' ſuba. i. vſioſis vl' ypo
ſtaſ. ¶ Itẽ vbi dr̃ ſub: notat̃ r̃ſpectꝰ ad aliq̄d qḋ ẽ ſupra
Cũ ḡ ĩ diuĩs ñ ſit ſup̃ ⁊ ſub: nõ poterit ibi dici ſubſiſtẽ-
tia vl' ſuba. Qr̃ aũt ita ſit dic hiero. ĩ expoſitõe fiḋi catho
lice ad allippiũ ⁊ aug. ñ ẽ ꝑrſus aliq̄s ĩ trinitate ḡdꝰ ni
hil qḋ ĩferiꝰ ſupiꝰ q3 dici poſſit. ¶ Itẽ. xx. exo. ñ aſcẽdes
ad altare meũ ꝑ ḡdũ. ⁊ exponit̃ altare fides trinitatis
in q̃ trinitate ñ ſũt faciẽdi ḡdꝰ. ſ3 q dic ſub: r̃ſpctu alicꝰ
ſup̃: dic ḡdũ. ḡ non ẽ dicẽ ſub ĩ trinitate. ḡ nec ſubaʒ nec
ſubſiſtẽtiã. ¶ Cõtra. aug. xj. ꝯfeſſionũ. pr̃ ⁊ filiꝰ nõ diffe
rũt ĩ ſuba ſ3 cã ⁊ ḡdu. drñtia igit̃ ẽ pr̃is ⁊ filij ſm ḡdũ:
nõ ḡ abſurde dr̃ ḡdꝰ ĩ diuĩs. ¶ Itẽ augu. ꝯ maximinũ.
cũ dicit̃ filiꝰ a pr̃e genitꝰ: nõ oñdit̃ ieq̄litas ſube ſ3 ordo
nature. ſ3 vbi ordo vnꝰ ab alio ibi videt̃ differẽtia gra-

dus.erit igiꝛ grad⁹ ī diuis. ¶ Itē ꝑſona ſubſtat eēntie
qꝛ ē ſuppoſitū eēntie. Vñ dama. deitas naturā manife-
ſtat pr̄ ypoſtaſim. ſʒ ypoſtaſ idē ē qđ ſuppoſitū. ḡ in di-
uinis ē ſub ⁊ ſuba ⁊ ſubſiſtētia. ¶ Itē vbicūqꝫ dr̄ ꝯmu
ne reſpectu min⁹ coīs dr̄ inferi⁹ ⁊ ſupi⁹. ſʒ in diuis dici-
tur eēntia ſicut magis cōe: diuinitas ſicut min⁹ ꝯmūe.
¶ Itē q̄rēt aliqs. cū hec nō inueniāꝛ ex ſcriptura q̄ au
ctoritate pn̄t poni ad ſignificāda diuia: Nā ſicut dicit
dyoni. in li. de di. no. vl'r nō audendū dicē vl' intelligē
quid deſuꝑ eēntiali ⁊ occulta diuinitate: ꝑter diuinit⁹
nobis ex ſacris eloquijs expſſa. ¶ Itē hyl. in li. de tri.
ipi deo de ſe credēduꝫ ē: ⁊ his q̄ cognitōni nr̄e de ſe tri-
buit obſequēdū nō pōt alter de eo ꝙ̄ vt ipē de ſe teſtat⁹
eſt intelligi. ¶ Itē cū maioꝛ ſit ſimplicitas incōꝑabiliꝛ
in diuis ꝙ̄ in creaturis: in creaturis aꝛ nō ſūt niſi duo
genera noīm: nomē vl'is ⁊ nomē ꝑticularis. qbꝫ ī diui-
nis rn̄dent nomē eēntie que ē coīs: ⁊ nomē ꝑſone que ē
incoīcabilis. ḡ ſolū in diuis noīa generalia debēt eē no
men eēntie nomē ꝑſone. ſuꝑfluūt igiꝛ nomē ſubſiſtētie
nomē ſube. ¶ Rn̄. dicēduꝫ ꝙ ſicut ſubſiſtē vel ſubſtare
diciꝛ duobꝫ modis: ita ⁊ ſubſiſtētia vel ſuba. vno modo
ſubſiſtē diciꝛ qđ ſtat in ſe: ⁊ ſuba diciꝛ ſm̄ hoc ꝙ ē ens
ꝑ ſe nō indigēs alio vt ſit. ſm̄ qđ dicit hylari⁹ in li. ď ſy
nodis. ꝓprie eēntia idcirco dicta ē: ꝙ ſemꝑ ē. idcirco eti
am ſuba eſt: qꝛ res que ē: neceſſe ē ſubſiſtat in ſeſe. Alio
modo ſubſiſtē diciꝛ a ſtando ſub. Vñ aug. vij. de trini.
ſi ſubſiſtit de⁹ vt ꝓpria ſuba dici poſſit ineſt in eo aliqđ
tāꝙ̄ in ſubiecto: ⁊ nō ē ſimplex. nephas autē ē dicere vt
ſubſiſtat de⁹ bonitati ſue: atqꝫ illa bonitas ñ ſit eēntia
manifeſtū ē igiꝛ deū abuſiue ſubaꝫ nūcupari. patꝫ igiꝛ
ꝙ vno mō in diuis ꝯueniēter diciꝛ ſuba ⁊ ſubſiſtentia:
alio mō nō. ¶ Ad illud tn̄ qđ pͥmo obijciꝛ. notādū ꝙ re
ſpiciētes ad ratōeꝫ ſubſtādi ⁊ ſubſiſtēdi. min⁹ ꝓprie dr̄
in deo ſuba ꝙ̄ ſubſiſtētia. qꝛ ſicut dic boeci⁹ in li. de dua
bus naturis ⁊ vna ꝑſona xp̄i. differt ſubſiſtē ⁊ ſubſtare
Ipm̄ aūt ſubſiſtit: qđ accidētibꝫ vt poſſit eē nō indiget
Subſtat aꝛ qđ accidētibꝫ ſubiectū vt queddā eſſe vale
ant ſubminiſtrat. Sub illis eī ſtat dū ſubiectū ē acciden-
tibꝫ. itaqꝫ genera ⁊ ſpēs ſubſiſtūt tm̄. neqꝫ eīm accidētia
generibꝫ ſpēbuſue ꝯtingunt. indiuidua vͦ nō tm̄modo
ſubſiſtūt ſʒ ſubſtāt. Ex hoc ḡ reliqꝛ. cū ſuba dicaꝛ a ſub
ſtare: ſubſiſtētia a ſubſiſtē. ratō aūt ei⁹ ꝙ ē ſubſiſtē: ma-
gis ꝯueiꝛ diuis. qꝛ negat accidēs ⁊ ponit eē ꝑ ſe. ¶ Ad
ſcđm dicēduꝫ. ꝙ in diuis nō dr̄ ſub reſpectu ei⁹ ꝙ ē ſuꝑ
ſm̄ rem: ſʒ ſolū ſm̄ intelligētie ratōem. nr̄ eīm intellect⁹
ꝓpter ſui ꝯpoſitōeꝫ nō pōt intelligē vel eloqui illā ſim-
plicitatē que ē diuie eēntie. Nota tn̄ ꝙ duobꝫ modis ī
diuis ſm̄ ratōeꝫ intelligētie dr̄ ſub vno mō dr̄ ſub reſpe
ctu eēntie coīs: alio mō dr̄ ſub reſpectu ꝓprietatis. Vñ
ſm̄ ratōeꝫ intelligētie ſubſtās vel ſubſiſtēs eēntie: diciꝛ
vel ſubſtās vel ſubſiſtēs ꝓprietati. Scđm hoc variaꝛ in-
tentio ei⁹ qđ ē ſuba vel ſubſiſtētia. ſicꝛ iā patebit. ¶ Ad il-
lud vͦ qđ obijciꝛ de gradu. dicēdum ꝙ in trinitate nō ē
grad⁹ ſʒ ordo nature ſolū. differūt aūt ordo ⁊ grad⁹ ſicꝛ
vnitas ⁊ punct⁹. punct⁹ eīm ē vnitas hn̄s poſitōeꝫ. vni-
tas vͦ nō hn̄s poſitōeꝫ. qꝛ ḡ poſitō ⁊ ſitus ſūt ſolū ī re
bus materialibꝫ: ideo ⁊ punct⁹ ſolū in illis ē. vnitas vͦ
que abſtrahit a poſitōe ⁊ ſitu: ē in ſpūalibꝫ. Silr̄ dicen
dū de gradu ⁊ ordine. qꝛ grad⁹ dic poſitōeꝫ ⁊ ſitū. ⁊ iđo
non debet poni in diuinis. ordo vͦ nō: ⁊ ideo ordo po-
nitur in diuinis nō gradus. ¶ Ad illud vͦ quod obij-
citur ex aucte aug. ꝙ differūt gradu pr̄ ⁊ fili⁹. volūt q-
dam diſtinguē qꝛ aliqua dicūꝛ differre gradu dupliciꝛ
vno mō qn̄ vtrūqꝫ ꝑticipat differenteꝫ gradū. vt qn̄ iſte
maioꝛ: ille minoꝛ. ⁊ hoc mō nō ē verū ꝙ pr̄ differat a fi-
lio gradu. Alio mō dicūꝛ differre gradu qn̄ in alt̄o tm̄
poniꝛ grad⁹. i. ꝓprietas dignitatis que nō in altero. et
hoc mō dicit hylari⁹ in li. de trini. pr̄ ē maioꝛ filio gene
ratōe nō genē: nō tn̄ fili⁹ minoꝛ eſt ſʒ equalis. ⁊ hoc mō
diciꝛ pr̄ a filio differre gradu. ſʒ ille grad⁹ nō dic exceſ-
ſum in pr̄e reſpectu filij ſʒ ſolū aucte. Tamē poſſit dici
ꝙ loquiꝛ aug. de gradu ꝙ̄tuꝫ ad actū intelligēdi: nō ꝙ̄-
tum ad ineq̄litatē exiſtēdi. qꝛ pr̄ ſub ꝓprietate innaſcibi
litatis pri⁹ intelligiꝛ ꝙ̄ fili⁹. qꝛ innaſcibilitas nō ponit
ꝑ intellectū generatōeꝫ. Ad auctem aug. ꝯtra maximi
num iā pꝫ rn̄ſio. ¶ Ad illud qđ dic. ꝙ ꝑſona ſubſtat eſ-
ſentie: ḡ ibi ē ſupra ⁊ ſub. dicēduꝫ ꝙ nō ſequiꝛ. Nā hec
noīa ꝓprie dicūꝛ vbi vnū ē materiale alteꝝ formale. In
diuis aūt trāſſumūtur ⁊ ſm̄ ratōeꝫ intelligēdi deum: et
ſm̄ moduꝫ nr̄i intellect⁹ iuxta ſilr̄itudinē creaturaꝝ. qꝛ
aliter nō pōt caꝑe illā ſūmā ſimplicitatē: ponit iſta no-
mina in diuis. ¶ Ad illud vͦ qđ obijciꝛ ꝙ ī diuis ē ma
gis ꝯmūe ⁊ min⁹ ⁊c̄. dicēduꝫ. ꝙ hoc ē ſolū ꝙ̄tuꝫ ad mo-
dū ſignificādi ī creaturis. nā in diuis nō ē vnū magis
ꝯmūe altero. Nō eīm differētia generalis ⁊ ſpālis noīs
niſi ſola voce vt ſuꝑ dictū ē q̄ſtione de ꝑſona. ¶ Ad illđ
vͦ qđ q̄rit cum hec noīa nō ſūt expſſa ī ſacris eloquijs
quō dicēꝛ in diuis: Rn̄. ꝙ quedā noīa expͥmūꝛ ſm̄ vo-
cem: quedā ſm̄ fidei ratōeꝫ. dicēduꝫ ḡ ꝙ ꝙ̄uis iſta no-
mina nō expͥmāꝛ voce: expͥmūꝛ tn̄ in ſcripturis fidei ra
tione. Pretea ſūt aſſumpta ꝓpꝛ hereticos ad explican-
dum fidei veritatē ſicut dic aug. de hoc noīe ꝑſona cuꝫ
queſitū ē q̄ tres: dictū ē tres ꝑſone. nō vt illud dicētur:
ſʒ ne tacereꝛ. ¶ Ad vltimū dicēduꝫ ꝙ in creaturis inue-
niūtur iſta q̄tuoꝛ noīa ſm̄ differētiā vl'is ⁊ ꝑticularis.
Nā quo ē: diciꝛ vſia. qđ eſt: diciꝛ vſioſis. ⁊ hec duo ſunt
ex ꝑte vl'is vt hūanitas dicit quo ē: hō ꝙ ē. Ex ꝑte ꝑti-
cularis dr̄ qui ē: vt iſte ꝓnoīaliꝛ ſuba dr̄ ſiue ypoſtaſ. ⁊
quis eſt: vt ſoꝛ. diciꝛ noīaliter ꝑſona vel ꝓſopon.

## Membꝛū ſecundū

Conſequēteꝛ q̄riꝛ de diſtinctōe hoꝝ noīm
Nā cū in deo nō differat ꝙ ē ⁊ quo ē. nō
videbiꝛ differre vſioſ ⁊ vſia. ¶ Itē cuꝫ in
deo nihil ſit in potētia qđ nō ſit ī actu: qꝛ
nihil impfectū nihil in forme. differūt aūt ypoſtaſ ⁊ ꝑ
ſona. qꝛ ypoſtaſ dic rem diſtinguibilē. i. entē in poten-
tia ad diſtinctōeꝫ: ꝑſona vͦ dic rem actu diſtinctā. ḡ ñ
differret ypoſtaſ ⁊ ꝓſopon. vana ē igiꝛ iſta noīm mľti-
plicatio in diuis. ¶ Item ſi dicaꝛ ſicut dixit ꝑpoſitiu⁹
ignorās ratōeꝫ iſtoꝝ noīm. ꝙ hoc vocabulū ſuba equo
cum ē ſicut in alijs facultatibꝫ didicim⁹: ad ſubaꝫ ſub-
iectam: ⁊ ad ſubam ſubiecti. Subſtātia ſubiecta ē ipm̄
ſubiectum vt ſoꝛ. ſuba ſubiecti ē ſubalis ei⁹ ꝓprietas. ⁊
hec ē triplex. generalis. ſpālis. ⁊ indiuidualis. genera
lis: vt ꝓprietas q̄ ſoꝛ. ē ſuba. ſpālis: vt ꝓprietas q̄ ſoꝛ. eſt
hō. indiuidualis: vt ꝓprietas q̄ ſoꝛ. ē ſoꝛ. que ficto noīe
diciꝛ ſocracitas. Et ad hec q̄tuoꝛ deſignāda grec⁹ hꝫ vo
cabula q̄tuoꝛ appropriata. vſia. vſioſ. ypoſtaſ. ꝓſopon
vſia: q̄ſi generalis ſuba ſubiecti. vſioſ: q̄ſi ſpālis. ꝓſo-
pon: q̄ſi indiuiduaľ. ypoſtaſ: q̄ſi ſuba ſubiecta. ¶ Con-
tra. ī diuis ſicꝛ ſupra ꝓbatū ē. nō ē forma nec generalis
nec ſpālis nec indiuidualis: ḡ vana ē poſitō iſtoꝝ: cum
idem ſit ſignificatuꝫ noīs generalis ⁊ ſpālis. ¶ Item ſi
dicaꝛ ſicut dixerūt alij iuxta intentōꝫ boecij. ꝙ eſſentia
ſiue vſia ē forma inꝙ̄tum facit ſimpliciter eē. ⁊ ꝓpter hꝰ
eſſentialiter vſia ſolum ſignificat naturā nec nūꝙ̄ trāſ-
ſumitur ad ſignificādū ꝑſonas. Subſiſtētia ſiue vſioſ
eſt forma generalis ſpālis inꝙ̄tuꝫ facit eſſe. vt aīalitas
que facit eſſe animal: humanitas que facit eſſe hominē
ſubſiſtētia ſiue vſioſ dicitur eſſe ipm̄ ſubiectū ꝓut ſua
ſubalis forma eſt quid nō indigens accidentibꝫ vt ſit:
ideo hoc nomen ſubſiſtentia quādoqꝫ ꝑ ſimilitudinem
tranſlatuꝫ ē ad ſignificandū ipas perſonas. vt dicatur
pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus ſunt tres ſubſiſtentie:
iđ eſt tres qui vere ſunt non indigentes aliqua alia re
vt ſint. Subſtantia ſiue ypoſtaſ diciꝛ indiuiduum pri
mi p̄dicati ſiue ſuba prima que diciꝛ ypoſtaſ. que ſub-
ſtat accidentibꝫ eam indiuiduantibꝫ ſiue diſcernentibꝫ
hoc modo ſumit areſto. hoc nomen ſuba in ꝑͥncipio p̄-

dicamentoꝝ vbi dicit. ſubã ẽ que ꝓprie ⁊ pͥncipaliter et
maxime dr̃. ideo hoc nomẽ ypoſtaſ apud grecos ꝑ ſiĺitu
dinem trãſlatuȝ ẽ ad pr̃em ⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ſcĩm. ⁊ hoc nomẽ
ſubã apud nos. q2 ſicut indiuiduũ pͥmi p̃dicamẽti diſti
ctuȝ ẽ ſuis accidẽtibꝫ:ita pr̃ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpũſſctus diſtincti
ſunt ſuis notõibꝫ. ⁊ ideo dixerũt pr̃eȝ ⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ſcĩm
tres ypoſtaſes. i. tres diſtinctas. ⁊ latini dixerũt pr̃em
⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ſcĩm tres eẽ ſubas ĩ eadẽ ſignificatõe proꝛ-
ſus ꝙ greci accipiũt hoc nomẽ ypoſtaſ. ſ hec ſignificatio
non ẽ vſitata mõ. Perſona vͦ ſiue ꝓſopon ꝓprie dictꝰ ẽ
homo laruatꝰ. qui rep̃ſentabat certos hoĩes vt chremẽ
tem ⁊ ſymonẽ. dicit̃ em̃ ꝓſopon a ꝓ qḋ ẽ in: ⁊ ſopos qḋ
eſt facies: q2 in facie habebant laruã. ⁊ ex hoc inoleuit
ꝯſuetudo dicẽ: vt certi homĩes dicerẽt ꝑſone. ⁊ ex hac ſi
gnificatõe trãſlata ſunt noĩa ꝑ ſiĺitudinẽ ad pr̃em ⁊ fi-
lium ⁊ ſpm̃ſcĩm. q2 ſicut homĩes diſtincti ſunt ſuis pro
prijs q̃litatibꝫ: ita pr̃ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpũſſcẽs ſuis notõibꝫ. ſm
hanc trãſlatiuã ſignificatõeȝ ꝑſona idem ẽ qḋ ypoſtaſ
id ẽ res diſtincta rõnalis. Sed ꝯtra hoc obijcit̃. nam cuȝ
ypoſtaſ ſit idẽ qḋ ſubã: ſi ꝯueniẽter dicerẽt tres ypoſta
ſes ⁊ ꝯueniẽter dicerẽt tres ſube. Ad qḋ videt̃ facẽ hy-
lariꝰ quarto de trinitate tres ſube ſunt pr̃ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpiri
tuſſanctus. Itẽ ad idem ẽ auctoꝛitas anſel. in monolo
gion. ſubã maxime dr̃ de indiuiduis q̃ in pluralitate cõ
ſiſtũt. indiuidua aũt maxime ſubſtãt accidẽtibꝫ. Unde
manifeſtũ ẽ ſũmaȝ eẽntiã nõ ſũmi ꝓ ſubã. ⁊ ideo dicimꝰ
tres ꝑſonas ſiue ſubas. Sȝ ꝯtra aug. vij. de tri. tã ſubã
ꝙ eẽntia vtrũqȝ ad ſe dr̃ nõ relatiue. vñ hoc ẽ deo eẽ qḋ
ſubſiſtẽ. ſic vna eẽntia catholice dr̃ nõ tres: ita ſubã di
cetur nõ tres ſube. ¶ Ad hoc dixerũt quidaȝ ꝙ eẽntia ſi-
gnificat ens: nõ ex ſe vel ex alio diſtinctũ vel diſtingui-
bile. Subſtãtia ens ex ſe: nec diſtinctũ nec diſtinguibi-
le ſ ex alio diſtinguibile. Subſiſtentia vͦ ſiue ypoſtaſ
ens ex ſe diſtinguibile: ſ nõ diſtinctũ. Perſona vͦ ſigñi
cat ens ex ſe diſtinguibile ⁊ diſtinctũ. Vñ ſm hoc ypo-
ſtaſ ⁊ ſubſiſtẽtia differt a ꝑſona aliter ꝙ priꝰ dictũ ſit.
q2 ypoſtaſ ſiue ſubã dicit̃ vt ẽ potẽs ſubſiſtẽ ꝓprietati.
ꝑſona vt ẽ actu ſubſtãs. q̃liter ĩ creaturis differũt deal
babile ⁊ dealbatũ. tñ ibi ẽ differẽtia ſm rem: hic aũt ſo-
lum ſm ratõeȝ intelligẽtie. hinc ẽ ꝙ nomẽ eẽntie nõ nu-
merat̃ nec recipit notõnalẽ diſtinctõeȝ: nec dicat̃ gene-
rans vel genita vel plures eẽntie. nomẽ vͦ ſube nõ nu-
merat̃: ſ tñ ex adiũcta detẽiatõe ſuꝑponit ꝑſonã vt di-
catur deꝰ generãs vel genitꝰ. ſ nũꝙ tres dij ſ vnꝰ deus
nomẽ vͦ ypoſtaſ numerat̃ ⁊ recipit ꝑſonaleȝ detẽmia-
tionẽ. vñ dicũt̃ tres ypoſtaſes ⁊ tres ꝑſone. ⁊ ypoſtaſ
generãs ⁊ ypoſtaſ genita. Siĺr ⁊ ꝑſona tñ iſti vnde ꝓ-
bant nõ dicũt niſi ex vſu eccĺie. ¶ Propt̃ea dicẽduȝ. ꝙ
diuerſitas iſtoꝝ noĩm in diuĩs ꝯtingit ex diuerſa intel-
ligẽtie ratõe. cũ vͦ ꝯſideramꝰ deũ. aut cogitamꝰ diuinã
eẽntiã vt foꝛmã: aut ꝯſideramꝰ vt hñteȝ illam. pͥmo mõ
dicimꝰ vſiam. Scḋo mõ diſtinguit̃. q2 aut hñs illã co-
gitat̃ ſm indifferẽtiã ꝑ moduȝ coĩs ſiue vĺis: ⁊ hoc mõ
dicimꝰ vſioſim. aut ſm diſtinctõeȝ ⁊ ꝑ modũ ſingularis
vel incoĩcabilis: qḋ ẽ duobꝫ modis. aut cogitamꝰ diſti-
ctum ſ nõ cũ detẽiata ꝓprietate: ⁊ hoc mõ dicimꝰ ypoſta-
ſim. aut cũ detẽiata ꝓprietate ⁊ in rõnali nat̃a: ⁊ hoc mõ
dicimꝰ ꝑſonã. pͥmo mõ ſignificamꝰ quo ẽ: vt deitas. Se
cũdo mõ ſignificamꝰ qḋ ẽ: vt deus. Tercĩo mõ quis ẽ: vt
iſte demõſtrato pr̃e. Quarto qs ẽ: vt pr̃ ſm ꝙ accipitur
ſubſtãtiue. ¶ Ad pͥmũ dicẽduȝ. ꝙ licet ĩ deo idẽ ſit ꝙ eſt
⁊ quo ẽ natura: ⁊ res nature. aliqḋ tñ põt attribui vni
ꝙ nõ alteri. generare em̃ nõ ꝯueniet eẽntie licȝ ꝯueniat
ei qḋ ẽ. Qr̃ ẽ em̃ ſignificat eẽntiã ꝑſonalit̃. eẽntia vͦ eſ-
ſentialit̃. ideo ꝙ ẽ ⁊ quo ẽ licet nõ differãt in deo ſm rẽ
tamen differũt ſm ratõeȝ intelligẽtie. ¶ Ad ſecũdũ qḋ
obijcit̃ de hoc noĩe ypoſtaſ ꝙ ſupfluit. dicẽduȝ ꝙ in di
uinis licet nõ differãt eẽ ⁊ poſſe ſm rem: differt̃ tñ ſm
ratõeȝ intelligẽtie. Nomĩa aũt nõ dant̃ ſolũ ſm differẽ
tiam rei ſ ſm differẽtiã intelligẽtie. ſic foꝛma q̃ nõ põt
eſſe ſine ſubiecto: habet tñ nomẽ ſignificãs illã ſine ſub
iecto. ⁊ põt de ea dari diffinitõ ſine ſubiecto: licȝ ñ poſ-
ſit eẽ ſine ſubiecto. vñ nõ influit nomẽ ypoſtaſ. ¶ Ad vl
timũ notãdũ. ꝙ ſubã dr̃ dupĺr. vno mõ a ꝓprietate ſub-
ſtandi: alio mõ ꝙ ẽ ens ꝑ ſe nõ indigẽs alio vt ſit. Item
a ꝓprietate ſubſtãdi dicit̃ dupĺr. vel eo ꝙ ſubſtet eẽntie
vt hõ ẽ ſubã que ſubſtat hũanitati que ẽ eẽntia qua hõ
eſt hõ. vel eo ꝙ ſubſtet eẽntie vt accidẽti vt iſte hõ dicit̃
ſubã q2 ſubſtat eẽntie ſ. ue hũanitati. ⁊ etiam q2 ſubſtat
accidẽtibꝫ que nõ ẽ in alio reꝑire. Subſtãtia ḡ coĩs di-
citur ſubã: eo ꝙ ſubſtat eẽntie. ſubã pͥma: eo ꝙ ſubſtat
accidẽtibꝫ. dicẽdum ḡ ꝙ ſm ꝙ nos mõ vtimur nomine
ſube: nõ debet dici tres ſube. accipit̃ em̃ nũc ꝓ vſioſi. ꝓ
re ſcȝ que ẽ ens ꝑ ſe nõ indigẽs alio vt ſit. ⁊ ſic ſolũ debȝ
dici vna ſubã. ſ ſm aliũ modum quo antiquitꝰ accipie-
batur poſſet: ſ ꝓpter hereticos qui ſi dicerẽt tres ſube:
poſſent credẽ ꝙ diceremꝰ tres eẽntias: nõ dicit̃. ſicut in
oſee oñdit̃. Nõ vocabis me vltra baalim ſ vocabis me
vir meꝰ. ꝗuis idem dicat baalim qḋ vir meꝰ. ſ ꝙ ydo-
latre vtebant̃ noĩe baalim noluit ſic noĩari. ſiĺr hereti-
ci cũ dicebamꝰ tres ſuſtãtias: credebãt nos dicere tres
eſſentias. vtebãt̃ em̃ noĩe ſubſtãtie ꝓ eẽntia: ideo nõ di
cimꝰ tres ſubas ꝗuis ſane poſſet dici. ſ ꝓpter hereticos
trãſlatũ ẽ nomẽ ſube ad nomẽ ypoſtaſ. ⁊ ad hoc ẽ auc̃tas
augu. vij. de trini. dicẽtis. hũana inopia loquẽdi timuit
dicere tres eẽntias: ne itelligẽt̃ in illa ſũma eq̃litate vl-
la diuerſitas. Rurſuȝ non eſſe tria quedam non pote-
rat dicere. pie enim credendum eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpi-
rituſſanctus. neqȝ eundem eſſe qui pater eſt. neqȝ ſpiri-
tũſanctum eundem patrem eſſe vel filiuȝ. Queſierunt
quid tria diceret. ⁊ dixerunt ſubſtãtias ſiue perſonas
quibus nominibus non diuerſitatem intelligi voluit:
ſed ſingularitatem voluit. vt non ſolum ibi vnitas in-
telligatur ex eo ꝙ dicitur vna eẽntia: ſed trinitas eo qḋ
dicuntur tres ſubſtantie vel perſone. Nam ſi hoc ẽ deo
eſſe qḋ ſubſiſtere: ita non erunt dicende tres ſubſtantie
vt non dicuntur tres eſſentie.

## ¶ Membrum terciũ

Ultimo queritur vtrum nomen ſubſiſten-
tie ſit eſſentiale vel perſonale. Ad ꝙ ſic.
Richar. de trini. Subſiſtentia ẽ incõmu
nicabilis exiſtentia. tot em̃ ſunt incõmu-
nicabiles exiſtentie: quot proprietates. tot autem ſunt
proprietates: quot perſone. ergo tot ſubſiſtentie quot ꝑ
ſone. ſed tres ſunt perſone: ergo tres ſubſiſtentie. ergo
ſubſiſtentia ẽ perſonale. ⁊ non dicit eſſentiam. nullo eñ
modo ſunt tres eſſentie. ¶ Item Hieronimꝰ in expoſi-
tione fidei catholice ad allipium ⁊ auguſti. tres perſo-
nas vel vt greci exprimunt ypoſtaſes. i. ſubſiſtẽtias cõ-
fitemur. ergo ſubſiſtentia idem eſt quod ypoſtaſ. ergo
eſt perſonale. ¶ Contra. boecius in li. de duabus na-
turis ⁊ vna perſona xp̃i. deus vſia eſt et eſſentia. Ipſe eĩ
maxime eſt a quo omnium eſſe proficiſcitur. eſt etiam
vſioſis. id ẽ ſubſiſtentia. ſubſiſtit enim nullo indigens.
Unde etiam dicimus vnam eſſe vſiam vel vſioſim. id ẽ
eſſentiam vel ſubſiſtentiam deitatis: ſed tres ypoſtaſes
id eſt tres ſubſtantias. relinquitur igitur ꝙ ſubſiſten-
tia eſt eſſentiale. et ꝙ inconuenienter dicitur tres ſubſi
ſtentie in diuinis. ¶ Item ſicut ibi dicit boecius. illud
ſubſiſtit quod accidentibus vt poſſit eſſe non indiget.
Unde ſubſiſtentia dicitur quod non indiget accidenti-
bus vt ſit. ſi ergo hoc dicitur de deo ſm eſſentiam: ergo
erit vna ſubſiſtentia non tres. ¶ Item cum ſubſtantia
ſm boeciũ ſit idem qḋ ypoſtaſ. ⁊ cum greci concedunt
tres ypoſtaſes: ſubſiſtentia vͦ idem quod vſioſ: grece
autem non concederetur tres vſiones ſed vna tm̃: incõ
uenientiꝰ ergo latine dicunt̃ tres ſubſiſtentie in diuĩs.
ꝙ tres ſubſtãtie. ¶ Rñ. ſm boeciũ in li. de duabꝫ natu
ris: ꝙ queãdmodũ intentio ſubſtãtie duobꝫ modis ex-

ponit̃. vna ē ꝑ negatōez: vñ boeci⁹. Subſtãtia dicit̃ qm̃ in nullo ſubiecto ē. hoc ē ꝙ ē ꝑ ſe: ad differētiã accidentis cui⁹ eē eſt ineſſe hoc ē eē ĩ ſubiecto. Alia ē ꝑ affirmatione. vñ boeci⁹ ſuba eſt qm̃ ſubeſt ceteris. i. accidētibꝫ. Primo mō intētio ſube ꝯueit rei generibꝫ ⁊ ſpēbꝫ q̃ dicunt̃ ĩ loycis ſube ſcđe. Scđo mō ꝯuenit ſingularibꝫ in diuiduis que dicunt̃ ſube p̃me. ita in diuis intētio ſube duobꝫ modis dicebat̃. vno mō eētialit̃ ꝓ eētia ꝯmũi ⁊ ſcđm hoc intētio ſube eadem ē que eſt vſiot̃. Alio mō ꝑſonalit̃ ꝓ re ſubſiſtēte ꝓprietati: ⁊ hoc mō idem ē ſuba qđ yppoſtaſ. tñ ꝓpter hereticos nō vtimur hac ſignificatōne ſube ĩ diuis ſic̃ dictũ ē. ṙmanet ğ apđ latinos intētio ſube ſm ꝙ dicit vſioſim nō ypoſtaſ ⁊ ideo vna ſuba nō tres. Simĩ mō dicēdum ꝙ intētio ſubſiſtētie dr̃ duobus modis. vno mō ſubſiſtētia dicit̃ ſic̃ dicit boeci⁹ qm̃ nō indiget accidētibꝫ vt ſit: ⁊ hoc mō ſubſiſtētia dr̃ eēntialiter: ⁊ vna ſubſiſtētia: ⁊ vna vſioſis. Alio mō ſubſiſtentia dicit̃ ab actu ſubſiſtēdi. ⁊ hoc mō ſubſiſtētia dicitur idem qđ ypoſtaſ. vñ boeci⁹ intellect⁹ vniuerſaliuꝫ reꝝ ex ꝑticularibꝫ ſumpt⁹ eſt. Quo circa cũ ipē ſube in vniuerſalibꝫ quidē ſint: in ꝑticularibꝫ vō capiãt ſubſiſtentiã in re: ſubſiſtētias ꝑticularit̃ ſubſtãtes appellauerunt. Scđm hoc dicũt̃ tres ſubſiſtētie. i. tres ypoſtaſes nihil em̃ aliud dicit ypoſtaſ q̃ꝫ res ſubſtans ꝓprietati. Alio ğ mō nō vtimur illis q̃tuoꝛ noibꝫ q̃ꝫ tpe boecij. in duobꝫ em̃ ē mutatio. qꝛ mō idem ſuba dicit̃ ⁊ vſioſis. et ſubſiſtētia ⁊ ypoſtaſ. ſꝫ ſicut pri⁹ idē mō dicũt̃ eētia ⁊ vſia ſilr̃ ꝑſona ⁊ ꝓſopon. ¶ Ad vltimũ dicēduꝫ. ꝙ ſuba qꝛ nomē eſt p̃mi p̃dicamēti habꝫ oppoſitōeꝫ ĩmediataꝫ cũ relatōe. ſubſiſtētia vō nō ita ĩmediate opponit̃. nō eĩ opponit̃ niſi qꝛ ſuba ē: ⁊ ideo pl⁹ accedit ad relatiuã p̃dicatōeꝫ. ⁊ ita in diuis nō dicit̃ vna ſubſiſtētia ſic̃ vna ſuba: qꝛ pl⁹ accedit ad relatiuã p̃dicatōeꝫ ſubſiſtētia. et ꝓpt̃ hoc ĩ diuis nō dicit̃ vna ſubſiſtētia ſic̃ vna ſuba.

## Queſtō. lviij. de hoc nomine ypoſtaſis.

Conſequēter querit̃ de hoc noĩe ypoſtaſ. a manifeſtioꝛibꝫ ad min⁹ nota debꝫ eē inquiſitōis oꝛdo magis aũt nobis manifeſtũ ē nomē ꝑſone q̃ꝫ ſubſiſtētie: ⁊ ſubſiſtētie qđ ē latinũ q̃ꝫ ypoſtaſ qđ ē grecũ. Querit̃ ğ hoc mō. Primo an in diuis debeat dici nomen ypoſtaſ. Scđo qđ dicatur ypoſtaſ. Tercio an vniuoce dicat̃. Quarto quō ꝯpet̃ ad eētiã q̃tuꝫ ad ſignificatōez. Quinto q̃liter q̃tũ ad ſuppoſitōeꝫ. Sexto q̃tũ ad ſimplicitatē. Septimo q̃rit̃ de ꝯpatōe ypoſtaſ ad ꝓprietatem.

### Membꝛũ primum

Ad p̃mum ſic hieꝛo. ad damaſuꝫ papã. ab arrianoꝝ p̃ſule ypoſtaſeon nouellũ natura a me homĩe romano exigit̃ taceamus tres ypoſtaſes ſi placet. hoc nomē em̃ nō bone ſuſpitōis ē. cũ in codeꝫ vbo ſenſus diſſentiũt. aut ſi rectũ putatis tres ypoſtaſes cũ interp̃tatōibꝫ ſuis debere nos dicere: nō negam⁹. ſꝫ mihi credite venenũ ſub melle latet. ğ cũ noĩa ambigua ⁊ ſuſpecta nō debēt dici in diuĩs: hoc nomē ypoſtaſ nō debeat ibi dici. ¶ Itē damā. iij. li. ypoſtaſim detēmiant ſubaꝫ cũ accidētibꝫ. ypoſtaſ ğ ē ſuba cũ accidēte. ſꝫ in deo nullũ ē accidēs ſic̃ dicit aug. ğ in deo nō ē ypoſtaſ. ¶ Si dicat̃ ꝙ in deo nullum ē accidēs: ē tñ ibi aliqđ ꝑ modũ accidētis. Cōtra. omē accidēs adueniēs ē. ğ ſi nihil ē adueniēs ĩ deo nec ratō aduenientis: ğ nec rō accidētis. ğ nō dr̃ aliqđ ꝑ modũ accidētis. ¶ Cōtra. boeci⁹ ypoſtaſ ē res ſubſiſtēs. ſicut eĩ eētia ē qua res ē: ita ypoſtaſ ē qua res ſubſiſtit. ſꝫ ſubſiſtē ē in deo: ğ ypoſtaſ ē ĩ deo. ¶ Rñ. ſm ꝙ dicit mgr̃ in ſentē. xxvj. di. p̃mi li. hieꝛo. nō negat eē vtenduꝫ r oĩe ypoſtaſ: ſꝫ hereticos eos prave vſos oñdit. ꝯ quos cautela op⁹ erat in diſtinctōe ſignificatōis. aliogn ſibi ꝯtradicēt: qꝛ ipē hieꝛo. dicit. clamam⁹ ſi quis tres ypoſtaſes ⁊ tres ſubſiſtētes ꝑſonas nō confitet̃: anathema ſit. ſi aũt ypoſtaſim vſiam intelligēs nō in tribꝫ ꝑſonis vnã ypoſtaſim indicit: alien⁹ a xp̃o ē ⁊c̃. ¶ Ad aliud damā. dicendũ. ꝙ loquit̃ de ypoſtaſi ꝓprie ſm ꝙ ē in creaturis. ⁊ illa dicit̃ ꝓprie cuꝫ accidentibꝫ ꝓprijs. ⁊ hoc mō non ē in diuinis. imo ypoſtaſ prout ē in diuinis: ē res ſubſiſtens cũ ꝓprietate que nullo mō dicit̃ accidens. qꝛ non ē adueniens ſꝫ eterna ⁊ ĩmutabilis.

### Membꝛũ ſecundũ

Conſequēt̃ querit̃ quid ſit ypoſtaſ ſm ꝙ accipit̃ in diuĩs. ponit̃ aũt hec ratō. ypoſtaſ ē ſuba cum ꝓprietate. ergo hoc nomē ſuba aut dicit ibi eētiã ſine quo ē aut qđ eſt: aut dicit idem qđ ypoſtaſ. Si aũt dic quo ē vl̃ qđ ē vt ſi addita ꝓprietate faciat ypoſtaſim: obijcit̃ ſic. Vna ē ſuba patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. adueniat ğ ꝑ intelligētiam paťnitas ſube: ğ ineſſet paťnitas ſube vt fiat ypoſtaſ patris. ſilr̃ filiatō addat̃ ad hoc vt fiat ypoſtaſ filij ergo eadem ſuba ē ſub oppoſitis relatōibꝫ qđ ē impoſſibile intelligē. Si aũt ſumit̃ ibi ſuba ꝓ ypoſtaſi: ğ ideꝫ notificat̃ ꝑ ſeipm̃. ⁊ ſic erit abire ĩ infinitũ. ¶ Contra. damā. ſuba ē qđ ꝯmũe ē: ypoſtaſ vō indiuiduũ. ğ ſuba ſm ꝙ ponit̃ in ratōne ypoſtaſ dicit ſubaꝫ ꝯmunē q̃ dic quo ē vel qđ ē. ¶ Sol̓. dicendũ ꝙ hec ꝓpoſitio ypoſtaſ eſt ſuba cũ ꝓprietate. valet tantũ quãtuꝫ: hec ypoſtaſ ē res ſuſiſtens cũ ꝓprietate. Vñ ſuba accipit̃ ibi ꝓ re nature. vñ ypoſtaſ hꝫ dicit̃ res nature ſubſiſtēs. Vñ ypoſtaſ ſub ꝓprietate nō dico ſubſtãs qꝛ ſubſtare ꝓprie non dicit̃ ĩ diuis. qꝛ ſic̃ vult aug. nō ē ꝓprie ſubſtare niſi vbi ē ſubiectũ ⁊ accidēs. ſꝫ ſubſiſtē ꝓprie ē reſpectu ꝓprietatis: hec aũt res nature nō determĩat ipm̃ quo ē vel ipm̃ qđ ē. vñ ſuba nō dr̃ ibi ſm ꝙ dr̃ q̃ ē vel qđ ē. ĩmo accipitur ibi ſuba ſm ꝙ dicit qui ē ſm ꝙ accipit̃ ĩ rōne ꝑſone cũ dicit̃ ꝑſona ē ſuba indiuidua rōnalis nat̃e. ⁊ ꝑ ipam bñ notificat̃ ypoſtaſ: qm̃ ĩ intellectu ypoſtaſ nō ſolum debꝫ cadē qđ reſpectiuũ: ĩmo etiã qđ abſolutũ. alit̃ nō habēt intellect⁹ ſuꝑ qđ qeſcēt intelligēdo ypoſtaſim. iō optet ibi ponē qđ abſolutũ ⁊ hoc ē res nat̃e. hec aũt res nature dicit̃ hec ſuba. ypoſtaſ aũt dicit illã rem nature cũ ꝓprietate: ⁊ ita cũ reſpectu. Et ſi q̃rit̃ aut res illa ē ſuba aut ypoſtaſ. dicēdũ ꝙ ĩ re hec oĩa ſũt vnũ: tñ q̃tuꝫ ad notificatōeꝫ nō ē bona q̃ſtio. qꝛ licꝫ idem ſit in re: tñ alio ⁊ alio mō dicit̃ ꝑ iſta. ⁊ ſic pt̃ notificari ypoſtaſ ꝑ illã rē nature tãq̃ꝫ ꝑ illud qđ ē in ſuo intellectu.

### Membrũ terciũ

Conſequēter q̃rit̃ cũ dicit̃ pr̃ ē ypoſtaſ ⁊ fili⁹ ypoſtaſ. vtꝝ dicat̃ ypoſtaſ vniuoce. Nã cũ nihil ſit ꝯmũe pr̃i ⁊ filio niſi eſſentia. cum aũt dicit̃ pr̃ ē ypoſtaſ: fili⁹ ē ypoſtaſ: relinqt̃ ꝙ nō p̃dicat̃ ꝯmũe in ratōe eiuſdē ſube. ergo equoce. ¶ Itē ſi dicat̃ ſic̃ ſupra dictũ ē q̃ſtione de ꝑſona. ꝙ cũ dicit̃ pr̃ ē ypoſtaſ ⁊ fili⁹ ē ypoſtaſ: ꝙ p̃dicatur ꝯmũe reſpectu vl̓ habitudĩe: qꝛ ꝑ hoc ſignificat̃ ꝙ ſũt ſuppoſita eētie pr̃ ⁊ fili⁹. Cōtra. null⁹ ē medi⁹ reſpect⁹ patris vl̓ filij ad eētiã. qꝛ pr̃ ſeipō ē eētia ſilr̃ fili⁹: ğ equoce dicet̃. ¶ Cōtra. aug. vij. de trini. ideo pr̃ ē ꝑſona fili⁹ ē ꝑſona: qꝛ cōe ē ill̓ id qđ ē ꝑſona. ğ ꝑſona vniuoce dr̃. Si ğ eodē mō dr̃ ypoſtaſ ⁊ ꝑſona. ypoſtaſ vniuoce dicet̃: cũ ñ ſit ibi coitas ſm nomē tm̃ ſꝫ etiã ſm rē. ¶ Rñ. ſic̃ ſuꝑ dictũ ē. ĩ deo ē duplex coitas. ſ. eētial̓ ⁊ habitudinal̓. p̃ma ē ex ṙlatōe ſuppoſitoꝝ ad eētiaꝫ. Scđa ad ypoſtaſim ſiue ad ꝑſonã. dicēdũ ğ ꝙ ypoſtaſ ñ dr̃ vniuoce đ ꝑſonis. ſ. vniuocatōe q̃ dr̃ coitas eētie: tñ dicit̃ vniuoce vniuocatōe q̃ dr̃ coitas habitudĩs. vñ ꝓprie loquēdo nō dr̃ nec vniuoce nec equoce. dr̃ tñ q̃dã mō vni

uoce.ſ. ſm ꝙ vniuocatõ dr̃ vniformis coitas habitudinis. ¶ Ad illd̓ ergo qd̓ q̃rit̃ an ypoſtaſ dicat̃ vniuoce l' equoce. dicẽdũ ꝙ nõ ẽ ſufficiẽs diuiſio. Cũ em̃ dr̃ ſuba eſt ens vel quãtitas ẽ ens. vel ſuba ẽ vl'e vel petr⁹ indiuiduum vl' paul⁹: in nulla iſtaꝝ ẽ p̃dicatõ vniuoca. qꝛ nec p̃ dicat̃ vnũ nat̃a ⁊ ita nõ vniuocũ. nec diuerſa nat̃a p̃dicant̃ ⁊ ita nec equocũ. ſꝫ idip̃m ẽ in ſuppoſito ⁊ appoſito aliter deſignatũ. vtrobiqꝫ em̃ deſignat̃ qꝫ. ſꝫ cuꝫ dr̃ pr̃: deſignat̃ i reſpectu i aliũ. cũ aũt dr̃ ypoſtaſ: deſignat̃ i reſpectu ad ꝓprietatẽ vel eẽntiã. ſũt em̃ tres ypoſtaſes vni⁹ eẽntie. ¶ Ad ſecũdũ qd̓ q̃rit de reſpectu q ẽ in hoc noĩe ypoſtaſ. Rñ. ꝙ licet ex p̲te rei nõ ſit medi⁹ reſpectus inter pr̃em ⁊ diuinã eẽntiã. imo ſeip̃o pr̃ ẽ diuina eẽntia: tñ cũ iſta ꝯp̃hendũt̃ i intellectu hũano. ꝯp̃hẽdit̃ pr̃ ſub quodã reſpectu ad eẽntiã ⁊ eẽntia ſub quodã reſpectu ad pr̃em. cũ dr̃ pr̃ ẽ ypoſtaſ eẽntie: ⁊ cũ dr̃ eſſentia ꝯmũe eſt patri ⁊ filio ⁊ ſpũiſancto.

## ¶ Membrũ quartũ

Conſequẽter q̃rit̃ de ꝯp̲atõne ypoſtaſ ad eẽntiã q̃tuꝫ ad ſignificatõeꝫ. vtꝝ ſignificet eẽntiam aliquo addito. Ad qd̓ ſic damaſ. ypoſtaſ ẽ ſuba cũ caracteriſticis ydiomatibꝫ. ergo noĩe ſuo addit ſup̲ intentõeꝫ ſube vel eẽntie. ¶ Itẽ dama. dicit. ꝙ in diuĩs ꝯmũe ẽ ſuba: p̲ticulare vo ypoſtaſ. licet p̲ticulare ſup̲ cõe addit aliqd. ¶ Itẽ boecius. ſube cũ ſubſtãt in p̲ticularibꝫ ypoſtaſes dicũtur. ¶ Itẽ ſicut i intellectu p̲ſone ẽ intellect⁹ ypoſtaſ tñ aliquo addito: ſic ponit̃ i intellectu ypoſtaſ intellect⁹ eẽntie ſꝫ nõ p̃ciſe. qꝛ ſi p̃ciſe: tũc idem vtriqꝫ ꝯueniret ergo aliq̃ addito ergo ypoſtaſ addit ad eẽntiã. ¶ Cõtra. in diuĩs ſicut eẽntia vna ẽ in tribꝫ p̲ſonis: ita ⁊ ſuba vna nõ multiplicata. vñ addas ꝓprietates: ip̃e ꝓprietates nõ multiplicãt ſubam. ſi ergo ypoſtaſ dicit diſtinguibile. ⁊ etiã diſtinctum qꝛ tres ſũt ypoſtaſes: ergo neutrũ illoꝝ ẽ alteruꝫ cum additõe. qꝛ ſi ſic ponẽt vnũ alterũ i rectitudĩe: tũc ſuba adueniẽte ꝓprietate multiplicaret̃. ⁊ ip̃a multiplicata eẽt ypoſtaſ. ſicut p̲tꝫ de hoĩe qui addit vltra aĩal ⁊ ponit illud i rectitudĩe. Vñ multiplicato hoĩe multiplicat̃ aĩal. qd̓ cũ ſit incõueniẽs: ergo ypoſtaſ nõ eſt ſuba cum additõe, p̲ut ſuba idẽ dicit qd̓ eẽntia: licet dicam⁹ tres ypoſtaſes eſſe vni⁹ ſube vel eſſentie. ¶ Itẽ boecius p̲ſona ẽ ſuba indiuidua rõnalis nature. ⁊ hec male diceret̃ ſi ypoſtaſ idem eẽt qd̓ natura. vel ſi eſſet natura aliquo addito: tũc em̃ natura debẽt poni in diffinitõne p̲ſone i rectitudĩe. ¶ Preterea non eſt ita in creatura. qꝛ ypoſtaſ in creatura nõ dicit idem qd̓ eẽntia aliquo addito. vt iſte eſt hõ: iſte dicit ypoſtaſim: homo eſſentiã. ſi quis aũt reſoluat ſignatũ p̲ hoc nomen iſte: reſoluet in materiã ⁊ formã vt in aĩaꝫ ⁊ corp⁹. ſignatũ homĩs i genus ⁊ differentiã: dicendo hõ eſt aĩal rõnale. Cuꝫ ergo alia ſint p̃ncipia hui⁹ ⁊ illi⁹. manifeſtũ eſt. ꝙ ypoſtaſ ñ dicit eſſentiã aliquo addito. ¶ Preterea ypoſtaſ in natura eſt p̲ticulare: eſſentia aũt ꝯmũe. Iſtud aũt udituꝫ aut eſt ꝯmũe aut p̲ticulare. ſi ꝯmũe: ſꝫ ꝯmũe ꝯmũi additum facit ꝯmũe ⁊ nõ oĩno p̲ticulare. ⁊ ſic ypoſtaſ non eſſet p̲ticulare. ſi vo illud additũ ſit p̲ticulare: cũ p̲ticulare dicat ypoſtaſim. aut eandem ypoſtaſim: aut nõ. ſi eiuſdem eſſentie: ergo erit idem in ratõe ſui. ſi alteruꝫ: erit in infinitũ abire. eodẽ mõ in diuĩs cũ eſſentia ſimplex ſit ⁊ ypoſtaſ. ¶ Sol'. cum q̃rit̃ an ypoſtaſ addat aliquid ad ſubam. aut ſumit̃ ſuba ꝓ re ſubſiſtente: ⁊ ſic addit ei ſꝫ ꝙ dico incoĩcabile. aut accipit̃ ſuba ꝓ eẽntia ⁊ ſic oblique venit in ratõe ypoſtaſ ſicut eſſentia. quia ypoſtaſ eſt res incoĩcabilis ſubſiſtẽs diuĩe eẽntie. ideo cadit ibi in obliquo. qꝛ ſi cadẽt ibi in recto. aut multiplicatõeꝫ ypoſtaſ ſeq̃ret̃ multiplicatõ eẽntie vel ſube. ⁊ ita nõ addit aliqd i rectitudĩe: addit tñ in ſꝫ ꝙ ſuba vel eẽntia cadit oblique i ei⁹ diffinitõeꝫ. ¶ Ad duo obiecta p̲tꝫ ſolutõ p̲ p̃dicta ſup̲i⁹ q̃ſtione d̓ p̲ſona. ¶ Ad vltimũ dicẽduꝫ. ꝙ ypoſtaſ nõ ſupponit eẽntiã aliq̃ addito. ſꝫ oblique cadit eẽntia i ratõne ypoſtaſeos ſic̃ dictũ eſt. ⁊ ſic̃ p̲tꝫ ex diffinitõe quã ponit boeci⁹. ⁊ hoc idem vocat̃ ibi nat̃a qd̓ eẽntie. nec ẽ ſil'e de p̲ſona reſpectu ypoſtaſeos ⁊ ypoſtaſi reſpectu eẽntie. qd̓ ex eoꝝ diffinitõibꝫ patet p̲ſona em̃ ẽ ypoſtaſ diſtincta ꝓprietate. ypoſtaſ vo eſt res ſubſtans ſiue ſubſiſtens ꝓprietati.

## ¶ Membrũ quintum

Conſequẽter q̃rit̃ de ꝯp̲atõne ypoſtaſ ad eẽntiã q̃tuꝫ ad ſuppoſitõeꝫ. q̃uis iſtd̓ poſſet ſolui ex q̃ſtione ſup̲iori de ſuppoſitõne p̲ſone: tñ ad maiorẽ intelligẽtiã repetẽdo aliqua p̃dicta addim⁹ alia. Querit̃ igit̃ cũ ſuppoſita p̲ſona ſupponat̃ ypoſtaſ. an ſuppoſita ypoſtaſi ſupponat̃ eẽntia. Ad qd̓ ſic. in rebꝫ creatis ita eſt. ꝙ cũ vnũ attribuit̃ alteri ⁊ nõ accidẽs: ſuppoſito vno ſupponit̃ reliquũ ſꝫ nõ dicit̃ ſm accidẽs p̲ſona diuĩa eſt eẽntia: p̲ illaꝫ regulam boecij. in ſimplicitate nõ differt qd̓ ẽ ⁊ quo ẽ. ſiue qui ẽ ⁊ qd̓ ẽ. Cũ ergo ypoſtaſ dicat qui ẽ: eẽntia quo eſt nõ differt ypoſtaſ ab eẽntia. ergo ſuppoſita p̲ſona ſupponitur de⁹ ſiue eẽntia. ¶ Preterea in q̄bꝫ eſt oĩmoda indifferentia ſm ſubaꝫ. ſuppoſito vno ſupponit̃ alteꝝ. ſꝫ omnimoda indifferẽtia ẽ ypoſtaſ ⁊ eẽntie: ergo p̲mũ. ¶ Cõtra. ypoſtaſ diſtinguit̃. eẽntia nõ: ergo ſuppoſito vno nõ ſupponitur alteꝝ. ¶ Itẽ hec dicũt̃ de creaturis ⁊ de creatore vñ aug. vij. de trini. dic hec eſſe noĩa generalia. ſꝫ i creaturis ſic ẽ ꝙ ſuppoſita ypoſtaſi nõ ſupponit̃ eẽntia. ẽ em̃ de p̲ſona hoĩs dicẽ ꝙ ẽ aĩal rõnale: de eẽntia nõ. Et de ypoſtaſi hoĩs ꝙ ẽ indiuiduũ: de eẽntia ꝙ ẽ vl'e. ſic ergo erit in diuĩs. ¶ Itẽ ypoſtaſ gignit vl' gignit̃ vl' ꝓcedit. eẽntia nõ: ergo ſuppoſita ypoſtaſi nõ ſupponit̃ eſſentia. ¶ Ad ſꝫ dicẽdũ. ꝙ ſuppoſita ypoſtaſi nõ ſupponit̃ eſſentia. licꝫ q̄dã antiq̄ꝝ ita dicerẽt. hec eĩ fuit hẽſ reprobata i ꝯcilio lateranñ. ꝓpter ioachim ꝯceſſit eĩ ꝙ eẽntia generat̃. Ratio aũt hec eſt. quia aliquid dicit̃ ſupponi altero ſuppoſito: quãdo ip̃m eſt in ratione eius ſm rectitudinem. vt ſuppoſito homine: ſupponit̃ aĩal. ⁊ ſuppoſito petro ſupponit̃ aĩal ⁊ homo. ⁊ ideo qꝛ ypoſtaſ ẽ ſm rectitudineꝫ in p̲ſona: ideo ſuppoſita p̲ſona ſupponitur ypoſtaſ. eſſentia aũt non eſt in ratione ypoſtaſeos vel p̲ſone in rectitudine: ſꝫ oblique. ⁊ ideo p̲ vnũ non ſupponitur alterum. Similiter ſuppoſita notione non ſupponitur p̲ſona. ⁊ qualiter hoc ſit poſtea dicetur. Si auteꝫ coartem⁹ oĩno intentõeꝫ eius qd̓ eſt ſupponi. illud dicit̃ ſupponi ſuppoſito altero: quãdo quicquid attribuit̃ vni ⁊ alteri. ideo dixerunt quidam antiqui. ꝙ licet perſona ſiue ypoſtaſ eſſentia eſſet: quia tamẽ perſona generat. eſſentia non. ideo perſona ſuppoſita non ſupponitur eſſentia. Iſta autem nomina generalia ſunt in creatore ⁊ creatura. in creatura auteꝫ differt qd̓ eſt ⁊ quo ẽ. quo eſt autem eſt eſſentia. qd̓ eſt ſubſtantia. vbi non eſt homo ſua humanitas. eodem modo in creatura differt quis eſt ſiue qui eſt ⁊ qd̓ eſt. vnde non eſt homo iſte ſua humanitas. cum autem in omni ſimplici ſunt idem qd̓ eſt ⁊ quo eſt. ſiue quo eſt ⁊ quis eſt. ⁊ non differunt nihilomin⁹ tamẽ modus ſignificandi eſt differens. ⁊ ideo quãtum eſt de ſe. ſuppoſita perſona vel ypoſtaſi nõ ſupponitur eſſentia. ſed diſtinguitur quadam ratõne intelligentie. Nec ſequitur ſi hoc eſt idem illi. ꝙ hoc ſuppoſito ſupponitur illud. Qꝛ enim perſona eſt idem ꝙ eſſentia in diuinis. hoc eſt. quia in diuinis vbi eſt ſũma ſimplicitas. non quia perſona. non quia eſſentia. tunc eniꝫ teneret in creaturis in quibus ⁊ illa reperiuntur. Nec ſi omnino eſt indifferentia ſm rem. ſequitur ꝙ vno ſuppoſito ſupponatur reliquum ſed ſi eſt indifferentia ſm rationem intelligentie. tunc ſuppoſito vno ſupponitur alterum. Eſt autem differens ratio intelligentie i hoc nomine perſona ſiue ypoſtaſ. et in hoc nomine eſſentia. ſicut in creaturis eſt videre. ⁊ ideo nõ ſequitur per-

ſona vel gignit vel gigniť vel ꝓcedit eẽntia nõ: nõ ğ eſt
eſſentia ꝑſona: quia altera eſt ratõ intelligẽtie in ħ no⸗
mine ꝑſona ⁊ hoc nomĩe eſſentia.

## ¶ Membrum ſextũ

Conſequẽter queriť de ꝯpatione ypoſtaſ
ad eſſentiã qꝫtuʒ ad ſimplicitatẽ. Queriť
ğ an maioꝛ ſit ſimplicitas eſſentie q̃ ypo⸗
ſtaſ vel ecõuerſo. Oſtendiť aũt ꝙ maioꝛ
ſit ſimplicitas eẽntie qꝛ in ratõe ypoſtaſ venit intelle⸗
ctus eẽntie nõ ecõuerſo. ğ ſimplici⁹ videť dici eẽntia q̃
ypoſtaſ. ¶ Cõtra. eẽntia eſt cõis trib⁹ ypoſtaſib⁹. ypo⸗
ſtaſ aũt nõ eſt cõis alij ypoſtaſi ſiue cõicabilis ab alia
ſicut ğ maioꝛ ẽ vnitas indiuidui q̃ vniuerſalis: ita vi⸗
deť ꝑ ſilr̃ maioꝛ vnitas ypoſtaſ q̃ eẽntie. ¶ Item vbi ẽ
eadem entitas ibi eſt eadẽ vnitas. ħ eadẽ ẽ entitas eẽn⸗
tie ⁊ ypoſtaſ: ergo ⁊ eadeʒ vnitas. ¶ Rñ. cũ eque ſim⸗
plicia dicũtur ĩ deo natura ⁊ res nature. ⁊ ſine aliqua
additõe vni⁹ ad alterũ in re: tñ intelligẽdo aliter eſt. qꝛ
ꝯpoſiti⁹ intelligit intellect⁹ nr̃ ipãm ypoſtaſim q̃ eẽntiã
Et ſi obijciť ꝙ ſi huic intellectui nihil rñdet falſus eſt:
dicẽduʒ ꝙ nihil ei rñdet ĩ re qꝺ ſic magis intelligit ypo
ſtaſim q̃ eẽntiã niſi defect⁹ ſu⁹. Unde non ita intelligit
qꝛ ita ſit in re: ħ qꝛ defectibilis eſt ⁊ ꝯpoſit⁹. nec põt in⸗
telligere ſiue accipe ſicut ẽ in re. vñ defect⁹ ſu⁹ eſt cauſa
hmõi: ⁊ nõ alia differẽtia vel additõ que poſſit poni ex
ꝑte rei. intellect⁹ eñ capit ẜm ſuã poſſibilitatẽ ⁊ imꝑfe⸗
ctionẽ: ⁊ nõ ẜm poſſibilitatẽ rei quã capit. Unde ex ꝑ⸗
te ipſius intellect⁹ appꝛhendẽtis venit iſtud: nõ ex parte
rei. ⁊ ex hoc ẽ qꝺ dicim⁹ ꝙ nomẽ ypoſtaſ magis eſt ꝯpo
ſitum q̃ nomẽ eẽntie. qꝛ. ſ. plus intelligẽdo ei attribui⸗
mus. nõ tamẽ ipã eſt res magis ꝯpoſita: imo equaliter
ſimplex. qꝛ oĩno eſt eadẽ. ¶ Ad ſecũdum dicendũ. ꝙ ẜm
rem vnitas eẽntie ⁊ vnitas ypoſtaſ nõ diſcernũť. quia
hec vnitas eſt illa. nec ꝯpoſitioꝛ ẽ hec illa. tñ ẜm nomĩs
ratõeʒ q̃ ꝓuenit ex ꝑte nr̃i intellect⁹ diſcernũť. Si ğ lo⸗
quamur de vnitate nõis qꝫtuʒ ad diffinitõeʒ. amplioꝛ ẽ
vnitas in ħ nõie eſſentia q̃ in hoc nõie ypoſtaſ. qꝛ ypo
ſtaſ ponit rem ſubſiſtẽtẽ in rectitudĩe: eẽntia ĩ obliqta⸗
te. ſi vͦo loq̃mur de nõis vnitate qꝫtuʒ ad ꝓꝓꝛietatẽ ſigni
ficãdi: amplioꝛ ẽ vnitas in nõie ypoſtaſ qꝫtuʒ ad ſigni⸗
ficãdi ꝓꝓꝛietatẽ ꝙ ſignificat rem cũ ꝓꝓꝛietate incõicabi⸗
li: q̃ in nõie eẽntie ꝙ ſignificat rem in nõie ꝯmũni. ⁊ ſic
patet reſponſio ab obiecta.

## ¶ Membrũ ſeptimũ

Deinde queriť de ꝯpatõe ypoſtaſ ad ꝓꝓꝛie
tatẽ. vtꝝ vna ypoſtaſ ſubeſt trib⁹ ꝓꝓꝛie⸗
tatib⁹ vel tres ypoſtaſes ſolũ: qꝛ tres ꝓ⸗
pꝛietates. Ad qꝺ ſic. maioꝛ ẽ ſimplicitas
in eſſe diuino q̃ in aliquo eẽ creato. Sʒ videm⁹ in igne
ꝙ ibi ẽ foꝛma ignis ⁊ caloꝛ ⁊ ſplẽdoꝛ. ⁊ liceʒ hec tria ſũt
ibi: nõ tñ ſunt ibi plures ypoſtaſes ħ vna ſub trib⁹ ꝓ⸗
pꝛietatib⁹. ğ multomagis in diuĩo eẽ erit vna ypoſtaſ
ſub trib⁹ ꝓꝓꝛietatib⁹ ⁊ non erit ibi numer⁹ ypoſtaſum.
¶ Itẽ in diuĩs inuenim⁹ aliquid qꝺ nec ẽ diſtinguibile
nec diſtinctũ ⁊ hoc ẽ eẽntia. Itẽ inuenim⁹ diſtĩguibile
⁊ diſtinctũ ⁊ hmõi eſt ꝑſona. Inter aũ hec duo extrema
intercidũt ẜm ratõeʒ intelligẽtie duo media. ſcʒ ſuba ⁊
ypoſtaſ. ſic̃ inter q̃ eſt ⁊ quis ẽ intcidũt qꝺ eſt ⁊ qui eſt
eẽntia aũt dicit quo ẽ: ſuba qꝺ eſt. ypoſtaſ qui eſt. ꝑſo⸗
na quis eſt. ypoſtaſ ergo ẽ mediũ illoꝝ qꝫtuʒ ad diſtin⸗
gui ⁊ nõ diſtingui. ergo neutꝝ ẽ illoꝝ de ſe. ergo nõ eſt
diſtincta. ħ qꝺ non ẽ diſtinctũ non cadit ſub numero: ⁊
qꝺ tale ẽ non ẽ numerabile: ergo ypoſtaſ nõ ẽ numera
bilis ſicut nec eẽntia. ¶ Iteʒ ſuba in diuĩs diciť idẽ qꝺ
eẽntia. ħ eẽntia nõ multiplicať: ergo nec ſuba. ſi ğ ideʒ
eſt aput grecos ypoſtaſ qꝺ ſuba aput nos: ergo nõ nu⸗
merať nec multiplicať ypoſtaſ ſicut nec ſuba. ¶ Item
bocci⁹ de trini. ſuba ꝯtinet vnitatem: relatõ multiplicat
trinitatẽ. aufferať ğ relatõ ꝑ intellectuʒ: nõ remanebit
niſi ſuba q̃ ꝯtinet vnitatẽ. aufferť ğ multiplicatio. ħ dic
dama. ꝙ ypoſtaſ ẽ ſub ꝓꝓꝛietatib⁹: ſic ğ eadem eſt ſuba
in trib⁹. qm̃ vt dicit dama. ſuba ẽ ꝯmũe. ⁊ tale ꝯmũe cui
inſunt ꝓꝓꝛietates. ita erit eadẽ ypoſtaſ ſub hac ꝓꝓꝛieta
te ⁊ illa. nõ eſt ğ numer⁹ ypoſtaſuʒ ĩ diuinis ħ vna ſub
diſtinctis ꝓꝓꝛietatib⁹. ¶ Item ſi eẽnt plures ĩ ſe: abſtra
ctis ratõnib⁹ iam relatõ non multiplicaret trinitatẽ ſi⸗
cut dicit bocci⁹. ¶ Cõtra. cõis animi ꝯceptõ eſt. ꝙ op⸗
poſite relatões nõ pñt ſimul ineſſe vni ſubiecto. Unde
paťnitas ⁊ filiatio cũ ſint oppoſite relatões: reſpiciẽtes
ſeinuicẽ nõ pñt ineſſe vni ⁊ eidẽ rei ſubſiſtẽti ħ differẽti
bus. ħ res ſubſiſtẽtes illis ꝓꝓꝛietatib⁹ vel relationibus
differẽtib⁹ in diuinis: neceſſe eſt ibi ponere differentes
ypoſtaſes. ⁊ hoc etiã eſt qꝺ vult dicere damaſ. qꝛ ĩ ypo
ſtaticis ꝓꝓꝛietatib⁹ differũt adinuicẽ ſancte trinitatis
ypoſtaſes. Et vult oſtendere. ꝙ non eſt ſilr̃ de igne ⁊ de
deo. qm̃ in deo quelibet ypoſtaſis eſt ꝑfecta ypoſtaſ in
ſe. Unde fili⁹ ẽ ꝑfecta ypoſtaſ q̃ nõ ẽ pr̃. ⁊ ſpũſſcs ſim⸗
pliciter. ħ in igne nõ ſic. nõ eñ lumẽ habet ꝓꝓꝛiam ypo⸗
ſtaſim p̃ter ignem: ſiue p̃ter illam que ignis ẽ: ſiue p̃ter
foꝛmã ſubſtãtialẽ ignis ideoqꝫ nõ opoꝛtet ſi in igne ħ ñ
diſtinguat tres ypoſtaſes: ꝙ ſilr̃ in diuinis nõ ſint tres
ypoſtaſes. ¶ Nõ ꝯcedendum ẽ. ſ. ꝙ ꝓꝓꝛietates ſiue re⸗
latõnes in diuinis exigunt differẽtes ypoſtaſes. ¶ Ad
pꝛimũ ergo dicendũ. ꝙ nõ ẽ ſilr̃ de igne. qm̃ ſecus ẽ vbi
ſunt ꝓꝓꝛietates incõpoſſibiles ⁊ vbi ſunt ꝯpoſſibiles.
qm̃ vbi ſunt incõpoſſibiles: requirunt diuerſas ypoſta⸗
ſes: ſicut albũ ⁊ nigrũ in creaturis ſunt foꝛme incõpoſ⸗
ſibiles: ideo requirũt diuerſa ſubiecta. quia ergo ꝓꝓꝛie
tates vel relatões in deo ſunt diſtincte ⁊ incõpoſſibiles
ſcʒ paťnitas ⁊ filiatio ⁊ ꝓceſſio ideo diſtinctas habent
ypoſtaſes. ħ in igne foꝛme ille q̃ ſunt lumẽ caloꝛ ⁊ ſplen
doꝛ: ꝯpoſſibiles ſunt oĩno. vñ etiã ſimul ſũt. nec vna alij
repugnat: ⁊ ideo nõ exigũt diuerſas ypoſtaſes. Ad il⸗
lud etiã habes maĩfeſtã declaratõeʒ q̃ſtione de nũero ꝑ
ſonaruʒ. ¶ Ad illud qꝺ obijciť de illis duob⁹ medijs q̃
ſunt ſuba ⁊ ypoſtaſ. dicendũ ꝙ verum ẽ ꝙ hec duo ſũt
media inter illa duo ẜm ratõeʒ intelligẽtie: licet nõ ẜm
rem. verũtñ ita ſe habent. ꝙ vnũ magis tenet ſe cũ vno
extremoꝝ: ⁊ reliquũ cũ reliquo. quia ſuba aput nos te
net ſe magis cum eẽntia: ypoſtaſ vͦo tenet ſe magis cuʒ
ꝑſona. vnde nõ ſunt media ꝓpter hoc ꝙ differẽter ꝑti⸗
cipent naturam extremoꝝ: imo ſuba tenet ſe cũ ipã eẽn
tia ⁊ diciť eẽ vna ſicut ⁊ eſſentia. Silr̃ cum dicim⁹ tres
ꝑſonas: ita dicim⁹ tres ypoſtaſes. differenter tamen in
hoc ꝙ ypoſtaſ dicit diſtinctũ: ħ nõ habet hoc in ſuo no
mine vñ diſtinguiť. ħ dicit reſpectũ ad diſtinguẽtẽ. ypo
ſtaſ eñ dicit rem ſubſiſtentẽ reſpectu ꝓꝓꝛietatis. non
habet ergo in ſuo nõie ꝓꝓꝛietatẽ diſtinguẽtẽ: ħ dicit re
ſpectum ad illam. ꝑſona aũt eſt ypoſtaſ ꝓꝓꝛietate di⸗
ſtincta. vnde in hoc addit qꝫtuʒ ad ratõnem intelligen⸗
tie nomen ꝑſone reſpectu nominis ypoſtaſ. quia perſo
na dicit diſtinctum. ⁊ iterum habet in ſuo intellectu et
de ſuo nomine ꝓꝓꝛietatem diſtinguentem. nihilomin⁹
tamen diſtinctum eſt ypoſtaſ actu ſicut ꝑſona: ħ nõ ha
bet de ſuo intellectu ꝓꝓꝛietatem diſtinguentem. Unde
quia ypoſtaſ dicit reſpectum ad illam. ⁊ etiaʒ dicit di
ſtinctum: ideo diciť ꝙ magis tenet ſe ex ꝑte ꝑſone. qꝫtũ
ergo ad aliquid dicunť eſſe media ſuba ⁊ ypoſtaſis. qꝺ
cēdi vnitatē: alia ē rō dicēdi eēntiā. nā cū dico eēntiā: dico abſolute. cū dico vnitatē: dico rōz p̄mi p̄cipij. vni tas. n. ē p̄mū p̄ricipiū: q̄ȥ ꝙ vnitas addit rōz p̄mi p̄ricipij ſup̄ eēntiā: iō approp̄riat̄ p̄ri q ens a nullo ē p̄ricipiū pſonaꝝ oīm ⁊ eēntiaꝝ. n̄ ſic aūt fili⁹ vel ſpūſſ. ¶ Ad ſecūdū qđ obijcit̄ de auctē aug. dđm ꝙ duplex ē vnitas. eēntialis ſiue nature q̄ approp̄riat̄ p̄ri: ⁊ ē vnitas relatiua ſiue vnitas ꝯſenſiōis ſiue volūtatis q̄ approp̄riat̄ ſpūiſ. de q̄ ī euanḡ Jo. xvij. vt ſint vnū ſic ⁊ nos vnū ſumus. ⁊ h̄ mō dī ſpūſſ. vnitas amboꝝ. ſ. p̄ris ⁊ filij. ¶ Ad terciū dđm. ꝙ eq̄litas approp̄riat̄ filio ꝓpt̄ tres rōnes. Pria. q̄ȥ cū eq̄litas ſit vnitas v̄tutis: n̄ p̄t intelligi niſi intelligāt̄ aliq duo ī illa vnitate. fili⁹ aūt ē q p̄mo intelligit̄ poſt patrē ī vnitate v̄tutis ordīe nat̄e. iō filio attribuit̄ eq̄litas. Scđa ē. q̄ȥ oīs ineq̄litas p eq̄litatē reducit̄ ad vnitatē. Eq̄litas. n. ē p̄ricipiū ī ꝓportōib ſic vnitas ī nūeris. q̄ȥ ꝙ creatura rōnal' recōciliat̄ p̄ri p filiū. p̄ri aūt attribuit̄ vnitas. ineq̄litas v̄o culpe rōali creat̄e ꝓpt̄ h̄ filio attribuit̄ eq̄litas velut mod⁹ reductōis creature ad p̄rē. Tercia ē. q̄ȥ prio ī filio ītelligit̄ eq̄litas ⁊ ip̄e prio accipit eq̄litatē ⁊ dat eā. h̄ ſpūſſ. nec prio accipit nec dat eā: iō filio attribuit̄ eq̄litas n̄ ſpūiſ. ¶ Ad illđ v̄o qđ obijcit̄ dđz. ꝙ eq̄litas n̄ ſolū dic̄ vnitatē in magnitudine: h̄ poīt pluralitatē ⁊ diſtictiōz ex ꝯn̄ti qđ n̄ poīt eēntia. ¶ Ad illđ v̄o qđ q̄rit q̄re ꝯcordia ſpūiſa. attribuit̄. dđm ꝙ q̄tuoꝛ rōnib. Pria ē. q̄ȥ ſignū connexionis p̄ris ⁊ filij. Scđa. q̄ȥ ip̄e vn⁹ a p̄re ⁊ filio: ⁊ p̄r ⁊ fili⁹ ꝯueniūt ī vno eo: iō vniūt̄ ī eo inq̄tū ip̄e ē vnus ab eis. Tercia. q̄ȥ ꝓcedit ab eis ſm vnū ⁊ ſm vnā notionē q̄ ē cōis ſpiratō. Quarta p rōz cauſe. q̄ȥ ei attribuit̄ ꝯſuatio toti⁹ eē. vnitas aūt ē p̄ricipiū ꝯſuatiōis reꝝ in eē. ¶ Qđ v̄o dr̄ de filio ꝙ ſit par. iſtud refert̄ ad aſſumptōz hūanitatis: n̄ ad ītellectū ꝓprietatis filij. ¶ Ad aliud dđm. ꝙ cū dr̄ oīa hec tria vnū ꝓpt̄ p̄rē. hec p̄poſitio ꝓpt̄ nōt auctēz q̄ ē ī p̄re. p̄r. n. a ſe h̄z ꝙ ſit vnū: fili⁹ ⁊ ſpūſſ. a p̄re. Cū aūt dr̄ oīa eq̄lia ꝓpt̄ filiū: notat̄ p hec rō oñſiua. oñdit. n. fili⁹ eq̄litatē pſonaꝝ triū. cū aūt dr̄ ꝯnexa ꝓpt̄ ſpm̄ſ. notat̄ q̄i rō formalis ī eo qđ ē ſpūſſ. ſcȝ in eo ꝙ ē amoꝛ: q̄ p̄r ⁊ fili⁹ diligūt ſe. amoꝛ. n. ad amātē q̄i rō formalis. n̄ ꝙ formalis inq̄tū ſunt: vel inq̄tū ſūt. Nō ei ſeq̄t̄. p̄r ⁊ fili⁹ diligūt ſpm̄ſ. ꝙ ſunt ſpūſa. Alij v̄o dicūt ꝙ h̄ qđ dico ꝓpt̄: dic̄ rōz ſigni ſiue cāe ꝯgnoſcendi. ſpūs. n. ſanct⁹ ē cā ꝯgnoſcēdi nobis ꝙ p̄r ⁊ fili⁹ ſūt vnū p̄ricipiū. ſ. ſ. ⁊ ī h̄ ꝯnexi. nec dī ſpūſſ. ꝯnex⁹ p̄ri aut filio h̄ ꝯnexus p̄ris ⁊ filij ꝓpter ſeip̄m.

## ¶ Membrū terciū

Conſequēt̄ q̄rit̄ de approp̄atis q̄ ſūt: potē tia p̄ri: ſapīa filio: volūtas ſpūiſa. Circa qđ q̄rit̄ prio. q̄ ſit rō approp̄atōis horum triū generalr̄. Deinde q̄rēdū eēt de potētia ſm ꝙ approp̄at̄ p̄ri ſȝ ꝙ dī potētia generādi. h̄ iſtđ determiatū ē s. i. q. de generatōe eēna. Scđo q̄rēdū eſt đ ſapīa q̄ approp̄riat̄ filio. Tercio. đ volūtate q̄ approp̄riatur ſpūiſ.

## ¶ Articul⁹ prim⁹

Ad p̄mū obijcit̄ ſic ī li. ſap̄. xij. ſbeſt tibi poſſe cū volueris. ex q̄ accipit anſ. ꝙ potētia ſeq̄t̄ volūtatē. potētia igr̄ n̄ dic̄ rōz primi p̄ricipij. nec eē p̄ricipiū rōe volūtatis. ꝙ n̄ dȝ approp̄ari p̄ri. ¶ Itē Hug. de s. vic. ī ſnīs. volūtas mouȝ: ſapīa diſponit: potētia opat̄. ꝙ ītētō volūtatis dic̄ rōz p̄ricipij: ſcīa v̄o rōz q̄i medij: potētia v̄o rōz p̄ricipij ab illis. volūtas igr̄ approp̄riāda p̄ri ⁊ potētia ſpūiſ. ¶ Itē. j. coꝛ. ij. xp̄z dei v̄tutē ⁊ dei ſapīaz. v̄t⁹ igr̄ approp̄at̄ filio. h̄ eadē ītētio v̄tutis ⁊ potētie: ꝙ potētia approp̄at̄ filio. ¶ Itē ſcīa ꝯp̄hēdit oēz reſpectū potētie. ⁊ potētia oēz reſpectū volūtatis: ⁊ n̄ ꝯuertit̄. q̄cq̄d. n. p̄t de⁹ ſcit. h̄ n̄ ꝯuertit̄: q̄cq̄d ſcit p̄t. q̄ȥ ſcit mala: n̄ p̄t facē illa. Silr̄ q̄cq̄d vult p̄t: nō tn̄ q̄cq̄d p̄t vult. mlta. n. p̄t facē q̄ n̄ vult facē. Si ꝙ ſȝ ꝓprietatē pſoāꝝ ſit approp̄atō iſtoꝝ: approp̄abit̄ ſcīa p̄ri cui ꝯueīt ꝓducē ſiue generādo ſiue ſpirādo ſiue creādo: h̄ n̄ ꝯuertit̄. q̄ȥ p̄r ꝓduc̄ generādo qđ n̄ fili⁹. Silit̄ filio ꝯueīt potētia ⁊ ſpūiſ. volūtas. q̄ȥ q̄cq̄d ꝓduc̄ ſpūſſ. ꝓducit fili⁹: h̄ n̄ ꝯuertit̄. q̄ȥ. ſ. ſ. ꝓduc̄ creādo h̄ n̄ ſpirādo. fili⁹ v̄o ſpirādo: ⁊ creando. ¶ Itē đ volūtate dubitat̄. nā dic̄ aug. ix. de tri. ꝙ partū mētis p̄cedit appetit⁹. p̄t⁹ aūt mētis dr̄ noticia appetit⁹: volūtas p̄ricipiū. igr̄ noticie volūtas ē. h̄ qđ ē p̄ricipiū noticie dȝ approp̄riari p̄ri: cū noticia approp̄et̄ filio. ꝙ volūtas approp̄riat̄ p̄ri. ¶ Itē ī antiphō. de tri. caritas p̄r gr̄a xp̄s ꝯicatō. ſ. ſ. ſi v̄o caritas vt dic̄ bn. n̄ ē niſi cōis boni volūtas: ꝙ volūtas ap ꝓpriat̄ p̄ri. ¶ Itē coloc̄. j. t̄nſtulit nos ī regnū filij caritatis ſue. ⁊ ꝯſtās ē ꝙ n̄ p̄t ibi ſtare caritas ꝓ ſpūſ. q̄ȥ ſic dicēt̄ fili⁹ ſpūſſ. Expoīt̄ ꝙ ab aug̃. duob mōis. filij caritatis. i. filij quē diligit. ꝙ ſm h̄ caritas approp̄abit̄ p̄ri. Alio mō filij caritatis. i. filij dilecti. ꝙ ſm h̄ caritas ap ꝓpriabit̄ filio. ¶ Itē cū p̄ricipiū ſciēdi ⁊ ītelligēdi ſit ſapīa. cū ſpūiſ. attribuit̄ p̄ricipiū ſciēdi ⁊ ītelligēdi. j. coꝛ. ij. nob̄ reuelauit de⁹ p ſpm̄ſ. ⁊ iteꝝ accepi⁹ ſpm̄ q ex deo ē vt ſciā⁹. ⁊. xvj. Jo. cuȝ venēit ſpūs v̄itatis docebit vos oēz v̄itatē. vidē ꝙ ſpūiſ. approp̄et̄ ſapīa vel ſcīa. ¶ Rñſio. rō approp̄riatōis potētie p̄ris ſapīe filio volūtatis ſpūiſ. ſiue benigtatis ſcta ē duplici rōe. Prio rōne remotōis erroꝛis. vt dic̄ aug. ī li. de tri. q̄ȥ ī creaturis ex antiqtate ī p̄re defect⁹. ex poſteritate ī filio ip̄fectō ſenſus ſolȝ notari: iō occurrit ſcrip̄ta dicēs p̄rē oīpotētē: ne videat̄ p̄oꝛ filio ⁊ iō min⁹ potēs. ⁊ filiū ſapiētē: ne videat̄ poſterioꝛ p̄re ⁊ iō min⁹ ſapiēs. Iteꝝ q̄ȥ nom̄ ſpūs videbat̄ q̄i nom̄ inflatōis ⁊ tumoꝛis ne cū dr̄ ſpm̄ h̄re de⁹ crudel' putaret̄: ſcrip̄ta tpauit ſmōz ſpm̄ bonū noīans. Rōe v̄o oñdēde v̄itatis Ric. đ s. vic. potētia p̄t eē vbi nlla ē ſapīa. vel eē p̄t vt ī plātis potētia ē nutriēdi ⁊ generādi: ⁊ aīalib audiēdi ⁊ vidēdi. n̄ aūt ſapīa. h̄ vbi ſapientia: nccio ē potētia ſm quā ē ſape et ſi n̄ ē potētia: n̄ ē ſapīa. nā poſſe ſape ē aliq̄d poſſe. dat ꝙ poſſe eē n̄ ſapīa potētie: h̄ potētia ſapīe. Itē lucifer q mane oꝛiebat̄ multā h̄uit potētiā ⁊ mltā ꝯgtōz: h̄ n̄ h̄uit bonā volūtatē. q̄d aūt ē boītas niſi bōa volūtas. vt ꝙ poſſȝ bonā volūtatē h̄re: opȝ vt valeas ⁊ ſcias bonū eligē. ī hac ꝙ t̄nitate ſola potētia n̄ ē de reliq̄ꝝ. alia ſapīa v̄o ē đ ſola potētia. boītas v̄o ſm actū ⁊ de potētia ⁊ ſapīa. Expreſſe ꝙ ſunt ꝓprietates ſūme t̄nitatis. ibi ē ꝓꝓetas ingeīti q̄ eſt ab ingeīto ſolo. pſona ſpūſſ. q̄ tā ab ingeīto q̄ a genito. q̄m̄ ꝙ ī potētia exp̄mit̄ ꝓprietas ingeīti: attribuit̄ p̄ri. ī ſapīa v̄o ꝓprietas geīti ⁊ iō attribuit̄ filio. in boītate ꝓprietas. ſ. ſ. ⁊ iō ſpālr̄ ei approp̄at̄. ¶ Ad ea v̄o q̄ prio obijciūt̄ de potētia. dđm ꝙ potētia vno mō determiat̄ p act⁹ tp̄ales: vt cū dr̄ de⁹ p̄t creaē. alio mō determiat̄ p actus etnos vel q̄i etnos: vt cū dr̄ de⁹ p̄t ſcire de⁹ p̄t velle. primo mō q̄uis ī deo ſit idē potētia ⁊ ſcīa ⁊ volūtas: tn̄ ſȝ rōz ītelligēdi q̄ accipit̄ ſm nos. volūtas mouet: ſciētia diſpoīt: potētia opat̄. p̄oꝛ ē volūtas deinde ſcīa t̄cio potētia. h̄ ī hac via n̄ ē aſſigta p̄dicta approp̄atio. Secūdo mō ſm ꝙ potētia extēdit̄ vt determiet̄ p act⁹ etnos: p̄oꝛ ē potētia ſcīa ⁊ volūtate. ſic̄ poſſe ſcire ⁊ poſſe velle pri⁹ q̄ ſcire ⁊ velle. ⁊ ī hac via aſſigta ē approp̄riatio potētie p̄ri: ſapīe filio: volūtas ſpūiſ. ſic̄ patuit p Rich. ¶ Ad illđ v̄o qđ obijcit̄. q̄ȥ filio approp̄riat̄ v̄t⁹ ⁊ ꝙ eadē ē ītētio potētie ⁊ v̄tutis. n̄ dic̄ rōz primi p̄ricipij īmo v̄t⁹ dr̄ potēt e velut h̄it⁹ ſiue habilitas. ⁊ iō dic̄ ītētōz p̄ricipij ab alio ⁊ ad aliđ ī modū p̄ricipij q ab alio ē ⁊ ad aliđ. ⁊ iō ꝯueniēt approp̄at̄ filio q ē pſōa q̄ ab alia ⁊ a q̄ alia. potētia v̄o dic̄ rōz p̄mi p̄ricipij: ⁊ iō approp̄at̄ p̄ri q ē n̄ ab alio. ⁊ p h̄ pȝ ſolō ad oīa obiecta đ approp̄riatōe potētie. ¶ Ad alia v̄o q̄ q̄rūt̄ de approp̄riatiōe ſcie ⁊ de ap ꝓpriatōe volūtatis: pȝ ſolō ex ſupioꝛib īq̄ſitōe đ potētia qōe de ꝯpatōe ītētōis potētie ad ītētōz ſcie ⁊ volūtatis. ⁊ iteꝝ inq̄ſitōe de ꝓceſſiōe. ſ. ſ. qōe an ſpūſſ. ꝓcedat p modū amoꝛis aut ſapīe.

## Articulus ſecundus

Conſequẽt ꝗrit̃ ſpałr de appropriato qd̾ ẽ ſa-
piẽtia.nã de potẽtia alꝰ inqſitũ ẽ. Circa qd̾
ꝗrũt̃ plura. Primo.vtꝝ nom̃ ſapĩe dicat̃ eq
uoce vel vniuoce ſ̃m ꝙ ꝑſonałr ⁊ ẽẽntiałr. Scd̾o.vtrũ
dicat̃ ꝓprie ꝑſonałr. Tercio.vtꝝ pr̃ ſit ſapiẽs ſapiẽtia
genita. Quarto.vtꝝ filius ſit ſapiens ſapĩa ingenita.
Quinto.vtꝝ ſapĩa dicat cãm. Sexto.vtꝝ dicat̃ deꝰ ſa
pere ꝑ creaturas. Septimo ꝗrit̃ de infuſione ſiue ꝑce-
ptione ſapĩe. Octauo.vtꝝ ſapĩa ꝑcipiat̃ a rõnalibꝰ cre
aturis. Nono.vtꝝ ſapĩa innata ſit aĩe vel addita. ⁊ ſe
bñt he q̃ões ſub.§.ſic̃ patebit.

## Ad primũ ſic obyci .§.j.

tur.filius dz̃ ſapĩa p̃ris:pr̃ etiã ⁊ filiꝰ ⁊ ſpũſſ.dicũt̃ ſa
pientia.videt̃ ꝙ equoce:qꝛ nihil eſt ſ̃m rez cõe ꝑſone ⁊
ẽẽntie.ğ equoce dicit̃ ſ̃m ꝙ dr̃ ꝑſonałr:⁊ ſ̃m ꝙ dz̃ ẽẽn-
tialit̃.diuerſoꝝ.n.geneꝝ ſunt ꝑſona ⁊ ẽẽntia. Nã ea q̃
dicũt̃ ẽẽntialiter ſunt in genere ſube:q̃ ꝑſonałr in genẽ
relatõis.nihil aũt vniuocũ ad hec duo genera ſ̃m ſub-
ſtantiã ⁊ relatõꝫ. ¶ Cont̃.hoc nomẽ deus dz̃ ẽẽntialit̃
cũ dicit̃ deus creat.ꝑſonaliter cuꝫ dr̃ deus generat.nõ
tñ dicit̃ equoce.ſ; ita dicit̃ ſapĩa de ſapĩa ſic̃ deꝰ de deo
⁊ ſicut vnus deus ita vna ſapĩa:ſicut dicit aug.in li.d̾
tri.ğ ſimilit̃ nõ dicit̃ equoce h̾ nom̃ ſapĩa ſicut nec hoc
nomẽ deus. ¶ Rñſio.quedã noĩa ſunt que ñ ſũt appro
priabilia ꝑſonis:vt h̾ nomen eſſentia deitas ⁊ hmõi.⁊
hec nõ pñt tradi ad ſupponendũ ꝓ ꝑſona. Alia aũt ſunt
appropriabilia nõ tñ appropriant̃:vt illa q̃ ſignificãt vt
qd̾ eſt:nõ vt quo ẽ.vt deus.deꝰ.n.ſignificat vt qd̾ ẽ:dei
tas vt quo eſt.impoſitũ.n.eſt hoc nomẽ deus vt habẽti
deitatẽ.⁊ quia hñs deitatẽ eſt ꝑſona.vnde appropriabi
lia ꝑſonis ſunt hmõi noĩa nõ tñ appropriata q̃ntuꝫ eſt
de ſe niſi ꝑ adiũcta. Alia aũt ſunt noĩa appropriata ꝑ-
ſonis.vt ſapĩa q̃ appropriat̃ filio:⁊ caritas ſpũiſ. Sũt
etiã noĩa ꝓpria:vt pater filius ſpũſſ.⁊ hec impoſſibile ẽ
ſupponere ẽẽntiam: noĩa aũt appropriabilia pñt ſuppo
nere ẽẽntiam ⁊ ꝑſonã ⁊ etiã appropriata. Cum ğ ꝗrit̃.
vtꝝ dicat̃ ſapĩa vniuoce vel equoce.dd̾m ꝙ vniuoce.ꝙ̃
uis.n.ſignificet ẽẽntiã:tñ ſupponit ꝑſonã.ſicut hoc no
men deus cũ dicit̃ deus generat: deũ ſignificat ẽẽntiaꝫ
⁊ ſupponit ꝑſonam. Eſt ğ diuerſitas cũ ſumit̃ ẽẽntiałr
⁊ cum ꝑſonalit̃.ſ.in ſuppoſitõe nõ ſignificatõne. vtro-
biqꝫ.n.ſignificat ẽẽntiam.

## Ad ſecũdũ quoque .§.ij.

rit̃.vtꝝ dicat̃ ſapĩa ꝓprie ꝑſonaliter ⁊ nõ appropriate.
Ad qd̾ aug.xv.de tri.ſicut ꝓprie verbũ dei ſapĩa dr̃ cũ
pz̃ ⁊.ſ.ſ.ſint vna ſapĩa:ſic caritas ꝓprie ſpũſſ.dr̃:cũ pr̃
⁊ filius ⁊ ſpũſſ.ſint vna caritas. ¶ Iteꝫ aug.in eodem.
ſicut vnicũ dei verbũ ꝓprie vocamꝰ noĩe ſapĩe cũ tñ pr̃
⁊ filius ⁊ ſpũſſ.ſint ſapĩa:ſic caritas ꝓprie ſpũſſ.dz̃.cũ
tñ coĩter de tribꝫ dicat̃.ğ ſic̃ amor ꝓprie ñ appropriate
dz̃ de ſpũſ.ſiłr ſapĩa de filio. ¶ Cont̃.ſi h̾:ñ erit rõ q̃re
hec neget̃ pz̃ ẽ ſapiẽs ſapĩa quã genuit ab aug̃.⁊ hec cõ
cedit̃ pz̃ diligit̃ amore ab ipſo ꝓcedẽte.ſiłis videt̃ ratõ
cũ ideꝫ ſit diligẽ qd̾ eẽ:ſic̃ ideꝫ ſaꝑe qd̾ eẽ. ¶ Itẽ diligẽ
dz̃ ẽẽntiałr ⁊ notionałr vt dictũ ẽ:quare ſiłr ñ ſaꝑe eſ-
ſentiale ⁊ notionale. ¶ Itẽ q̃ret̃ vñ ẽ h̾ ꝙ ſapĩa appropri
abilis ẽ filio ſ; ñ ẽ eiꝰ ꝓpriũ.⁊ amor ẽ appropriabił ſpi-
rituiſ.⁊ ẽ eiꝰ ꝓpriũ. ¶ Rñſio.ꝙ ꝙ̃tũ ad ſuppoſitõꝫ loq-
tur aug.de h̾ noĩe ſapĩa:qd̾ accipit̃ ꝓprie ꝓ filio aliqñ
ſic̃ h̾ nom̃ caritas ꝓ ſpũſ.ſ; ñ ꝙ̃tũ ad ſiĝtõꝫ.nã ſignatõ
ſapĩe ñ p̃t fieri ꝓpria ipiꝰ filij queãdmodũ ſiĝtio amo-
ris ꝓpria ſpũſſ.vt iã patebit. ¶ Dicẽdũ ğ ad primuꝫ.ꝙ
diligẽ ⁊ ſaꝑe ſunt motus aĩe.ſaꝑe ẽ motꝰ intellectꝰ:di-
ligẽ motꝰ affectꝰ.motꝰ intellectꝰ ẽ ad ſe:motꝰ affectꝰ a
ſe. Cũ ğ dz̃ intellectꝰ ſapit aliq̃.cũ ſaꝑe dicat motuꝫ ad
aĩam:necc̃e ẽ ꝙ illd̾ qd̾ q̃ dz̃ ſaꝑe ſit cã alicꝰ ĩ illo ꝗ dicit̃
ſaꝑe ip̃o. Cũ ğ filiꝰ ñ ſit aliq̃ mõ cã alicꝰ ĩ pr̃e.ñ p̃t dici
pz̃ vel ſaꝑe vel eẽ ſapiẽs filio. Sꝫ alit̃ eſt ĩ motu qui eſt
ab aĩa.ſicut.n.cũ dz̃ pater oꝑari a filio ſiue ꝑ filiũ:nõ
notat̃ filius principiũ reſpectu p̃ris ſ; reſpectu oꝑatio-
nis.ſiłr cum dr̃ diligo amore.nõ ꝑ hoc notat̃ ꝙ amor
ſit principiũ mei:ſ; ecõuerſo ꝙ ego ſim principiũ dile-
ctionis.ſiłr ſi pz̃ dz̃ diligere amore qui eſt ſpũſſ.nõ dz̃
ſpũſſ.vt principiũ reſpectu patris ſ; potius ecõuerſo.
¶ Ad aliud dd̾m.ꝙ ſapĩa dicit vt hitũ ⁊ ita vt q̃litateꝫ
⁊ ita dinaꝫ ẽẽntiã.ſ; dicit in ꝯꝑatõe ad actum: ⁊ ideo ẽ
appropriabilis.ſ; qꝛ ñ exit a q̃litate ſiue ñ mutat genꝰ:
iõ ꝑ dicit̃ ẽẽntialiter.ſ; ñ eſt ſiłe de amore : iõ qꝛ amor
põt intelligi vt qualitas quedã.ſ.vt voluntas ſiue affe-
ctus boni:ſic dictus amor dicit ẽẽntiaꝫ. Alio mõ p̃t di
ci amor ſiłitudo ⁊ vnitas volũtatũ.ſicut ğ diceret̃ ꝙ ſi-
militudo dic̃ ad aliq̃d:ſic amor.⁊ ſic dic̃ notiõꝫ. ¶ Ad
vltimũ dd̾m.ꝙ amor põt intelligi velut forma quedaꝫ
qua informat̃ aĩa:⁊ ſic cadit in genere qualitatis. põt
etiã intelligi velut relatio quedaꝫ ſiue relatm̃ prout di
cit ſimilitudinẽ quandaꝫ:⁊ ſic cadit in genere relatõis
poteſt etiaꝫ intelligi amor velut motus quidaꝫ ſimilit̃
in diuinis.ſic aũt nõ eſt de ſapĩa.

## Tercio queritur .§.iij.

vtꝝ pater ſit ſapiens ſapĩa genita. Ad qd̾ ſic. Oĩs arti
fex eſt ſapiens ꝑ arteꝫ ſuã.ſ; filius eſt ars patris vt di-
cit aug.xxv.diſ.j.li.ſent̃.ğ eſt ſapiens ꝑ filiũ ſapientia
genita. ¶ Item augꝰ.in lib.retractationuꝫ.dixi de pa-
tre ꝙ ea ipſe ſapiens eſt quam genuit ſapiẽtia.ſed me-
lius hanc queſtioneꝫ in li.de trinita.tractaui.ğ bene ĩ
libro.lxxxiij.queſtionũ. Sed ibi dixit ꝙ pater eſt ſapi-
ens ſapientia quam genuit.ğ hoc eſt bñ dictuꝫ. ¶ Iteꝫ
augꝰ.xv.de trini.pater nouit omĩa in ſeipſo:nouit ĩ fi-
lio.in ſeipſo tanꝙ̃ ſeipm̃:in filio tanꝙ̃ verbum ſuum.ğ
pater noſcit omĩa in filio. ¶ Si dicatur ꝙ cum dz̃ pat̃
nouit omĩa in filio:ly omĩa ſolum diſtribuitur ꝓ cre-
aturis quarum filius eſt principium. quod hec prepo
ſitio in:notat. Contra.ſimiliter accipitur cum dicitur
noſcit omĩa in ſeipſo:⁊ cum dicitur noſcit omnia in fi-
lio.ſed non ſolum fit diſtributio pro creaturis cum di
citur noſcit omnia in ſeipſo: quia in ſeipſo noſcit ſe pa
trem ⁊ filium ⁊ ſpiritumſanctuꝫ.ergo nec ſimilit̃ cum
dicit̃ noſcit omĩa in filio fit ſolũ diſtributio ꝓ creatu-
ris. ¶ Cont̃.ſi pater eſt ſapiẽs ꝑ filiũ: ⁊ ideꝫ ẽ ſapere
qd̾ eſſe:ğ hꝫ eſſe ꝑ filiũ.ad qd̾ incõueniens deduc̃ Au-
guſti.in li.de trini. ¶ Rñſio.hec nullo modo eſt conce
denda pater ſapit ꝑ filiũ.refert.n.cũ hec prepoſitio ꝑ:
adiũgit̃ v̾bo trãſitiuo:⁊ cũ adiũgit̃ abſoluto. cũ adiun
git̃ trãſitiuo notat ſubauc̃tẽ. vt cũ dz̃ rex regit ꝑ ꝑ̃poſi
tũ.cũ adiũgit̃ v̾bo abſoluto notat̃ auc̃tas. vt cũ dr̃ re-
gnat ꝑ ꝑ̃poſitũ. Siłr cũ dz̃ pz̃ oꝑat̃ ꝑ filiuꝫ:notat̃ ſub-
auc̃tas in filio reſpectu p̃ris.ſ; cũ dz̃ pz̃ ſapit vel ẽ ſapi-
ens ꝑ filiuꝫ:notat̃ auc̃tas in filio reſpectu p̃ris. ⁊ hec
nullo mõ ẽ ꝯcedẽda. ¶ Qd̾ ğ obycit̃ ꝙ oĩs artifex eſt ſa-
piens ꝑ ſuã arteꝫ.filius ẽ ars p̃ris ⁊c̃. Rñdet̃ ars ali-
cuiꝰ dz̃ dupłr.vel vt informãs: ⁊ ſic dz̃ ars hoĩs. vel vt
ab aliq̃:⁊ ſic dicit̃ filiꝰ ars patris qꝛ ẽ a patre:ñ qꝛ ifor-
met patrẽ.vñ bñ dr̃ ꝙ hõ ſapit ꝑ arteꝫ ſuã.ñ tñ h̾ dr̃ de
illo quia nõ eſt ars informãs patrẽ.ſed vt a patre. Si
aũt diceret̃ ſaꝑe pater ꝑ filiũ:ñ notaret̃ filiꝰ eſſe a pr̃e:
ſed potius pater ab ipſo. ¶ Ad illud quod dicit aug.ꝙ
melius in li.de trini.tractauit. Rñſio.hec ꝓpoſitõ du
plex ẽ pater ẽ ſapiens ſapĩa quã ipſe genuit. qꝛ põt eſſe
ſenſus.pater genuit filium qui eſt ſapientia qua ſapi-
entia dicitur ſapiens pater qui genuit.hoc auteꝫ rela-
tiuum qua:poteſt facere relationeꝫ perſonaleꝫ vel ſim
plicem.ſi perſonaleꝫ:falſa eſt. ⁊ eſt ſenſus.pr̃ genuit fi
liũ ꝗ eſt ſapĩa.qua ſapĩa.i.q̃ filio pr̃ ſapiens eſt.ſi ſim-
plicem:vera eſt.⁊ eſt ſenſus.pr̃ genuit filiũ ꝗ ẽ ſapien-
tia que ſapientia eſt ẽẽntia qua pr̃ eſt ſapiẽs. ⁊ iſte fuit

intellectus aug̃.in li.lxxxiiij.q. ⁊ ꝓpter h̄ dixit aug⁹.ꝙ
melius dixerat in li.de tri. nõ tñ dixit ꝙ male in libro
lxxxiiij.q.¶ Ad illud pater omĩa nouit in filio. dõm ꝙ
hec ꝓpoſitio in põt dicẽ beatitudinẽ principij ad illud
qđ eſt de principio.⁊ ſm h̄ oĩa ñ diſtribuit niſi ꝓ crea
turis.vñ ſenſus ẽ.pr̃ nouit creaturas ĩ filio ſiue ꝑ filiũ
ſ; h̄ dupl̄r.q2 hec determĩatio ĩ filio ſiue ꝑ filiũ põt de-
termĩare h̄ verbũ noſcẽ in ꝯpatõe ad noĩatm̃ vel ſuppo-
ſitũ:⁊ ſic falſa.⁊ ẽ ſenſus.pr̃ ĩ filio vel ꝑ filiũ noſcit oĩa
id ẽ pr̃ noſcit creaturas ⁊ h̄ hʒ a filio.vel ĩ ꝯpatione ad
accuſatm̃:⁊ ſic veꝝ ẽ.⁊ ẽ ſenſus. pr̃ noſcit creaturas eẽ
ꝑ filiũ.¶ Ad aliud qđ obijcit̃ in ꝯriũ dõm.ꝙ ñ ſil̄r ac-
cipit̃ hec dictio oĩa cũ dr̃ pr̃ noſcit oĩa ĩ ſeipõ:⁊ pr̃ no-
ſcit oĩa in filio.qđ pʒ ꝑ illud qđ ſeq̃t̃ in auc̃te illa.ĩ ſe-
ipſo noſcit tanq̃ ſeipm̃:in filio tanq̃ v̄bũ ſuũ. verbũ aũt
dr̃ fili⁹ reſpectu creaturaꝝ.vñ reſpiciẽdũ ſi inuenit̃ ali
qua determĩatio cui⁹ poſſit fili⁹ dici principiuʒ: ⁊ tũc
põt ꝯcedi ꝙ in filio vel ꝑ filiũ.ſ; ſi ñ ſit aliq̃d ĩ orõne re
ſpectu cui⁹ poſſit dici filius principiũ: ñ eſt recipienda
talis ꝓpoſitio.vt cũ dr̃ pr̃ noſcit ꝑ filiũ ſapit ꝑ filiuʒ. ſ;
põt recipi noſcit creaturas ꝑ filiũ.

## Quarto queritur. .§.iiij.

vtꝝ filius ſit ſapiens ſapĩa ingenita. Ad qđ ſic arguit
mgr̃ in ſent.xxiij.diſ.j.li.ſi ñ ẽ ſapiẽs ſapĩa genita: nec
ſeipſo ſapiẽs ẽ. Si v̄o ſapĩa genita ſapiẽs ẽ: ñ videt̃ eẽ
ſapiẽs ſapĩa ingenita.⁊ ita ñ videt̃ eẽ ſapiẽs a pr̃e cũ a
pr̃e habeat oĩa. ¶ Ad qđ rñdet.ꝙ fili⁹ tm̃ ẽ ſapiẽs ſa-
piẽtia genita:⁊ pr̃ ſapĩa ingenita. ⁊ ſapĩa genita ẽ đ ſa
piẽtia ingenita vel a ſapĩa ingenita. Et cuʒ ideʒ ſit ibi
eſſe qđ ſapiẽteʒ eẽ:relinq̃t̃ vt ſapĩa geĩta ſit de ſapĩa in-
genita.¶ Sʒ obijcit̃.q2 ſapĩa ingenita ideʒ ẽ qđ inna-
ſcibilitas.ſ; eẽ ſapiẽteʒ idẽ ẽ qđ eſſe: pr̃ aũt ñ ẽ ſapiẽs ĩ
naſcibilitate.¶ Preterea.eadẽ ſapĩa ſapiẽs pr̃ formal̄r q̃
filius.ſ; fili⁹ q̃i formal̄r nõ ẽ ſapiẽs ſapĩa ingenita. g̃
nec pr̃.¶ Rñſio.ñ ſunt idẽ q̃ ad modũ ſignificãdi ſapi
entia ingenita ⁊ innaſcibilitas:lʒ ideʒ ſint ſm rẽ. Sʒ
ſenſus ẽ.cũ dr̃ pr̃ ẽ ſapiẽs ſapĩa ingenita:pr̃ ſapiẽs ẽ đ
ſeipõ ⁊ a ſeipõ.vñ ẽ rõ q̃i formalis ⁊ excluſio originis.
Nã etiã h̄ ꝙ dr̃ ſapiẽs ſapĩa ingenita: ꝑ hũc ablatm̃ ſa
piẽtia notat̃ rõ q̃i formalis.ꝑ hũc autẽ ingenita origĩs
excluſio. ¶ Iteʒ querit̃.ſi ſpũſſanct⁹ ſit ſapiẽtia de ſa-
piẽtia vel ꝓcedẽs ſapĩa.qđ ñ videt̃:q2 h̄ nomẽ ſapĩa in
h̄ ſmone ñ ſtat ꝓ eẽntia.tũc.n.eẽt veꝝ de eẽntia ꝙ eẽt ꝓ
cedens.ſ; ꝑſonal̄r videt̃ appropriari filio.¶ Rñſio.per
aug.xv.de tri.ſpũſſanct⁹ q2 ẽ ꝓcedẽs ſapĩa de ſapĩa:nõ
pr̃eʒ hʒ memoriã:aut filiũ intellectũ:aut ſpm̃ſanctũ di
lectõʒ.neq; enĩ eẽt ſapĩa ſi alius ei memiſſet vel intelli-
geret:ac tm̃modo ſibipſi diligeret. Sʒ pr̃ hʒ hec tria q̃
ſunt qđ ipẽ.verũtñ illi ẽ vñ ꝓcedit. hec ẽ g̃ ꝯcedẽda ſpi-
rituſſanct⁹ ẽ ſapĩa ꝓcedens de ſapĩa:ne videat̃ fili⁹ tm̃
ſapere pr̃i aut.ſ.ſ. Et lʒ h̄ nomẽ ſapĩa ꝑ ſe nõ approprie̕t
ſpũiſ.appropriat̃ tñ ꝑ adiũctũ. Sumit̃ aũt ꝓcedẽ nõ ꝙ
attribuit̃ filio: ſ; ꝙ diſtinctm̃ ẽ ſpũſſancti ab alijs ꝑſo-
nis. ¶ Iteʒ querit̃.an fili⁹ ſit ſapiẽs ſeipõ vel ꝑ ſeipm̃.
Quidã dicũt h̄ fieri multiplicẽ intelligentiã:⁊ ideo di-
ſtinguẽdũ fore.ita vt cũ dicis filiũ eẽ ſapiẽteʒ ſeipõ vel
ꝑ ſeipm̃.ſi ſui natura ⁊ eẽntia ſapientẽ intelligas:ver⁹
ſit intellectus.ſi v̄o a ſeipõ vel de ſeipõ ſapientẽ intel-
ligas eẽ:falſitati ſubiectã habes intelligentiã. Alij v̄o
ſimpl̄r ⁊ abſq; determĩatõe ꝯcedũt hmõi locutões.fi-
lius ẽ ſapiẽs ꝑ ſe ſ; ñ a ſe vel de ſe.ꝯfirmãtes v̄bis hyla
rij q filiũ nõ a ſe ſ; ꝑ ſe agere in.ix.de trini.ait. Nature
inquit cui ꝯtradicis heretice hec vnitas ẽ.vt ita ꝑ ſe agat
fili⁹ ne a ſe agat:⁊ ita ñ a ſe agat vt ꝑ ſe agat. Sʒ q̃rit̃
que eſt drñtia int̃ ꝑ ſe ⁊ a ſe. Rñſio.ꝑ ſe dicit ſufficien-
tiã agentis:a ſe v̄o notat originẽ vel principiũ a quo ẽ
illa ſufficiẽtia.

## Quinto queritur. .§.v.

an ſapĩa dicat cauſaʒ reꝝ. Ad qđ ſic p̄s.omĩa in ſapĩa
feciſti.illa.n.q̃ꝝ ñ eſt actor de⁹ ꝯprehendũt̃ in ſcĩa: ñ g̃
oĩa fecit in ſcĩa.ſ; dr̃ oĩa in ſapĩa feciſti. facẽ autem dic̃
cauſaʒ reꝝ.g̃ ſapĩa ẽ cã reꝝ. Iteʒ q2 de⁹ nouit res: ſũt
res.ſicut dicit aug. nec intelligit̃ h̄ đ ſcĩa ſimplicis no
ticie.ex h̄.n.ſequeret̃ ꝙ deus eẽt cã mali. g̃ intelligit̃ de
ſcĩa approbatõis.vñ dic̃ mgr̃ in ſent.ꝙ ſcĩa cũ approba
tione ẽ cauſa reꝝ. ⁊ hec ẽ ſapĩa:g̃ ſapĩa ẽ cã reꝝ.¶ Iteʒ
filius ẽ ars ſapiẽtis dei.g̃ ars dr̃ ſm rõneʒ ſapĩe.ſ; ars
dicit vt cãm reꝝ.g̃ ⁊ ſapĩa dicit vt cãʒ reꝝ. ¶ Contra.
deus dr̃ ſapere ſe.ſil̄r pr̃ dr̃ ſapere filiũ.ꝯſtat aũt ꝙ pr̃ ñ eſt
cã filij nec de⁹ ẽ cã ſui.g̃ ſapere ñ importat cauſalitateʒ:g̃
nec ſapĩa.¶ Itẽ mgr̃.xxxv.di.iij.li.ſent.ſapĩa ꝯſiſtit in
ꝯtemplatõe:ſcĩa in opatõe.g̃ ſapĩa eſt ſpeculatõis tm̃.
ſcĩa v̄o dʒ dici opatõnis ⁊ ita potius vt cãʒ. ¶ Rñſio.
ſcĩa dr̃ multipl̄r:ſil̄r ⁊ ſapĩa. Sciẽtia.n.dr̃ vno mõ do-
nũ gratuitũ.eſa.xj.ſpiritu ſcĩe ⁊ pietatis. Alio modo
ſcĩa acq̃ſita ſm ꝙ dr̃ ſcire eſt cauſas rei ꝯgnoſcẽ. Tercĩo
mõ dr̃ ſcĩa aſſimulatiua intellect⁹ ad reʒ ſcitam ſm ꝙ
dr̃ ſcĩa dei ſignificat eẽntiaʒ diuinã vt aſſimulatã. Eo-
dem mõ ſapĩa dr̃ donũ ſapĩe.eſa.xj.ſpũs ſapĩe ⁊ intelle
ctus.ſic dr̃ in ſent.ꝙ ſapĩa ꝑtinet ad ꝯtẽplatiõeʒ:ſciẽtia
ad actionẽ.nec ſumit̃ ibi ꝯtemplatiua ꝓ ſpeculatõe pu
ra ſ; ꝓ ſpeculatõe a q̃ dicit̃ vita ꝯtemplatiua quia illã
regit ſapĩa ⁊ actiua ſcĩa. Alio mõ dr̃ ſapĩa acq̃ſita vt ẽ
de cã ſimpl̄r q̃ eſt cã cãꝝ. ſm ꝙ dicit ph̃s ꝙ ph̃ia pĩma
dʒ dici ſapĩa:quia ẽ de cã.ſcĩa acq̃ſita ꝑ creaturas ſm
ꝙ dr̃.j.rom. Inuiſibilia dei ⁊c̃. Tercio mõ dr̃ ſapĩa ĩ-
telligẽtia dĩna de ſe vt cã ⁊ cũ ſapore. Nã dicit ꝯgniti-
oneʒ dei ſm ꝙ ſe reſpicit cãm:ſcĩa ſm ꝙ reſpic̃ effectuʒ
in cã. Cũ g̃ querit̃ vtꝝ ſapĩa ſit cã reꝝ. Rñdeo ꝙ cauſa
põt ꝯſiderari tripl̄r: quẽadmodũ.n.cã materialis dici
tur tripl̄r. Primo mõ poſſibilis qñ nulla ẽ diſpoſitio
ad formã ⁊ diſpoſitio qñ hʒ aliq̃s diſpoſitões ſ; remo-
tas.⁊ dr̃ necitas:qñ eſt in ꝓxima diſpõne ad formam.
ſicut g̃ de potẽtia paſſiua eſt loq̃ ita ⁊ de potẽtia actĩa
dei.põt.n.ꝯſiderari vel vt in potẽtia vel vt in diſpõne
vel vt q̃i in necitate ſiue ꝓxima diſpõne. Dicẽduʒ g̃ ꝙ
ſcĩa ſimplicis noticie nõ dicit cãm.ſcĩa approbatõis di
cit vt cãm in potẽtia.quia ſequit̃. ſcit cũ approbatõe:g̃
eſt vel fuit vel erit:ſ; ñ ꝙ ẽ.ſapĩa v̄o dic̃ cãm vt ĩ diſpoſi
tione.ſ; ars dicit vt ĩ necitate vel ꝓxima diſpõne.necĩ-
tas.n.ñ dicit̃ h̄ q̃ ꝯſtrĩgat̃ cã:ſ; q̃ cogit̃ effect⁹. ꝓpter h̄
g̃ dicit̃ oĩa ĩ ſapĩa feciſti: q2 ĩ diſpõne ſua fecit oĩa. nec
dicũt̃ facta ĩ cã:q2 ſcĩa de ſe ñ dicit in cãm.¶ Qđ obij-
cit̃ ꝙ dicit̃ ſapere ſe. dõm ꝙ cũ dr̃ ſapere ſe abſolute vt de⁹
ſapit vel ſapit ſe:notat̃ ſcĩa cũ approbatõe ⁊ delectatõe.
Scĩa aũt ñ dic̃ cãm in rõne cauſe.ſ; vt qđ ẽ cã dr̃ ĩ ſapĩa
reſpectiue.⁊ h̄ dupl̄r.vl̄ reſpectu ꝑſone ad ꝑſonã.vl̄ re
ſpectu creatoris ad creaturã. ſm ꝙ dicit̃ reſpectu ꝑſõe
ad ꝑſonaʒ:ſic adhuc ñ dicit cãʒ.vt cũ dr̃ pr̃ ſapit filiũ.
ſi reſpectu creature:ſic dic̃ ſapĩaʒ cũ approbatõe ⁊ cau-
ſalitate.vt cũ dicit̃ pat̃ ſitit creaturã.

## Sexto queritur. .§.vj.

vtꝝ de⁹ dicit̃ ſapere creaturas. Ad qđ ſic opponit̃. ſapĩa
dicit̃ de eternis.ſ; creature ñ ſunt eterne.g̃ ⁊c̃.¶ Iteʒ
xxxv.di.iij.li.ſñiaꝝ. Sapĩa ñ tm̃ ſuꝑiora cognoſcim⁹ ſ;
etiã cognitis delectamur. Sapĩa g̃ dic̃ ꝯgnitõʒ cuʒ de-
lectatõe.ſ; deus ñ hʒ delectatõʒ ex̃ ſe. g̃ nec ſapit aliq̃d
ex̃ ſe.¶ Iteʒ ſapĩa dr̃ ꝯgnitio de cã. ſ; ꝯgnitõ de creatu
ra ñ ẽ ꝯgnitõ de cã.g̃ ñ ẽ ſapĩa đ creatura. ¶ Cõt̃.anſ.
creatura in creatore eſt creatrix eẽntia. g̃ in cã nõ dif-
fert ipa cã ⁊ effectus in cã.g̃ erit eadeʒ cognitio cauſe ⁊
effectus in cã.ſi g̃ cognitio cãe dr̃ ſapĩa. g̃ cognitio ef-
fectus in cã ſil̄r dʒ dici ſapĩa.g̃ ſapit creaturas.¶ Iteʒ
in ſentent̃.primo li.di.xxxv. Sapientia eſt de temꝑali
bus ⁊ eternis:g̃ eſt de temꝑalib;. ergo ⁊ de creaturis.

Reſpōſio ē cōſiderare creatas in ſua natā. et ē cōſi
derare ipas in cā. primo mō nō dicit deus ſape creatu
ras: ſcdo mō pt dici ſape creatas ſcꝫ i cā. vt nō dicatur
ſape creatas ſimpliciter ſ; cum determiatōne ſcꝫ ſapit
creatas in cā. Sapia em̄ ſm ꝙ ꝓprie dr dic cognitōeꝫ
cū delectatōe. nō hꝫ aūt deus delectatōꝫ i creata ſm ꝙ
i ꝓpria natā. idō n̄ dr ſape creaturas. dicit tn̄ ſcire eas
q2 cognitio eiꝰ t̄nſit ſuꝑ res. ❡ Ad id qđ obicit. ꝙ i deo
idē eſt cā ⁊ effectꝰ in cā. dōm ꝙ verū ē. ⁊ pt recipi ꝙ ſa
pit effectū i cā: magis tn̄ ꝓprie dr ſcire effectū i cauſa.
❡ Ad illud qđ obicit. ꝙ ſapia ē de tꝑalibꝫ. dōm ꝙ ſm
ꝙ tꝑalia cōſiderātur in natura ꝓpria: ſapia nō ē de tꝑa
libꝫ. ſ; ſm ꝙ tꝑalia ꝯſiderāt vt in cā vel diſpōne dīna:
ſic dicūt ſapia et ſcia eē de tꝑalibꝫ et eternis.

## Septio queritur .§. vij.

vtruꝫ ſūma ſapia ꝑticipet ab irrōnabilibꝫ. Ad qđ ſic
obijcit. vij. ſapie. Sapiētia attingit a fine vſqꝫ ad fineꝫ
fortiter. Extendit igit ſapia a prima creatura vſqꝫ ad
extremā. g̃ extēdit ſe vſqꝫ ad irrōnabilē. ❡ Itē aug. ſm
aliaꝫ lrām. eccs. ij. Circuiuit cor meū vt ſcirē ⁊ cōſide
rarē ⁊ quererē ſapiam et nūerū. Et dicit aug. in ſecun
do de li. ar. Mirant hoīes ſapiaꝫ nūeroſqꝫ cōtemnūt.
docti aūt ⁊ ſtudioſi quātomagis a labe t̄rena remoti ſūt
tātomagis ⁊ nūerū et ſapiam i ipa v̄itate ꝯtuēt. hic re
lingt ꝙ idē eſt nūerus ⁊ ſapia. ſi g̃ nūerus ꝑticipat ab
omibꝫ corꝑalibꝫ creaturis. Vn̄ aug. dedit nūeros oibꝫ
etiā infirmis ⁊ i fine rerū locatis. et corꝑa omia q̃uis
i rebꝫ extrema ſint hn̄t nūeros ſuos: g̃ ⁊ ſapia ab oibꝫ
❡ Cōtra. aug. ſcdo. đ li. ar. ſape pauci poſſunt: nūerare
etiā ſtultis cōceſſum ē. Si ergo ſape dicit a ꝑticipatōe
ſapie: paucis datū ē ꝑcipe ſapiaꝫ. ❡ Preterea ſi ſapere
paucis: nūerare ſtultis nō erit idē: nūerꝰ et ſapia. ❡ Re
ſpōſio ſm aug. ij. de li. ar. de ſapia dr ꝙ attigit a fine vſ
qꝫ ad finē fortiter et diſpoīt oīa ſuauiter. ea potētia q̃
fortiter a fine vſqꝫ ad finē attingit: nūerꝰ fortaſſe dicit.
ea v̄o q̃ diſpoīt omia ſuauiter: ſapia vocat cū ſit vtrūqꝫ
vnius eiuſdemqꝫ ſapie. ſ; nūeros dedit oibꝫ: ſape aūt nō
dedit niſi rōnalibꝫ: tanq̃ in eis ſedē ſibi locauerit. de q̃
diſpōat oīa illa etiā īfima qbꝫ nūeros dedit. ⁊ ꝑ hoc pꝫ
rn̄ſio ad primū. Ad ſecūdū rn̄det aug. in eodē queād
modū i vno igne ꝯſubſtātiali vt ita dicā ſentit fulgor ⁊
calor nec ſeꝑari abinuicē poſſunt. calor tn̄ ad ea ꝑueīt
q̃ ꝓpe admouent: fulgor v̄o longiꝰ latiuſqꝫ diffunditur
ſic itelligētie potētia q̃ ſunt ſapie ꝓpīgora ferueſcūt vt
aīme rōnales: ea v̄o q̃ remotōra ſunt vt corꝑa: nō attin
git calore ſapiēdi ſ; ꝑfūdit lumie nūeroꝝ.

## Octauo queri .§. viij.

tur. vtꝝ ſapia ꝑticipat a rōnalibꝫ creaturis malis. Ad
qđ ſic amb. ſuꝑ illđ. j. coꝝ. xij. Nemo pt dicere dn̄s ihe
ſus. omē verū a quocūqꝫ dicat a ſpūſctō eſt. Silr dicit
aug. omia ſunt vera a v̄itate prima. ſ; in deo nihil alīđ
eſt ſapia q̃ꝫ cognitō v̄itatis: g̃ quicūqꝫ ē i ꝑticipatōe ve
ritatis. eſt in ꝑticipatōe ſapie. ſ; quicūqꝫ ſcit aliqđ ē in
ꝑticipatōe veritatis: g̃ qcūqꝫ eſt in ꝑticipatōe ſcie. ē in
ꝑticipatōe ſapie. ❡ Itē ſapia nihil aliud ē q̃ꝫ ꝯgnitio cū
ſapore. ſed ſic ſūme triſtabile necē ē inferre triſticiaꝫ:
ita ſūme delectabile necē ē inferre delectatōꝫ. ſ; pma ve
ritas ē ſūme delectabilis itellectui. g̃ oīs itellectus ꝑci
piēs primā veritatē ꝑcipit delectatōem ergo et ſapiam
❡ Cōtra. j. coꝝ. iij. p̄dicamꝰ ſapiam i miſterio abſcon
ditā. quā nemo pricipū huiꝰ ſeculi nouit. i. phi. vel de
mones. et tn̄ habebāt ſciam nō aūt ſapiam vt ibi dicit
et poſt aīalis hō nō ꝑcipit ea q̃ dei ſūt: g̃ nec ſapiaꝫ dei
ergo nō quicūqꝫ habet ſciam vel ꝑcipit ſciam dei ꝑci
pit ſapiam. ❡ Nō cōcedendū ē ſi fiat vis in verbo ſapi
entie. poſſum em̄ cōſiderare dinam veritatem vt veri
tatem: vel dinā veritatē vt bonitatē. Idē em̄ verū et bo
num: ſ; differūt in cōſideratōe. verū em̄ ꝑcipit in ꝯſide
ratōne eē rei ſimpliciter: bonū v̄o in cōſideratōe eē rei
cum actu ſuo ſiue vtilitate. q2 verū eſt in ꝯſideratōe eē
rei ſimpliciter. bonū v̄o in cōſideratōe eē rei cum actu
ſuo ſcꝫ ſm ꝙ ſic vel ſic eſt vtilis. dōm g̃ ꝙ mala aīa pt
habere noticiā diuīe veritatis vt eſt veritas: ſed nō no
ticiā diuīe veritatis vt eſt boītas. vn̄ mali ſunt in ꝑce
ptōne ſcie dei ſed nō ſapie. vt pꝫ de phis pmo Ro. q cū
cognouiſſent deum: nō ſic deū glorificauerūt ⁊c. ❡ Ad
id qđ obijcit. ꝙ prima veritas ē ſūme delctabilis. dōm
ꝙ verū eſt. ſ; nō ſequit ꝙ ſemꝑ delectet. ſicut em̄ lux ſū
me delectabilis eſt viſui: tn̄ oculis egris eſt odioſa nō
delectabilis: ita lux prime veritatis quātum eſt de ſe ſū
me eſt delectabilis: nō tamē ſemꝑ delectat quēlibet itel
lectū. nō tn̄ hoc eſt ꝓpter defectū qui ſit in ipa: ſ; ꝓpter
prauā diſpōnem que eſt in ipō intellectu. dōm ergo ꝙ
eſt intellectus ſpeculatiuꝰ: et practicꝰ. veritas aūt pria
delectat intellectū ſpeculatiuū maloꝝ: ſ; nō intellectū
practicū. delectat ipōs lux pme veritatis vt lucens: ſed
odio hn̄t eā inq̃tū arguēs ſic dicit aug. in li. de trini.

## Nono queritur .§. ix.

vtrū ꝑceptō ſapie īnata ſit aīe vel addita. Ad qđ aug.
ij. de li. ar. ſic anteq̃ꝫ boni ſumꝰ impſſa ē mētibꝫ nr̄is no
tio boītatis: ꝑ hanc em̄ ſine dubitatōe dicimꝰ btōs nos
eē velle: ita priuſq̃ꝫ ſapiētes ſimꝰ: ſapie notōꝫ i mēte ha
bemꝰ expſſam. ꝑ quā vnuſqſqꝫ nr̄m iterroget an velit
eē ſapiēs: ſine vlla dubitatōe ſe velle rn̄det. g̃ notio ſa
piētie ē nobis īnata. ❡ Itē qđ vnū et idē ē apud oēs: eſt
natale ſiue īnatū. ſ; ſic dic aug. ſi ſūmū bonū oibꝫ vnū
eſt: oportet etiā veritatē in q̃ cernit et tenet et ſapiam
omibꝫ eē cōem. g̃ ſapia ē īnata. ❡ Cōtra. aug. quāto
magis i via vite qs errat: tātomiꝰ ſapit. tāto ei magis
lōge ē a veritate qua cernit et tenet ſūmū: quātominꝰ
ſapit. Si ergo cōtingit errare: ples ꝯtigit lōge eē a ſa
pia ſ; ab eo qđ īnatū ē n̄ ē lōge eē: g̃ ſapie notō n̄ ē īnata
❡ Itē ſi notō ſapie īnata ē: g̃ qlibet naturaliter ſapiēs ē.
ſ; hoc ē falſū: q2 ſic dic aug. ſapiētes ſūt pauci. ❡ Itē ſa
piētia īnata ſi qua ē: ē r̄ſpectu ſūme appetibilis vt vult
aug. ij. de li. ar. ſ; diuerſi dr̄ſa ſentiētes de ſūme appeti
bili. et illđ ponētes dr̄ſū: variāt q̃tū ad ſapiaꝫ r̄ſpectu
illiꝰ. ſ; ſi ſapia īnata eēt: vna eēt. g̃ nō ē īnata. ❡ Reſpō
ſio. Eſt notio de re q2 ē ⁊ qđ ē et qūo ē. Notō ſapie q2 ē
ē nob impſſa naturalit: queādmodū notō btitudīs ⁊ v̄i
tatis pme ſūt nob īpſſe. Notō vere ſapie qđ ē et qūo ē:
nō ē nobis impſſa. ſm ꝙ dr i li. de li. ar. ſic mlta ⁊ dr̄ſa
ſūt q̃ i luce ſolis hoīes vidēt et eligūt ad fruēdū: lux tn̄
in ſe vna ē: ita ⁊ etiā ſi mlta bona ſūt e qbꝫ eligat qſqꝫ
qđ nolet fieri: tn̄ pt eē vt lux ipa ſapie in q̃ hec videri ⁊
teneri poſſunt: omibꝫ ſapia ſit vna cōis. ❡ Ad primuꝫ
dōm ꝙ aug. logt de ſapia ſm ꝙ cōcomitat btitudieꝫ a
q̃ magis diſtāt q magis errāt. qđ pꝫ ꝑ ħ qđ ſbdit ibi
ab aug. ſūmo bono aſſecuto ⁊ adepto btūs qſqꝫ fuerit
qđ oēs ſine ꝯtrouerſia volumꝰ. vt g̃ ꝯſtat nos btōs: ita
nos ꝯſtat eē velle ſapiētes. q2 nemo ſine ſapia btūs eſt.
❡ Ad aliud dōm qđ oēs ſūt ſapiētes naturalit notōe q2 ē
ſapia vt dictū ē. vn̄ aug. i li. đ li. ar. Sic anq̃ꝫ bti ſimꝰ
mētibꝫ tn̄ nr̄is impſſa ē notō boītatis. ita priꝰ q̃ꝫ ſapiē
tes ſimꝰ ſapie notōꝫ i mēte habemꝰ impſſam.

## Articulꝰ terciꝰ

Onſeqnter de appropriato ſpūſctō qđ ē vo
lūtas vel amor. Circa qđ q̃rit an pr ⁊ filiꝰ
diligāt ſe ſpūſctō. Et ſic ꝓbat ꝑ aug. vj. de
trinitate. Nō eſt aliqs duoꝝ quo vterqꝫ ꝯiūgit quo ge
nitus a genitore diligat. genitoremqꝫ ſuū diligat. ergo
filius diligit a pr̄e ſpūſctō ⁊ ecōuerſo: g̃ diligūt ſe ſpū
ſctō. ❡ Itē hiero. ſpūſſcts ē dilectō quā hꝫ pr in filiū et
filius in pr̄em: g̃ ſpuſſcts ē dilectō pr̄is ⁊ filij. Sꝫ dili
gētes diligūt dilectōe ſua: ergo pater et filiꝰ diligunt

ſe ſpūſcto. ¶ Item ſpūſſctus eſt nexus pr̄is ⁊ filij. aut ꝗ
eſt nexus qꝛ amat pr̄em et filiū: aut qꝛ ē amor ꝗ pr̄ et fi
li⁹ ſe diligūt. aut qꝛ pr̄ et fili⁹ diligūt ip̄m. Nō p̄rio mō
qꝛ nō oportȝ ꝙ aliqs diligit alios duos ꝙ ip̄i cōiūgan
tur amore. imo forte erūt inimici. Itē nec tercio mō. qꝛ
nō eſt nccē ꝙ ſi aliq duo diligāt aliū terciū: ꝙ ip̄i dili
gant ſe et ꝯiūgāt̄ amore. Relinqt̄ igit̄ ꝙ iō dicet̄ nexus
ſiue vinculū pr̄is ⁊ filij ſpūſſctus: qꝛ ē amor ꝗ ſeinuicē
diligūt pr̄ et fili⁹. ¶ Itē omēs amātes diligunt amore
ſuo. ſi ꝗ ſpūſſctus ē amor pr̄is et filij ⁊ diligūt ſe: ꝗ dili
gūt ſe ſpūſcto. ¶ Cōtra diligē dicit̄ de tribꝫ ꝑſoīs. quic
qd aūt cōit̄ dr̄ de tribꝫ ē eēntiale ſic̄ dic aug. ꝗ diligē ē eē
ſi ergo diligūt ſe ſpūſcto: ſunt ſpūſcto. ¶ Itē diligē ali
quem eſt velle ei bonum. Si ergo pater et filius dili
gūt ſe ſpūſcto volunt ſibi bonum ſcilicet ſpirituſancto
ꝫ idē eſt deo velle ⁊ eē quēadmodū poſſe ⁊ ſcire. relinq
tur igit̄ ꝙ ſunt ſpūſcto ſi ſibi volūt bonū ſpūſcto. ¶ Itē
cū dicit̄ pater ⁊ fili⁹ diligūt ſe ſpūſcto. diligē aūt dr̄ ſ̄m
ſbam: aut ſ̄m relatōȝ. ſi ſ̄m ſbam: ergo illa eſt falſa. ſi
ſ̄m relatōȝ: ergo dilectio ſignificat relatōȝ. ¶ Cōtra.
dicit i genere q̄litatis. p̄terea nō ſignificat pr̄nitatem
nec filiatōȝ nec ꝓceſſionē. q̄uis em̄ amor ꝓcedat nō tn̄
ſignificat ꝓceſſionē. ¶ Itē aug. dicit hāc eē falſā pr̄ eſt
ſapiēs ſapia quā genuit. qꝛ ex hoc ſequeret̄ ꝙ eēt ꝑ ſapi
entiam quā genuit. ergo ſil'r nō eſt cōcedēdū pr̄ et fili⁹
diligūt ſe ſpūſcto. qꝛ ex hoc ſeq̄ret̄ ꝙ eēnt ſpūſcto. cum
idem ſit diligē et eē: ſic̄ idē ſape et eē. ¶ Sed obijcit̄ nō
vidr̄ valere argumētū diligit ꝑ ſpm̄ſctm̄ et diligē ē idē
qꝺ eē: ꝗ eſt ꝑ ſpm̄ſctm̄. Nā pr̄ opat̄ ꝑ filiū. opari v̄o idē
eſt qꝺ eē: ergo eſt ꝑ filiū. ¶ Reſpōſio. verū ē ſi dicatur
pater diligit filiū ꝑ ſpm̄ſctm̄. et diligē idē eſt qꝺ eē: nō
ſequit̄ ergo ē ꝑ ſpm̄ſctm̄. ꝫ refert dicere pr̄ diligit filiuȝ
per ſpiritumſanctum et pater diligit per ſpm̄ſancum.
Nam in hoc cum dicitur pater diligit. hoc ip̄m diligit
tenet̄ eēntialit̄. cū aūt dicit̄ diligit filiū: tenet̄ notōnali
ter. i priori ergo ꝯmutat̄ adaliqd in qd. Nā diligere fi
liū dic adaliqd: diligē aūt ꝑ ſe poſitū vel cū dr̄ pr̄ dili
git ſe: ſumit̄ eēntialit̄. et tūc nō recipit determiatōeȝ. ꝫ
adhuc manet hec q̄ſtio pꝛicipalis ſi tales ſunt cōcedē
de pr̄ diligit filiū ꝑ ſpm̄ſctm̄ vel ſpūſcto. Nō em̄ expſſe
hn̄tur iſte ab aug. in li. de tri. Sed hec hēt̄. pr̄ et filius
diligūt ſeinuicē amore q eſt ſpūſſ. licet aūt idē ſit amor
qꝺ ſpūſſ. nō ꝓpter hoc ſeqt̄ ſi diligūt ſe amore ſuo: ꝙ di
ligant ſe ſpūſcto. amor em̄ noīat ꝑ modū vinculi amā
tium. Quid ei amor ſ̄m aug. i eodē li. niſi copula amā
tis cū amato. ſpūſſctus v̄o noīat vt ꝓcedētē a pr̄e et fi
lio ſpirādo. ſic ergo aliter ē mod⁹ dicēdi cū dr̄ ſpūſſ. et
cū dicit̄ amor pr̄is et filij. Preterea et ſi hec ꝯcedet̄ pr̄
⁊ fili⁹ diligūt ſeinuicē ſpūſcto: n̄ tn̄ hec pr̄ ⁊ fili⁹ diligūt
ſeinuicē ꝑ ſpm̄ſ. Cū em̄ dr̄ ꝑ ſpm̄ſ. notat̄ aliq̄ rō princi
pij ꝑ ꝑpōem talē reſpectu alicuius poſiti i locutōe. ſed
ſpūſſ. nō ē pꝛicipiū pr̄is aut filij diligētiū adinuicē. vel
dilectōis q̄ ſeinuicē diligūt. tūc em̄ eēt pꝛicipiū ſuip̄ius
vl' cōis notōis q̄ dr̄ de pr̄e et filio q̄ꝝ qꝺlibȝ ē falſū. Cū
aūt dr̄ pr̄ diligit filiū ſpūſ. nō ſignificat̄ rō alic⁹ princi
pij. et ꝓpt̄ hoc nō ſeqt̄ ſi pr̄ et fili⁹ diligūt ſe ſpūſcto. ꝙ
diligūt ſe ꝑ ſpm̄ſctm̄. ¶ Magr̄i aūt ꝯcedūt hāc pr̄ et fi
li⁹ diligūt ſe ſpūſcto: ꝫ diſſentiūt i determiatōne ablr̄i.
Eſt ei ablatiu⁹ ōn̄ſiu⁹ ſigni ſ̄m q̄ſdā vt ſit ſenſus. ſpūſſ.
ꝓcedēs de pr̄e ⁊ filio: ſignum ē ꝙ ſe diligūt. Sȝ ꝯtra ꝫ
obr̄. ſil'is ē rō i hac. duo amici diligūt ſe amoē: ⁊ i hac
pr̄ et fili⁹ diligūt ſe amoē. ꝫ nō ē rō ſigni ibi denotata.
ergo nec hic ꝙ ei dicūt̄ diligē ſeinuicē ſpūſ. ꝫ ē rōe amo
ris q ē ſpūſ. ¶ Alij v̄o dicūt ꝙ cū dr̄ pr̄ et fili⁹ diligūt ſe
ꝑ ſpm̄ſanctū. ꝑ ꝑpoſitōȝ notat̄ ſubauctas ſ̄m ꝑpoſiti
uū. Sed cōtra in ſpūſcto nō eſt ſubauctoritas niſi re
ſpectu creature. ſed hic nihil dicit̄ reſpectu creature ꝫ
reſpectu filij. et iō nō poteſt i hoc ſermōe notari ſubau
ctoritas ꝑ ſpm̄ſctm̄. ¶ Alij dicūt ꝙ notat̄ formal' ꝯſtru
ctio ꝑ ablatiuū. ſicut ſi diceret̄. Iſti duo hoīes diligūt

ſe amore cōmuni ſiue dilectōne. Sed cōtra ſpirituſſā
ctus nō eſt cauſa formalis vel rō patris et filij vel alic⁹
in patre et filio. tunc em̄ aliquo mō cederet in ratione
principij reſpectu patris et filij. Item ſi dicat̄ ꝙ ablati
uus ſignificat ſpm̄ſanctū vt formā: nō tn̄ vt cauſaȝ for
malem. obijcitur. Nam ſi dicitur forma reſpectu pa
tris et filij: ergo aliquā ꝓprietatē forme tenebit. Forme
autem eſt continere vnire perficere. nullū aūt horum
dicit̄ de ſpirituſancto reſpectu patris et filij. Nam ſi
dicat̄ ſpūſſ. ē vnitas patris et filij. et vnitatis ſit vnire.
nō ꝓpter hoc pater et filius vniūtur. illa em̄ vniūt̄ que
ſunt vnum. nihil aūt fit vnum in diuis ꝑſonis vt dicit
Bern̄. Si em̄ pater et filius eſſent vnum: cuius eſſet
illud facere. Preterea omē fieri cōcomitatur tempus
diuine aūt ꝑſone ſunt ante omne tempus. nō ergo eaꝝ
eſt vniri ſimilirer nec ꝑfici nec cōtineri. Et generaliter
omīs forma dicit ſemꝑ rōem principij et cāſitatis r̄ſpe
ctu eius cuius dicit̄ forma. Si ergo formalit̄ accipitur
ablatiuus cū dicit̄ pater et filius diligūt ſe ſpūſancto
ſignificabit̄ ꝙ ſpūſſctus eſt cā vel pꝛicipiuȝ aliquo mō
amoris pr̄is et filij. Itē licet dicat̄ i ſcript̄a ſpūſſanct⁹
nexus patris et filij: nō tn̄ inuenit̄ ꝙ ſpūſſanctus cōne
ctat patrem et filiū. ¶ Fuerūt qui dixerūt ꝙ hoc verbū
diligere accipit̄ duobꝫ modis. aliqn̄ em̄ accipit̄ eēntia
liter: aliqn̄ notōnalit̄. eēntialiter cū dicit̄: pater ⁊ fili⁹
diligūt ſe eēntia ſua. notōnalit̄ vt cū dicit̄: pater et fili
us diligūt ſe ſpūſcto. vn̄ ip̄m diligere notat ſpiratōem
Vn̄ ſic exponūt iſtā pater et fili⁹ diligunt ſe ſpūſcto. i.
ſpirāt ſpm̄ſanctū a ſe. et illā. pater diligit filiū ſpūſcto
. i. ſpirāt ſpm̄ſanctū ad illū. et filius diligit pr̄em ſpūſ.
. i. ſpirat ſpm̄ſ. a patre. et iſte ablatiu⁹ ſpūſ. dicit in rōe
eius qꝺ eſt de principio: non in rōe pꝛicipij. ſil'r diligūt
ſpūſcto. i. ſpirant ſpm̄ſctm̄ ad nos. ¶ Scđm iſtos fue
rūt quidā qui dixerūt. ꝙ diligere in deo eſt duobꝫ mo
dis. ⁊ amor ſcȝ naturale: ⁊ gratuitū. diligere naturale
eſt eēntiale. Vn̄ ꝫ mō accipit̄ cum dicit̄. pater et fili⁹ di
ligūt eēntia formalit̄ loquēdo. et iſtud diligere eſt eſſe.
Diligere aūt gratuitū eſt notōnale. vn̄ nihil aliud eſt
q̄ ſpirare amorē. et hoc mō pater et filius diligūt ſe ſpi
rituſcto formaliter etiam loquēdo. ¶ Sed iſtoꝝ opio
videtur deſtrui rōnibus predictis. propterea videtur
dicendū. ꝙ ſpūſſ. eſt amor quo pater et filius diligunt
ſe adinuicē. nec tamen ſequit̄ ꝙ diligant ſpirituſancto
vel ꝑ ſpiritūſanctū. ꝫ em̄ ponit aug. xv. de trinitate ne
qȝ ponit alterum illorum. ſermones aūt ſacre ſcriptu
re circa vnitatem diuine eſſentie et trinitatem perſona
rum non ſunt extendendi: maxime cum altera ſit ratio
dicendi cum dicitur ſpirituſſ. et cum dicitur amor pa
tris et filij. Nam ſpūſſanctus nomen ꝓpꝛium ꝑſone ē.
amor aūt aꝓpꝛopꝛiabile. et eſt aꝓpꝛopꝛiatum cum dicit̄
amor patris et filij. bene ergo dicuntur diligere ſe amo
re. diligere em̄ et amor ſunt vnius cōdecenſionis. ſi em̄
diligē eſſentialit̄ et amor: ſi diligere notōalit̄ ⁊ amor ꝫ
nō ꝯuertit̄ vt ſi hec ē vera: diligit ſe amore q ē ſpūſſ. nō
cōuertit̄: ergo ꝑ amorē. ꝑ em̄ notat rōem principij r̄ſpe
ctu alicuius poſiti in ſermone. vt pater operatur per fi
liū. ꝑ: notat rōem pꝛincipij reſpectu opati. ⁊ cū dicitur
filius opatur ꝑ pr̄em. ꝑ: notat rōem pꝛincipij et reſpe
ctu opantis et reſpectu opati. Eſt em̄ pꝛincipiū filij et
creature. hic aūt neutro mō ē ſumē rōem pꝛicipij. nō ei
ſpūſſ. ē pꝛicipiū pr̄is ⁊ filij: nec dilectōis q̄ ei attribuit̄
vl' q̄ ſe diligūt. Si v̄o q̄rit̄ cuiuſmōi hītudo ſit notata i
ablatio. dđm ꝙ nō cāe formal' ꝫ q̄i forme exn̄tis ab his
q̄ꝝ ē q̄i formalis inquātū diligūt. vinculū em̄ vel nex⁹
vel copula cedit i rōe forme reſpectu eoꝝ q̄ꝝ ē vinculū
aut copula. Si v̄o q̄rit̄ cū diligē ſeinuicē ſpūſcto n̄ ꝑdi
cat̄ ſ̄m ſbam: de pr̄e ⁊ filio ꝑdicabit̄ ſ̄m relatōȝ. Qꝫ aūt
nō ſ̄m ſbam pȝ. qꝛ nō ꝯuenit ſpūſcto. Si ꝑdicat̄ ſ̄m re
latōem ꝑdicabit̄ ſ̄m relatōem ſic̄ hoc verbum referri
aut diſtingui. Erit aūt notio que eſt ſpiratio data in

telligi ꝑ h̃ v̾bū intelligē. q̄re hec erit vera pr̄ ⁊ filius ſpi
rāt ſpūſc̄to. qꝺ falſuꝫ ē. Pretea. diligē ē h̃re coēꝫ volun
tatē. ſꝫ pr̄ ⁊ filiꝰ h̃ n̄ hn̄t ſpūſa. q̄liẗ ꝫ hec erit v̾a diligūt
ſe ſpūſc̄to adinuicē. ¶ Rn̄ſio. n̄ ſeq̄ẗ. diligūt ſeinuicem
ſpūſ. ꝫ ſpirāt ſe ſpūſa. ſpiraē. n. dic̄ reſpectū ad ſpm̄ſ. vt
ꝓcedentē a pr̄e ⁊ filio. diligē aẗ dic̄ reſpectū ad ip̄m vt
eſt nexꝰ ⁊ amor. ⁊ ita lꝫ eadē notio deſigneẗ: n̄ tn̄ codeꝫ
mō. ⁊ ē deceptio q̄i ſ̄m accn̄s in hm̄oi argumētatōibꝫ.
Si v̾o q̄raẗ q̄ ſunt v̾ba q̄ recipiūt determiatōꝫ hꝰ abla-
tiui. dōm ꝙ illa q̄ ꝑtinēt ad vnitatē ſic̄ hec: ꝯiūgunẗ: co
pulanẗ: diligūt ⁊ volūt. ſꝫ dilectōe diligūt: volūt volūta
te cōmuni: copulanẗ copula: ꝯiūgūẗ nexu aut vinculo.
Ex his pꝫ ſol̾o ad q̄ſita. q̄ eni dicūt pr̄eꝫ ⁊ filiuꝫ diligē
ſe ſpūſa. exponi hn̄t ſic. i. diligūt ſe dilectōe q̄ ē ſpūſſ. ſi-
cut. n. dictū ē. iſte locutōes: pr̄ ⁊ filiꝰ diligūt ſe ſpūſ. ſi-
ue ꝑ ſpm̄ſ. ꝓprie loquēdo falſe ſunt. nec abſolute ꝯcedi
debēt. imo exponēde vt dictū ē. In hm̄oi v̾o argumen-
tis pr̄ ⁊ filiꝰ diligūt ſe amore q ē ſpūſſ. igiẗ diligunt ſe
ſpūſa. eſt pc̄m ſ̄m accn̄s. Pretea. amor vno mō dic̄ eſ-
ſentiā: alio mō dic̄ ꝓprietatē. amor. n. ꝓut eſt abſolute
volūtas boni dic̄ eēntiā ⁊ ē eēntiale. ꝓut aẗ volūtas ꝓ
cedēs: dr̄ ꝑ ꝓprietatē. ⁊ ē ꝓprie ſpūſſ. Vn̄ in hm̄oi argu
mētis pr̄ ⁊ filiꝰ diligūt ſe dilectōe q̄ ē ſpūſſ. ſꝫ diligē ī di
uinis idē eſt ꝙ eē: igiẗ ſunt dilectōe q̄ ē ſpūſſ. vno mō ē
ꝯmutatio p̄dicam̄ti. ſ. ſi dilectio. in prima dicit dilecti-
onē eēntialeꝫ: in vltima notionalē. ſꝫ ſi in vtraqꝫ eēnti-
aleꝫ: vera ē ꝯcluſio ⁊ ꝯcedēda. cū aẗ dr̄ pr̄ ⁊ filiꝰ diligūt
ſe dilectōe q̄ ē ſpūſſ. qꝺ dico dilectōe: pōt dicē eēntiā vl̾
ꝓprietatē. vt dictū eſt.

## Membrū quartū

Onſequēẗ queriẗ de approp̄iatōe v̾borū
apl̄i. ex ip̄o ⁊ ꝑ ip̄m ⁊ ī ip̄o. Ad qꝺ ſic au
guſti. ī li. de tri. ex ip̄o dic̄ ꝓpt̄ pr̄eꝫ. ꝑ ip̄ꝫ
dic̄ ꝓpt̄ filiū. ī ipſo ꝓpt̄ ſpm̄ſ. ꝑ h̃ v̾o ꝙ nō
ait ex ip̄is ⁊ ꝑ ip̄os ⁊ ī ip̄is. nec ait ipſi gl̄a ſꝫ ipi: inſi-
nuauit hāc trinitatē vnū deū eē. ¶ Cōẗ. eadē ē oīno cau
ſalitas triū ꝑſonaꝝ reſpectu creaẗ. Si ꝫ ex ꝑte in: di-
cūt circūſtātias cauſalitatis ꝯueīt eq̄ tribꝫ ꝑſoīs. ¶ Itē
ad idē amb̄. ī li. de ſpūſ. hec tria ex ipſo ⁊ ꝑ ip̄m ⁊ ī ip̄o
ſūt oīa: vnū eē ſ̄. dixímꝰ. cū dic̄ ꝑ ip̄m eē oīa negauit in
ipſo eē oīa. Eādē vim hn̄t oīa hec. ſ. ī ip̄o ⁊ cū ip̄o ⁊ per
ip̄m: ⁊ vnū ī his atꝫ ꝯſiẗe oīno n̄ ꝯ̄riū ītelligꝫ. ex his hr̄
ꝙ ex eadē ītelligētia ſcripta dic̄ oīa eē ī ip̄o ⁊ ꝑ ipſuꝫ ⁊
ex ip̄o vel cū ip̄o. ¶ Rn̄ſio. verū ē ſ̄m ꝓp̄iā ſigf̄icatōeꝫ
ꝓpoſitionū eq̄ ꝯueniūt tbꝫ ſic̄ dic̄ amb̄. tn̄ ſigf̄icatio ap
propaẗ hac r̄oe q̄ ex: ē nō ꝑmi p̄cipij. pr̄ aẗ ē ꝑmū p̄i-
cipiū ſine p̄cipio. ⁊ iō ex: nōt pr̄eꝫ ⁊ ꝓprie ē p̄cipiuꝫ.
ꝑ v̾o ē nō p̄cipij q̄ ſit oꝑatio vt īſtrum̄tū agētis: vt ar
tifex oꝑaẗ ꝑ ſecurim vel ꝑ dolabrā. vel ē nō p̄cipij q̄ ē
oꝑatō tāq̄ medij int̄ agētē ⁊ actōꝫ: vt artifex oꝑaẗ ꝑ ar
tē vel ſapiāꝫ. ⁊ ſic nōt filiū tāq̄ p̄cipiū de p̄cipio per
quē oīa fc̄a ſūt. In v̾o nōt ꝯtinētiā. ꝯtinētia v̾o oīs bo-
nitatis ē q̄ attbuiẗ ſpūiſ. ⁊ ſic nōt ſpm̄ſ. vn̄ ſenſus ē. ex
ip̄o pr̄e creata ſūt oīa: ꝑ ſūmā ſapiāꝫ ſiue ꝑ filiū: in ſū-
ma boītate ſeu ſpūſa. Et nō ꝙ. vij. mōis ī ſcripturis oñ
diẗ diſtictio ꝑſoāꝝ. ſigf̄icatōe. ſuppōne. ꝯſigf̄icatōe. mō
loq̄ndi. ꝯnōtōe. nūero v̾boꝝ ⁊ ordie. Sigf̄icatiōe: vt pr̄
⁊ filiꝰ ⁊. ſ. ſ. Suppōne: vt deꝰ genēat deū. Cōſigf̄icatōne
ꝑl̄ali. ſ. vt heloym. i. dīne ꝑſōe. Cōnotatōe: vt ī his ver-
bis mittē mitti daē dari. Modo loq̄ndi: vt v̾bo dn̄i ⁊c̄.
Nūero v̾boꝝ: vt ſc̄s ſc̄s ſc̄s. Ordīe v̾boꝝ: vt bn̄dicat
nos deꝰ deꝰ nr̄.

## Queſtio. lxviij. de nomi-nibꝰ notionalibus.

Expedito ꝑ dei gra
tiā de noībꝫ eēntialibꝫ ⁊ ꝑſōalibꝫ: ꝯn̄s
ē q̄rē de noībꝫ notōalibꝫ. ⁊ p̄io ē inq̄-
ſitio ī genēali. ſc̄do ī ſpēali. In genēali
aẗ q̄rēda ſūt iſta. an ſit ponē notiōes ī ꝑſoīs dinis. Se
cūdo. qd ſint notōes ꝓprietates ⁊ relatōes ſ̄m rōꝫ intel
ligētie. Tercō. de nūero notionū. Quarto. ſi idē ē nūe-
rus notionū ꝓprietatū ⁊ relationū. Quīto. de ꝯꝑatōne
ꝓprietatū ⁊ notionū ad ꝑſonas ⁊ eēntiā.

## Membꝛuꝫ primuꝫ

Rimo q̄riẗ ꝺ poſitōe notionū h̃ mō. Pri
mo. an ſit ponē notōes. Scꝺo. an licituꝫ
ſit ꝯ̄ria ponē de notionibꝫ.

### Articulꝰ primꝰ

Ad primū ſic ꝑꝛo. ꝺ di. no. vl̾r n̄ ē dicē aliqꝺ
de ſuꝑcellēti deitate p̄terq̄ in dinis ſcp̄tu-
ris inueiẗ exp̄ſſuꝫ. ſꝫ ī ſcripturis n̄ inueiẗ ex
preſſuꝫ de notōibꝫ. ꝫ nullo mō ē dicē notōes in dinis.
¶ Itē in dinis n̄ differūt qꝺ ē ⁊ q̄ ē: deꝰ ⁊ deitas. ⁊ h̃ ꝓ-
pter ſimplicitatē dīne eēntie. ꝫ in dinis n̄ differt q̄ eſt ⁊
q̄s ē ꝓpter ſimplicitatē dīne ꝑſone. ꝫ nec pr̄ ⁊ pr̄nitas.
ſicut ꝫ ad eēntiā ꝑtinet ⁊ modū docēdi eēntialeꝫ deus ⁊
deitas: ſic ad ꝑſonam ⁊ ad modū dicendi ꝑſonalē ꝑti-
nebit pr̄ ⁊ pr̄nitas. ꝫ n̄ erit dicere paternitatē ī alia ra
tione dicendi q̄ꝫ patreꝫ. ꝫ nihil erit dicere in dinis noti
onaliter vt. ſ. diuerſus modus a ratōe dicēdi ꝑſonal̾r.
¶ Item ſicut deus ſeipſo eſt: ita ſeipſo diſtinguiẗ. ſil̾r
cū pater ſeipſo ſit ſeipſo diſtinguiẗ a filio. ꝫ cum paẗ-
nitate diſtinguaẗ: nō differt paternitas ⁊ pater in rōne
intelligentie. ¶ Iteꝫ prima ſimplicia ſeipſīs differūt. ſꝫ
pater filius ſunt prima ſimplicia. ꝫ ſeipſis differunt. ꝫ
nō ē ponere ꝙ differāt notionibꝫ vel ꝓprietatibꝫ. ¶ Itē
in dinis ſ̄m aug. de tri. ⁊ Boe. nō ſunt niſi duo p̄dica-
menta: ſ̄m ſubām ⁊ ſ̄m relationeꝫ. vt cum diciẗ deꝰ bo
nus diciẗ ſ̄m ſubām. cum v̾o diciẗ pater ⁊ filius: diciẗ
ſ̄m relatōneꝫ. ꝫ nō erit ponere terciū ſ̄m notioneꝫ vel
ꝓprietateꝫ. ¶ Cōnẗ. augꝰ. ꝓprium eſt patri cōnūeraē
⁊ ꝓpriū filio cōnumerari: ⁊ ꝓpriū ſpūiſ. eſt ꝓcedere. ꝫ
alia eſt ꝓprietas qua pater generat: ⁊ alia q̄ filius ge-
neraẗ ⁊c̄. ¶ Iteꝫ in prefatōne. in ꝑſonis ꝓprietas ⁊ in
eēntia vnitas ⁊c̄. ꝫ aliqua ē ꝓprietas in ꝑſonis. nec vi
detur magis ꝯcedendū ꝙ vna q̄ꝫ plures. ꝫ plures ſunt
ibi ꝓprietates. ¶ Iteꝫ hiero. ꝯfitemur nō tm̄ noīa ſed
reꝝ ꝓprietates. ¶ Iteꝫ Io. dam̄. dicit. ydeomata ſunt
karacteriſtica. i. hypoſtaſeos: ⁊ n̄ nature. i. ꝓprietates
que ſunt determiatiue ꝑſonaꝝ ⁊ nō nature. ꝫ alique ꝓ
prietates ſunt quibꝫ determināẗ ꝑſone. ¶ Ideꝫ. ſingl̾a
hypoſtaſeos perfecta eſt. ⁊ ꝓpriam ꝓprietatē. i. ꝓpriuꝫ
exīſtie modū poſſidet ſi non ſint notiones. ¶ Iteꝫ cum
diciẗ pater generat filium. hoc verbū generat nō ſigni
ficat pure niſi patreꝫ. ideꝫ prorſus ſignificaẗ ꝑ hoc ꝙ
dico generatio ⁊ per hoc ꝙ dico pater. eodeꝫ mō ſequi
tur ꝙ cū dico pater ſpirat ſpm̄ſ. hoc verbū ſpirat mere
ſignificat patreꝫ. ꝫ iſta duo verba generat ſpirat idem
ſignificant. ꝫ iſte due ꝓpoſitōnes ꝓrſus ideꝫ ſignificāt
pater generat filium: pater ſpirat ſpm̄ſ. ¶ Item queriẗ
quare dicit aug. ꝙ pater ⁊ filiꝰ ſunt vnū principiū ſpi-
rituſſc̄ti. oꝑtet. n. ꝙ ipſe h̃ dicat ꝓpt̄ vnā notioneꝫ coēꝫ
pr̄i ⁊ filio. oꝑtꝫ ergo ꝙ vna ſit notio cōīs q̄ nō ſit pater-
nitas. ⁊ ita ea ſuppoſita nō ſupponiẗ pr̄nitas ſꝫ ſuppoſi-
ta paternitate ſupponiẗ pater ⁊ ecōuerſo. ergo ſuppoſi-
ta illa cōmuni notione nō ſupponiẗ pater. erūt igiẗ dif-
ferētes notiones. ¶ Iteꝫ pr̄ generat filiū. ꝫ pr̄ aliq̊ mō
ſe hꝫ ad filiū. ⁊ eſt locus a diffinitōne. q̄a relatiuoꝝ eē
eſt ad aliud q̊dammō ſe hr̄e. Sil̾r pater ſpirat ſpm̄ſ. eo
deꝫ mō pr̄ ſe hꝫ ad filiū q̊ ad ſpm̄ſ. Vel alio mō ſi dica-
tur ꝙ eodē mō ꝓrſus ⁊ ad filiū ſe hꝫ vt paẗ. ergo ad ſpi
ritūſanctū ſe habꝫ vt pater. Si dicatur ꝙ alio mō: ſed
ille alius modus nō eſt niſi notio aliqua: ergo diuerſe
notiones ſiue relatōes ſunt in pr̄e reſpectu filij. ¶ Rn̄
ſio. notādū ꝙ p̄dictis rōibꝫ inductꝰ Prepoſitiuꝰ dixit
nll̾as eē notōes niſi ī mō loquēdi. vn̄ ꝯcedit de pater-

nitate q̄i de patre. ⁊ de filiatione quaſi de filio. ⁊ ꝓba‑bilitas huius opionis apparet. quia ſicut deus cum ſit oīmodo ſimplex: ſeipſo cognoſcit: ſeipo creat. ita pater ſeipſo diſtinguit̄: ſeipo refertur ad filium. ⁊ ideo cū di‑citur paternitas eſt in patre: vel pater paternitate di‑ſtinguitur a filio: modi loquendi ſunt. ⁊ eſt ſenſus. pa‑ternitas eſt in patre. i. pater eſt pater. ſicut cum dico: rogo dilectionẽʒ tuam. i. te dilectum. ⁊ in ſimilibus ſi‑mile. ¶ Ad obiecta vō rn̄det per ordinem. Primo ad primū dicens. ꝙ auc̄tas aug. ſic eſt intelligenda. pro‑priuʒ eſt patri generare. i. ſolus pater generat. ⁊ ſic in alijs. vnde hyla. ꝓpriuʒ eſt patri ꝙ ſemꝑ eſt pat̄. ꝓpriū eſt filio ꝙ ſemꝑ eſt filius. ꝓpriū eſt ſpirituiſancto ꝙ ſꝑ eſt ſpūſſanctus. g̊ alia eſt ꝓprietas ⁊c̄. hec auc̄tas expo‑natur vt premiſſa ſolus pater eſt pater ⁊c̄. Similit̄ ſe‑cunda auc̄tas eſt exponenda: in ꝑſonis ꝓprietas: in eſ‑ſentia vnitas: ⁊ in maieſtate equalitas. i. ꝑſone q̄ ſunt diſtincte ⁊ ſunt vnū in eſſentia ⁊ equales in maieſtate adorentur. ¶ Ad aliud dōm. ꝙ illa auc̄tas hiero. eſt ꝯ eos qui dicūt ꝙ ꝓprietates non ſunt ꝑſone. ⁊ ꝯtra ali‑os qui ponūt notiones. ſi. n. diligent̄ attendatur appa‑rebit ꝙ nō dixit ꝯfitemur ꝓprietates ꝑſonaꝝ ß noīm. ⁊ ꝓprietas nomīs dici ſolet ſignificatio. Eſt g̊ ſenſus. ꝯfitemur nō tm̄ nomīa ß etiam ꝓprietates noīm. i. ꝑſo‑nas. i. ſig̃tōnes. Que aūt ſint noīm ſig̃tiones exponit cum addit. i. ꝑſonas. ſic g̊ ꝑſone ſint ſignificata iſtorū pater filius ſpūſſanctus. ¶ Ad auc̄teʒ dam̄. dōm. cum dicit ydeomata ſunt karatariſtica. hoc eſt dictū ꝙ ꝑſo‑ne adinuiceʒ diſtinguant̄ ß nō natura ab aliqua earū. ⁊ in hoc intelligimꝰ drn̄tiam ꝙ pater eſt pater. filiꝰ eſt filius. ⁊ ſpūſſanctus ab vtroqʒ ꝓcedit. ¶ Ad aliā dicē‑dum. ꝙ exponi debet cū dicit. ꝙ quelibet ꝑſona ꝓpriuʒ exn̄tie modum poſſidet. i. quelibet ꝑſona ita ē vna ſub‑ſtantia ꝙ non eſt alia. Et ſi obijcit̄ ſic. nulla ꝓprietate pater diſtinguit̄ a filio nec filius a patre. ⁊ pater ē idē filio in eſſentia. g̊ pater eſt filius. qꝺ nō ſequit̄: quia ſe‑ipſis differūt hypoſtaſes ⁊ nō ꝓprietatibꝫ. alioqn ratō ꝓcederet in infinitum in ꝓprietatibꝫ. ſeipſis. n. differt̄ ip̄e perſone. ¶ Ad aliud quod obijcit̄. ꝙ pater eodē mō ſe habet ad filium ⁊ ad ſpm̄ſanctū. ß ad filiuʒ ſe habet vt pater ⁊c̄. Dicendū ꝙ lʒ quantū in ſe eſt eodeʒ modo ſe hʒ ad filium ⁊ ad ſpm̄ſanctū ꝓpter ſuam ſimplicita‑tem: tamen diuerſo modo ſe hʒ ad illos q̄tū q̄i ad plu‑res effectus. Inſtantia. deus inq̄tum in ſe eſt ſe habet ad omēs homīes eodeʒ modo. ß ad bonos ſe hʒ vt pat̄ ſpūalis. g̊ ad malos ſe habet eodeʒ modo. Si aūt ꝓpo‑nat generaliter ſic. prorſus eodeʒ modo ſe hʒ pater ad filium ⁊ ad ſpm̄ſanctū. neganda eſt hec ſicut hec: deus ꝓrſus eodeʒ modo ſe hʒ ad bonos hoīes ⁊ ad malos. ¶ Ad aliud dōm. ꝙ iſta duo verba generat ſpirat q̄tū ad deum patreʒ idem ſignificant: ß connotant diuerſa ex modo ſignificandi. ſicut iſta duo nomīa creator dn̄s dicta de deo: ideʒ ſignificant q̄tum ad deum: tn̄ conno‑tant diuerſa ex modo ſignificandi. ¶ Ad vltimū dōm. ꝙ hec eſt vera pater ⁊ filius ſunt vnū principiū ſpūſſ. eodeʒ modo loquēdi quo ſpūſſanctꝰ dicit̄ multiplex ꝓ‑pter diuerſos effectus. eodeʒ modo etiā ꝓpter vnū effe‑ctum quem habet pater ⁊ filius. qui eſt ſpūſſ. dicuntur vnū principium. quia eodeʒ modo prorſus ꝓcedit ab eis ſpūſſ. ꝑ modū benignitatis.

## Iuxta cōmuneʒ magr̄orū

